perhibetur qui ait. Ecce vir oriens nomen
eius. Omnes ergo qui in hoc oriente fide con
sistunt recte orientales vocantur. Sed quia omnes
homines tantummodo homines ipse autem orien
dens ut hic recte dicitur. Erat magnus inter orien
tales ac si aperte dicitur. Omnes qui in fide
deo nascentur superni et gratia non autem ceteros
adoptio sed natura diuinitatis exaltat qui et si hu
manitate ceteris apparuit similis diuinitate tamen ma
net super omnia singularis. Et ibant filii eius
et faciebant conuiuia per domos. Filii eius con
uiuia per domos agebant. Cum predicatores apostoli
diuersis mundi regionibus inuentum ecclesiae audi
entibus quasi edentibus ministrabant. Sunt et eisdem
filiis de summonentibus plebibus dicitur. Date nobis alias
inedentes et vires ni dimitte eos ieiunos
nolo ne deficiant in via. Id est in predicatione ira
verbum consolationis accipiant ne iniquitatis
pabulo ieiunii remanentes in huius uite
labore succumbant. Hinc rursum eisdem
filiis dicitur. Operamini non cibum qui perit sed qui
permanet in vitam eternam. Sed quia dominus sed quam
conuiuia exhibuerunt. Adiungitur cum per diem suum.
Inferturque in quo quisque in die suo. Sed ignorantie
cecitatis obscuritas sine dubio nox
cordis est. In illuminatione non in multo dies vocatur.
Unde per paulum dicitur. Alius iudicat inter
diem et diem. Alius iudicat omnem
diem. Ac si aperte diceret. Alius quidem

Spes premii labore tollit
1a ad cor. i.
Prophecia ad Zachariam vi
Genesis allegorice
Luc. ix. et Mat. xviii. et xv.
Job vi
ad Ro. xiiii

xviii
xix et xi
xi
xviii
xi
xlix
Genesis xlix
Ysachar

non nullis intimis intelligit, alius vero
summa ad intellectum possibilia, ita ut sibi quod de-
dit cognoscat. In domo ergo sua quisque filius in die
suo convivium exhibet, quia sensus quisque pro die-
i sui mensura illuminatae intelligentiae mentes au-
dientium epulis veritatis pascit. In die suo
Paulus convivium fecerat cum diceret: Beati-
ores erunt si sic permanserint secundum meum consilium.
De die suo unumquemque admonet cogitare
cum dicit: Unusquisque in suo sensu habundet. Et
mittentes vocabant tres sorores suas ut
comederent et biberent cum eis. Sorores filii
ad convivium vocant, quia infirmis auditoribus
sancti apostoli restaurandis superne gratiam praedicant,
eorumque mentes quae ancillae pabulo ieiu-
nas aspiciunt divini eloquii pabulo pascunt.
Bene autem dicitur ut comederent et biberent cum
eis. Scriptura enim sacra aliquando nobis est cibus, aliquando po-
tus. Cibus est in locis obscurioribus, quia quasi expo-
nendo frangitur et mandendo glutitur. Potus vero
est in locis apertioribus, quia ita absorbetur sicut
invenitur. Cibum vidit propheta scripturam sacram
qui exponendo frangendum cum dicit: Parvuli
petierunt panem et non erat qui frangeret eis.
Id est infirmi quique valentiores sententias scripturae sa-
crae petierunt exponendo convivium, sed qui
exponere debebant non valet inveniri.
Potum vidit sacram scripturam cum dicit: Omnes
sitientes venite ad aquas. Ea potus aperta
mandata nisi essent per semetipsam veritas
non clamaret: Si quis sitit veniat ad
me et bibat. Quasi cibum et potum vidit propheta
Judaeae defuisse cum dicit: Nobiles eius in-
terierunt fame et multitudo eius siti exaru-
it. Paucorum quippe est fortia et occulta co-
gnoscere, multorum vero hystoriae aperta sentire.
Et ideo Judaeae nobiles non siti sed fame in-
terisse asserit, quia alii qui praeesse videba-
ntur, dum totos se exteriori intelligentiae dede-
rant, quod de interioribus discutiendo manderent
non habebant. Quia vero a sublimioribus ab-
intentione intellectu cadentibus, parvulorum intellectus
et inferioribus [illegible]. Sic recte adiungitur: Et mul-
titudo eius siti exaruit, ac si aperte dicat: Dum
vulgus intra suae studium deserit, iam nec
sequentia hystoriae exquirit. Et tamen occulta man-
data sacri eloquii et aperte se intellexisse
testatur qui reprobanti se Judici conquerentes di-
cunt: Manducavimus et bibimus coram te. Et
aperte exponendo subiungunt: Et in plateis

nostris docuisti. Et quia ergo sacri eloquii
eis obscurioribus exponendo frangitur, in aper-
tioribus ita ut inventa sumitur potatur,
dicatur: Et mittentes vocabant tres sorores
suas ut comederent ac biberent cum eis, ac
si aperte dicatur: Infirmos quosque blanda asser-
tione provocando invitabant quatinus eorum mentes et in magna
per contemplationem descendentes pascerent et plana
hystoriae recentes inebriaret. Cumque in orbem
transissent dies convivii, mittebat Job et sancti-
ficabat eos, consurgensque diluculo offerebat
holocausta per singulos. In orbe dies convivii tran-
seunt cum praedicationum ministeria peraguntur. Peracto
convivio holocaustum Job pro filiis obtulit,
quia pro apostolis post praedicationem redeuntibus patrem
redemptor exoravit. Bene autem mittendo sanctificasse
dicitur, quia dum spiritum sanctum qui ex se procedit
discipulorum cordibus tribuit, quidquid culpae poterant
esse emundavit. Sed et quod ad offerenda holocausta di-
luculo consurgere perhibetur, quia prece pro nobis
intercessionis suae petitionem obtulit, discussa
errorum nocte humanae mentis tenebras illustravit,
ne quo peccati contagio extra praedicationis gratia
mens in occulto pollueretur, ne sibi quae agit tri-
buat, ne sibi tribuendo quae agebat amitteret.
Unde recte subiungitur: dicebat enim: Ne forte pecca-
verint filii mei et benedixerint Deo in cordibus
suis. Deo quippe benedicere est idem maledicere,
de eius munere sibi gloriam praebere. Unde recte sanctis
apostolis post praedicationem dominus pedes lavit, ut
videlicet aperte monstraret quia plerumque et in bono
opere peccati pulvis contrahitur et inde inquinantur
vestigia loquentium unde audientium corda
mundantur. Nam saepe nonnulli dum exhorta-
tionis verba faciunt, quantulumcumque tenuiter se se intus
sentiunt quia per eos gratia purgationis divina
extollunt. Cumque per verbo aliena opera diluunt,
quasi ex bono itineris pulverem male cogitati-
onis sumunt. Quid ergo fuit post praedicationem
pedes discipulorum lavare, nisi post praedicationis
gloriam cogitationum pulverem tergere, gressus
cordis ab interna elatione mundare. Sed et
obstat ab omnimoda mediatoris sapientia
quod dicitur: Ne forte. Nam cuncta sciens sed in locu-
tione sua ignorantiam suscipiens. Atque dum
suscepit docens non iniqua quae extra
dubitationem loquitur: Dum filius hominis veniens
putas inveniet fidem in terra? Expletis ergo
convivii sacrificium Job pro filiis offerens
dicebat: Ne forte peccaverint filii mei et

benedixerint deum in cordibus suis cum amaritudine
ut per quam predicatores suos a malis impugnari
dissimulit et inter bona que egerat acceptacio
nibus defendit se. Sic ergo faciebat Job cunctis
diebus. Cunctis diebus Job sacrificium offerre non
cessat quia sine intermissione pro nobis holocaustum redemp-
tor ymolat qui sine cessatione patri pro nobis
suam incarnationem demonstrat. Ipsa quippe eius
incarnatio nostre oblationis emundatio est. Cum
que se hominem ostendit delicta hominis interveniens
diluit et humanitatis sue misterio perhenne sacrificium
ymolat quia et hec sunt eterna que immutat. Igitur
quia in ipso exordio expositionis sic persona beati
Job intimari dominum diximus ut designare pa-
riter caput et corpus id est Christum et ecclesiam diceremus
postquam caput nostrum quo designatum tene-
tur. ondique nunc corpus eius quod nos sumus ex-
primatur indicemus ut quia audivimus exhistorie qui
mirentur cognitum ex capite quod credamus consi-
deremus nunc ex corpore quod vivendo teneamus. In nobis
metipsis namque debemus transformare quod legimus
ut cum per auditum se animus excitat vivendo pan-
dum quod audierit animus concurrat. Vir erat
in terra Hus nomine Job. Sic Job dolens
et Hus consiliator dicitur non inmerito per utraque
nomina electus quisque figuratur quia nimi-
rum consiliatorem omnium inhabitat cum do-
lens de presentibus ad eterna festinat. Nam sunt
nonnulli qui vitam suam negligunt et dum
transitoria appetunt dum eterna vel non intelli-
gunt vel intellecta contempnunt nec dolorem sen-
ciunt. Cumque superna que amiserat non
considerant esse se miseri heu in bonis putant
nequaquam adiuvatis lumine cum conditi fue-
rant mentis oculos erigunt. Nequaquam
ad contemplationem eterne patrie desiderii aciem
tendunt. Sed semet ipsos in hiis adque pro-
iecti sunt deserentes inter patrie diligunt exi-
lium quod paciuntur et in cecitate quam tollerant
quasi in claritate luminis exultant. At contra electorum
mentes dum cuncta transitoria nulla esse con-
spiciunt adque sunt condita exquirunt cumque
eorum satisfactione nil extra deum sufficit ipsa
inquisitionis exercitatione fatigata illorum co-
gitatio in conditoris sui spe et contemplatione re-
quiescat supernis interesse civibus appetit et unus-
quisque eorum adhuc in mundo corpore positus in-
terea iam post mundum surgit erumpna exilii quod
tollerat deplorat et ad sublime patriam in-
cessantibus se amoris stimulis excitat. Cum-

ergo dolens videt quam sit eternum quod perdidit in-
venit salubre consilium temporale hoc despicere quod per-
currit et quo magis crescat consilii sciencia ut peri-
tura deserat eo augetur dolor quod nec dum
ad mansura pervenit. Unde bene per Salomonem dicitur
Qui apponit scientiam apponit dolorem. Nam sciat
iam summa que adhuc non habet inferius dese-
nius inquibus retinetur dolet. Recte ergo in terra
Hus habitare Job dicitur quia mansione consilio ela-
vinistinus quod doles animus tenetur. Intuendum quoque
est quod nos dolor inter sit inactio precipitationis
et in eum sine consiliis vivunt qui semet
ipsos rerum eventibus precipites deserunt nul-
lo interim cogitationum dolore fatigantur. Nam
qui solerter in vite consilio mentem figit tanto
sese in actione circumspiciendo considerat et ne ex
re que agitur repentinus finis adversus eum sur-
ripiat hunc prius molliter posito pede cogi-
tationis palpat pensat ne ab hiis que agen-
da sunt formido prepediat ne in hiis que differenda
sunt precipitatio impellat ne prava per concupiscenciam
aperto bello superent ne recta per inanem
gloriam insidiando supplantent. Job ergo in terra
Hus habitat dum mens electi quo magis per
consilium vivere nititur eo angusti itineris dolore
fatigatur. Sequitur. Simplex et rectus timens deum et re-
cedens a malo. Quisquis eterna patriam appetit
simplex procul dubio et rectus vivit. Simplex autem ope-
re rectus fide simplex in bonis que inferius per
agit et rectus in summis que in intimis sentit.
Sunt namque nonnulli qui in bonis que fa-
ciunt simplices non sunt dum non in hiis retributionem
interius sed exterius favorem querunt. Unde bene
per quendam sapientem dicitur. Ve peccatori terram ingredien-
ti duabus viis. Duabus quippe viis peccator ter-
ram ingreditur quando et dei est quod opere exhibet et
mundi quod per cogitationem querit. Bene autem dicitur
Timens deum et recedens a malo. Quia
sancta electorum ecclesia simplicitatis sue et rectitudinis
vias timore inchoat sed caritate consummat
cui tunc est funditus a malo recedere cum exordio
re dei ceperit iam nolle peccare. Cum vero adhuc
timore bona agit a malo penitus non recces-
sit quia eo ipso peccat quo peccare vellet
si inulte potuisset. Recte igitur cum timere
Job deum dicitur recedere a malo et perhibetur quia
dum metum caritas sequitur ea que in mente relin-
quuntur et per cogitationis propositum culpa calca-
tur. Et quia ex timore vicium premitur ex ca-
ritate autem virtutes oriuntur recte subiungitur

Cui est sacrificium offert devocio ... (margin, partly cut off)

Cum sit consilio et sit cogitatio / dum sit dolore sunt

quod sit in via hiis ...

Bene cum cum timore ... / et in caritate consummat

De simplicitate

Timor filialis et servilis

Dona spus sti uirtutes theologice notantur in filiis et filiabus Job

Nati qz sunt ei septem filii et tres filie. Sep
tem quoz filii nobis nascunt dum per sco
nce cogitacoes bone sti spus septe in nobis
v'tutes oriunt. hanc namqz intna ple
spha dinumat cum spus mete fecundat di
cens. Requiescat sup eum spus domini spus
sapie et intelcus spus cosilii et forti' spc
scie et piet' et replebit eum spus timoris do-
Cum go p adventu spus sapia et intelcus co
silium forti'do scia ac pietas timor dni in
cuiqz nrm gignit qi in mente posita p'
mete ppaga' que supne nre nobis gemus
co admitat longius suat q° amore ctmitat'
sociat. Sed sicut in nobis septe filii tres pro
culdu' sorores suas quia quidqd vituim
hi sensus vili' faciunt spei fidei caritati qz ad
iugunt. Neqz em ad denarii pfcom septe
filii puenit n' in spe fide et cari'te fiat ome
q agit qz nob hanc pcmoni intuit copia
multimoda bonoru oper cogitacoes sequi
tur sbiug'. Et fuit possessio eius septem mi
lia ouiu et tria milia camelorum. Servata
quippe hystorie ueritate imitari spualr possu
q carnal' audiuus. Oues em septe milia
possidemus cum cogitacoes innocuas per
fca cordis mundicia intra nos metipos i
quisito vitat' pabulo pascimus. Erut q
nobis in possessione eciam tria milia ca
melorum si omne i nob qd altu et tortosum
est rom fidei subdit et sb cognicoe trinitatis
sponte inapposita humilit' inclinat. Camel
los quippe possidemus si qd altu sapimus humili
ter deponimus. Camelos pculdus possidemus cu co
gitacoes nras admissimus sine copassionis
flectimus ut vicissim onera quia ptites alie
ne infirmitati compati condescendendo noverimus. Per
fut et p camelos qui ungulam neqnaqz fin
dunt sz tm ruminat terena ueru bene dis
pensacois intellegi que qz sicut seli et aliquid
dei p comune ca nete et animal designari
Neqz em terrena dispensacio quanto eterne uti
litati suat sine ptubacoe metis valeat
exhiberi. Terrena ig' pbat et ad pns mens
confunditur et in ppetuum meretes pat' qi comu
ne animal et aliquid deleget et aliquid
no qz ungulam namqz no findit qz non
se pintus anima ab omi terreno ape disiu
git sz tm ruminat quia bn dispensando tpa
lia p etern' fiducia spat celestia. Terrene
ig' dispensacoes qi camelorum more capite
legi concordat pede discrepat qz recte que
iuste vivetes appetunt et tamen mundi sunt
inquinus ope versant. Nos go cu easdem t
renas dispensacoes congruencium tempor
subdimus qi intra in dimissibilem animum sede
possidemus. Et quingenta qz iuga boum
et quingente asine. Iuga boum in usum nre
possionis sut cu concordes uirtutes exarat
duricia mentis. Quingentas quoz asi
nas possidemus cu lasciuientes motus restri
gimus. Et quidqd in nobis carnale exurget appe
tit spuali cordis dominatu refrenamus.
Vel etiam asinas possidemus cu cogitacoes in
nos simpliciores regimus que dum impbiliori
intellectu currere no valent quo quasi pigrius
ambulant eo fratrum onera mansuetius por
tant. Sunt nemqz nonnulli qui dum alta no
intelligunt ad exteriora consolacoes opa se hu
militer prmunt. Bene go p asinas pigru
quidem animal sz tm portandis oneribus
deditum simplices cogitacoes accipimus qz
dum intim pleru qz ignorancia congnoscen
leuius onera aliena tollimus. Cumqz nos
qi singlari sapie altitudo no elenat ad
pferendam aliene cordis mercia mens
inde exime se elevat. Recte aut sine
iugo boum sine asine congregate refera
tur. Etiam uel iustic qz prudentes sapimus
uel iustic qz humili ignorancia dum cone ptic
requirit ex inuis quasi mit imbilia immo
tenent' se. Ac familia multa nimis.
Multam nimis familiam possidemus cum
cogitacoes in iras subiniont dnacoe
restringimus ne apta sua in uolutae cum fingat
ne pruso or ne discrecionis mre principatum
calcent. Et bn cogitacoum turba inulte
familie appellacoe signat'. Nam sermo qz
absente dna ancillarum lingue pstrepunt
silencium deserunt depunitati opis officia ne
glignt totu qz sibi met uiuendi ordine
confundunt. At si repete dna venerit mox
pstrepentes lingue reticet officia comiss
qz opis repetunt. Sic qz ad opus propium
ac si no recessissent reuertum'. Si ig' a do
mo mentis racio admonitu discedat qz
absente domina cogitacoum se clamor
velunt garruli tam ancillarum turba mul
tiplicat. Ut aut racio ad mentem redeat

Asini et cameli sunt cogitaciones

Aliena significatio camelorum

Dispensacio temporalium sicut fit cu desiderio eternorum quam [illegible]

mox se consilio circumspectionis compescit et quasi ancille se ad ministerium operis tacite reprimunt dum cogitationes per timoris custodiam sub eo prius ad utilitatem subduntur. Possidet ergo multam familiam cum recta intentione in mentis cogitationibus omnes sub regimine discretionis ordinat et nos immensam quam solent agitare multitudinem per eandem discretionem angelis coniungimur. Unde bene subiungitur: Eratque vir ille magnus inter omnes orientales. Tunc namque magni inter orientales omnes efficimur cum eis spiritibus qui orienti luci inherent per supera compositionis nebula discretionis intentione radiis inquirentes possibilitas suppetit sociamur. Unde per Paulum dicitur: Nostra conversatio in celis est. Tamquam qui temporalia ac defectiva sequitur occasum petit. Quisquis vero superna desiderat quia in oriente habitet demonstrat. Magnus ergo non inter occidentales sed inter orientales efficitur qui non inter actiones ima et fugitiva querentium sed inter choros supernorum civium connumeratur. Sequitur: Et ibant filii eius et faciebant convivium per domos unusquisque in die suo. Filii per domos convivium faciunt dum virtutes singule iuxta modum proprium mentem pascunt. Unde et bene subditur: unusquisque in die suo. Dies enim uniuscuiusque filii est illuminatio uniuscuiusque virtutis. Ut enim hec ipsa dona breviter septiformis gratie replicem, alium diem habet sapientia, alium intellectus, alium consilium, alium fortitudo, alium scientia, alium pietas, alium timor. Neque enim hoc est sapere quod intelligere, quia multi quidem eterna sapiunt sed hec intelligere nequaquam possunt. Sapientia ergo in die suo convivium facit quia mentem de eternorum spe et certitudine reficit. Intellectus in die suo convivium parat quia in eo quod audita penetrat reficiendo cor tenebras eius illustrat. Consilium ergo in die suo convivium exhibet quia dum esse precipitem prohibet ratione animum replet. Fortitudo in die suo convivium facit quia dum adversa non metuit trepidanti menti cibos confidentie apponit. Scientia in die suo convivium parat quia in ventre mentis ignorantie ieiunium superat. Pietas in die suo convivium facit quia cordis viscera misericordie operibus replet. Timor in die suo convivium facit quia dum premit mentem ne de presentibus superbiat de futuris illam cibo spei confortat. Sed hoc in isto filiorum convivio perscrutandum video quod semetipsos invicem pascunt. Valde enim per singula quelibet destituitur si non una alii virtus virtuti suffragatur. Minor quippe est sapientia si intellectu careat. Valde est inutilis intellectus si ex sapientia non subsistat, quia cum altiora sine sapientie pondere penetrat, sua illum levitas gravius ruiturum levat. Vile enim consilium est cui robur fortitudinis deest, quia quod tractando invenit carens viribus usque ad perfectionem operis non perducit. Et valde fortitudo destituitur nisi per consilium fulciatur, quia quo plus se posse conspicit eo virtus sine rationis moderamine deterius in precipitio ruit. Nulla est scientia si utilitatem pietatis non habet, quia dum bona cognita exequi negligit, sese ad iudicium arctius stringit. Et valde inutilis est pietas si scientie discretione careat, quia dum nulla hanc scientia illuminat quomodo misereatur ignorat. Timor quoque nisi has etiam virtutes habuerit ad nullum opus procul dubio bone actionis surgit, quia dum ad cuncta trepidat ipsa sua formidine ab omnibus omnibus torpens vacat. Quia ergo alternato ministerio virtus a virtute reficitur, recte dicitur quod apud se vicissim filii convivantur. Cumque una aliam sublevando sublevat, quasi per dies suos numerosa soboles pascenda convivium parat. Sequitur: Et mittebant et vocabant tres sorores suas ut comederent et biberent cum eis. Cum virtutes nostre in omne quod agunt spem, fidem, caritatem sociant, quasi operatores filii tres ad convivium sorores vocant, ut fides, spes et caritas gaudeant in opere bono quod unaquaeque virtus administrat; que quasi ex cibo vires accipiunt dum bonis operibus fidentiores fiunt, et dum post cibum contemplationis rore infundi appetunt, quasi ex poculo debriantur. Sed quid est quod in hac vita sine quantuliscumque tenuissimi contagii inquinatione peragitur? Nonnumquam namque ipsis bonis que agimus dum propinquamus, eterna dum leticia menti pariunt, quandam etiam securitatem gignunt, dumque mens secura redditur in torpore laxatur. Nonnumquam non aliquantula elatione nos polluunt, et tanto dictiores apud Deum fiunt quanto apud nos metipsos timidos reddunt. Unde bene subiungitur: Cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad eos Iob et sanctificabat eos. Peracto quippe diebus convivii mittere ad filios eos quos sanctificet, est post virtutum sensum intentionem cordis dirigere et omne quod agitur districta retractationis discussione mundare, ne bona estimentur que mala sunt, ne saltem tantum bona putentur sufficientia cum perfecta non

Notae in margine:

Virtus destitutur si non alteri con…

Tres filie Iob sunt tres theologicae virtutes

Virtutes ornantur per fidem spem caritatem

Moraliter per convivia filiorum sanctificatio per ipsum virtutum concordia operum detectio et cogitationum discussio

Septem dona S.S.

sunt. Tunc vero omnes nostri plerumque decepti ut quae gloriae mala a bonis quantitate fallacia. Sed hos virtutis speciebus me[illegible] peccatis disensiones invenimus, et iram [illegible] perfectum in nobis metipsis plenius invenimus. Superveniens oratio quam investigando penetramus. Tunc namque mens pondus compunctionis machina ad alta sustollit, omne quod ei de se ipsa subscriptum dividitur, terrenus contemplatur. Unde et recte surgens

Consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos. Diluculo namque consurgimus, cum compunctionis luce perfusi humanitatis nostrae nocte deserimus, et ad veri luminis radios oculos mentis aperimus. Atque holocausta per singulos filios offerimus, cum pro unaquaque virtute Domino hostiam nostrae precis immolamus, ne sapientia elevet, ne intellectus dum subtiliter currit aberret, ne consilium dum se multiplicat confundat, ne fortitudo dum fiduciam praebet praecipitet, ne scientia dum novit et non diligit inflet, ne pietas dum se extra rectitudinem inclinat intorqueat, ne timor dum plus iusto trepidat in desperationis foveam mergat. Cum enim pro unaquaque virtute ut pura esse debeat preces Domino fundimus, quid aliud quam nostrorum filiorum numero holocausta per singulos exhibemus? Holocaustum namque incensum dicitur. Holocaustum igitur dare est totam mentem igne compunctionis incendere, ut in ara amoris cor ardeat et quasi dilectae prolis inquinamenta cogitationis exurat. Sed hoc agere nesciunt nisi qui priusquam cogitationes ad opus prodeant, internos suos motus sollicite circumspicientes frenant. Hoc agere nesciunt nisi hi qui virili custodia munire mentem noverunt. Unde recte in opinatam mortem exiisse Hisboseth dicitur, quem scriptura sacra in domo non hostiarium sed hostiariam habuisse testatur. Quae dicit: Venientes filii Remmon filii Beroth, Rechab et Baana ingressi sunt fervente die domum Hisboseth, qui dormiebat super stratum suum in meridie. Ingressi sunt autem domum, et hostiaria purgans triticum obdormivit. Assumentes spicas tritici latenter ingressi sunt et percusserunt eum in inguine. Hostiaria triticum purgat, cum mentis custodia discernendo virtutes a vitiis separat. Quae si obdormierit, proprii domini in necem insidiatores admittit, quia dum discretionis sollicitudo cessaverit, ad interficiendum animum malignis spiritibus iter pandit. Qui nimirum ingressi spicas tollunt, quia mox bonarum cogitationum germina auferunt, atque in inguine feriunt, quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt. In inguine quippe ferire est mentis vitam delectatione carnis perforare. Sequitur:

Iste Hisboseth, id est hac morte succumberet, si non ad ingressum domus mulierem, id est adinventionis additum mollem custodiam deputasset. Fortis namque viriles quas sensus in promptum cordis foribus debet quia nec neglegentiae sopor opprimat, nec ignorantiae error fallat. Unde bene Hisboseth appellatus est qui eius custodiae femina hostilibus gladiis nudatus est. Hisboseth quippe vir confusionis dicitur. Vir ergo confusionis est, qui forti mentis custodia munitus non est, quia dum virtutes se agere aestimat, sibi intrantia vitia nesciens necat. Tota itaque virtute munienda est aditus mentis, ne quando eam insidiantes hostes penetrent, providentia neglecta cogitationis. Hinc Salomon ait: Omni custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Virtutes ergo quas agimus dignum est ut summopere ab intentionis origine pensemus, ne ex malo ortu prodeant etiam si recta sunt quae ostentant. Unde et recte hic subiungitur: Dicebat enim: Ne forte peccaverint filii mei et benedixerint Deo in cordibus suis. Filii in cordibus maledicunt, cum recta nostra opera a non rectis cogitationibus prodeunt, cum bona in aperto exeunt, sed noxia in occulto moliuntur. Deo quippe maledicunt, cum mentes nostrae de se sibi aestimant hoc quod sunt. Deo maledicunt, cum se ab illo accepisse vires intelligunt, sed tamen de eius muneribus propriam laudem quaerunt. Sciendum vero est quod bona nostra tribus modis antiquus hostis insequitur, ut videlicet hoc quod recte coram hominibus agitur, in interno iudicio conspectu vitietur. Aliquando namque in bono opere intentionem polluit, ut omne quod in actione sequitur eo purum mundumque non exeat, quod hoc ab origine perturbat. Aliquando intentionem boni operis viciare non praevalet, sed in ipsa actione se quasi in itinere opponit, ut cum per propositum mentis securior quisque egreditur, submisso latenter vitio quasi ex insidiis perimatur. Aliquando vero nec intentionem viciat nec in itinere supplantat, sed opus bonum in fine actionis illaqueat, quanto quis vel a domo cordis vel ab itinere operis longius recessisse se simulat, tanto decipiendo bonae actionis terminum astutius exspectat, et quo incautum quemque quasi recedendo reddiderit, eo illum repentino nonnumquam vulnere durius insanabiliusque confligit. Intentionem quippe in bono opere polluit, quia cum facilia ad decipiendum corda hominum conspicit, eorum desideriis auram transitorii favoris apponit, ut in his quae recta faciunt ad appetenda yma a rectitudine intentionis declinet. Unde et recte sub Iudeae specie de una quaque anima laqueo insidiae intentionis capta propheta

Diluculo consurgimus cum sancti mens in compunctione perseveramus.

De donis et virtutibus sunt gratiae referende.

II Reg. IIII

dicatur facti sunt hostes eius in capite. At si apte
deest. Cum bonum opus non bona intentione
sumitur. Hinc adversantes spiritus ab ipso cogi-
tationis exordio principantur, tanto que eam
plenius possident quanto et principium dominantes te-
nent. Cum vero intentionis malitiae non praevalet in-
dicia, positis laqueos tegit. Sic in eo quod bene agi-
tur exsultare ad iniustum ducit, cumque quod inchoans
aliter proposuerat in actione longe aliter quam cepe-
rat perducit. Saepe enim bono operi dum laus
humana obviat mentem operantis immutat, quae
quamvis quaesita non fuerat, tamen oblata delectat.
Cuius delectatione dum mens boni operantis resol-
vitur, ab omni intentionis intimae vigore dissipatur.
Saepe bene se inchoante iustitiae exsultate
ira subiungit, et dum zelo rectitudinis immoderatius
mentem turbat, cuncta quietis internae salute
sauciat. Saepe gravitatem cordis quasi subire-
ta exsultate tristitia sequitur, atque omne opus quod
mens bona intentione inchoat, licet velut
maeror obumbrat. Quae et non numquam
tanto tardius repellitur, quanto insipere (?) menti
quasi senior famulatur. Saepe se bono operi laeti-
tia immoderata subiungit, cumque plus mentem quam
decet hilarescere exigit, ~~ab actione bona de~~
~~...~~ ab actione bona omne pondus gravitatis ex-
pellit. Quia et bene inchoantibus sub actione
laqueos praevidens expetiit (?), tribulato spiritu plenus
dicebat: In via hac qua ambulabam abscon-
derunt laqueum mihi. Quod bene ac subtiliter Ieremias
insinuat, qui dum gesta referre foris studuit,
quae intus apud nos metipsos gerenda in-
dicavit, dicens: Venerunt octoginta viri de
Sichem et de Silo et de Samaria, rasi barba
et scissis vestibus squalentes, munera et thus
habebant in manu ut offerrent in domo Domini.
Egressus autem Ismahel filius Nathaniae in
occursum eorum de Maspha, incedens et plorans
ibat. Cumque occurrisset eis, dixit ad eos: Ve-
nite ad Godoliam filium Aicham. Qui cum
venisset ad medium civitatis, interfecit eos. Bar-
bam quippe radunt, qui de propriis viribus fidu-
ciam subtrahunt; vestes scindunt, qui sibimetipsis
in exterioris decoris laceratione non parcunt; obla-
turi in domo Domini thus et munera veniunt, quia
exhibere se in Dei sacrificio orationem cum operibus
pollicentur. Sed tamen si se in ipsa sanctae devotionis
via caute circumspicere nesciunt, Ismahel
Nathaniae filius in eorum occursum venit, quia
nimirum quilibet malignus spiritus prioris vitii (?)

Nathaniae videlicet exemplo in superbiae errore generatus
se ad laqueum deceptionis opponit. Decenter autem dicitur
incedens et plorans ibat, quia ut devotas
mentes in ipso virtutis fervore praevaleat, sem-
per quasi sub velamine virtutis velatur, et dum
concordare se non lugentibus simulat, ad cordis
intima securius admissus, hoc quod intus devo-
latet occidit. Qui plerumque spondet ad al-
tiora provehere, unde et dixisse perhibetur: Venite ad
Godoliam filium Aicham, ac dum maio-
ra promittit, et minima subtrahit. Unde recte dicitur:
Qui cum venisset ad medium civitatis interfecit
eos. Viros ergo ad offerenda Deo munera veni-
entes in medio civitatis interfecit, quia divinis dedi-
tas mentes operibus nisi magna circumspectione
custodiat, exspectante hoste, dum devotionis
portantes hostiam in ipso itinere perdunt vitam.
De cuius hostis manu non evaditur nisi citius
ad paenitentiam recurratur. Unde illic apte sub-
iungitur: Decem autem viri reperti sunt inter eos
qui dixerunt ad Ismahelem: Noli occide-
re nos, quia habemus thesauros in agro frumen-
ti et olei et ordei et mellis. Et non occidit eos.
Thesaurus quippe in agro est spes in paenitentia, quae
quia non cernitur, quasi in terra cordis suffossa clau-
ditur. Qui ergo profitebantur thesauros se habere in
agro, servati sunt, quia qui post incautelae suae
vitium ad lamentum redeunt, non capti mori-
untur. Cum vero antiquus hostis nec in exordio
intentionis ferit nos, nec in itinere actionis intercipiat,
duriores in fine laqueos tendit; quae tanto
nequius obsidet, quanto sola sibi remansisse
ad deceptionem videt. Hos namque fine suo
appositos laqueos propheta conspexerat cum dice-
bat: Ipsi calcaneum meum observabunt. Quia in
calcaneo finis est corporis, quid per hunc nisi
terminus signatur actionis? Sive ergo maligni spiritus,
seu pravi quique homines illorum sequaces super-
biae, calcaneum observabunt, cum actionis fi-
nem bonae viciare desiderant. Unde et eidem
serpenti dicitur: Ipsa tuum observabit caput et tu eius
calcaneum. Caput quippe serpentis observare est
initia suggestionis eius aspicere et manu
sollicitae considerationis a cordis aditu fundi-
tus exstirpare. Qui tamen cum ab initio deprehen-
ditur, percutere calcaneum molitur, quia et si sug-
gestione prima intentionem non percutit, decipere
in fine contendit. Si autem semel cor in intentione
corrumpitur, sequentis actionis medietas et terminus
ab hoste callido secure possidetur, qui totam se

Cum vitiose vivitur sepe bonum imitatur simulatione

Penitentia est custos bonorum operum

Contra

Dyabolus nos temptare non desistit

B

Gen. iii

Malus consensus hominis [illegible] bone actionis

fo.

virtutes quinque

arborem fructus ferre conspicit, quam venenato dente in radice inciderit. Extrema ergo summa cura vigilandum est, ne vel bonis operibus serviens mens temporali intentione polluatur. Unde recte dicitur: Ne forte peccaverint filii mei et benedixerint Deo in cordibus suis. Recte autem dicitur: Nullum est bonum quod foris agitur, si non pro eo intus ante Dei oculos in occulto victima in ara cordis immolatur. Tota itaque virtute procurandus est fluvius operis, qui prius emanat ex fonte cogitationis. Omni cura servandus est a malitia purus oculus cordis, ne hoc quod in actione rectum hominibus ostentat, apud semetipsum pravitatem prave intentionis intorqueat. Curandum namque est ne bona nostra pauca sint; curandum ne indiscussa, ne aut pauca agentes infecundi remaneamus steriles, aut indiscussa relinquentes vecordes. Recte autem una quaeque vere virtus est, si misceatur aliis virtutibus. Unde et recte ad Moysen dicitur: Sume tibi aromata, stacten et onycha, galbanum boni odoris et thus lucidissimum, faciesque thymiama compositum opere unguentarii mixtum diligenter et purum. Thymiama quippe ex aromatibus facimus compositum, cum in altari boni operis virtutum multiplicitate redolemus; quod mixtum et purum fit, quia quanto virtus virtuti iungitur, tanto boni operis incensum sincerius exhibetur. Unde et subiungitur: Cumque in tenuissimum pulverem universa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonii. In tenuissimum pulverem aromata universa conterimus, cum bona nostra quasi in pila cordis occulta discussione tundimus, et utrum veraciter bona sint subtilius pertractamus. Aromata ergo in pulverem redigere est virtutes recogitando terere et usque ad subtilitatem occulti examinis revocare. Et notandum quod de eodem pulvere dicitur: Pones ex eo coram tabernaculo testimonii, quia tunc nimirum bona nostra veraciter in conspectu iudicis placent, cum haec mens subtilius recogitando conterit, et quasi de aromatibus pulverem reddit, ne grossum durumque sit bonum quod agitur, ne si hoc arta retractationis manus non comminuit, odorem de se subtilius non aspergat. Hinc enim est quod sponsae virtus sponsi voce laudatur, cum dicitur: Quae est ista quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae et thuris et universi pulveris pigmentarii? Sancta namque ecclesia sicut fumi virgula ex aromatibus ascendit, quia ex vitae suae virtutibus in rectitudinem interni incensi proficit; nec sparsa per cogitationes defluit, sed sese intra arcana cordis in rigore virgae constringit; quae ea quae agit dum recogitare et retractare non desinit, myrrham quidem et thus habet in opere, sed pulverem in cogitatione. Hinc est quod oblatoribus hostiae ad Moysen dicitur: Detracta pelle hostiae, artus in frusta concidunt. Pellem namque hostiae subtrahimus, cum ab mentis oculis superficiem virtutis amovemus; eius artus in frusta concidimus, cum distinguentes subtilius eius intima membratim cogitamus. Curandum ergo est ne cum mala vincimus, bonis lascivientibus supplantemur; ne forte fluxa prodeant, ne incircumspecta capiantur, ne per errorem viam deserant, ne per lassitudinem fructum ante acti laboris perdant. In cunctis enim vigilare debet se mens circumspecte, atque in ipsa circumspectionis sue providentia perseverare. Unde et recte subiungitur: Sic faciebat Iob cunctis diebus. Incassum quippe bonum agitur, si ante terminum vitae deseratur, quia et frustra velociter currit qui prius quam ad metas veniat deficit. Hinc enim est quod de reprobis dicitur: Vae his qui perdiderunt sustinentiam. Hinc est quod electis suis Veritas dicit: Vos estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Hinc Ioseph, qui inter fratres usque ad finem iustus perseverasse describitur, solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Quid namque talaris tunica nisi actio consummata? Quasi enim protensa tunica talum corporis operit, cum bona actio ante Dei oculos usque ad vitae nos terminum tegit. Hinc est quod per Moysen caudam hostiae in altari offerri praecipitur, ut videlicet omne bonum quod inchoamus etiam perseverante fine compleamus. Bene igitur coepta cunctis diebus agenda sunt, ut cum malum pugnando repellitur, ipsa boni victoria constanti manu teneatur. Haec tantum quae sub multiplici explicatione discussimus, ut fastidienti animae varia alimenta proponentes aliquid quod eligendo sumat offerremus. Hoc tamen magno opere petimus, ut qui ad spiritalem intelligentiam mentem sublevant, a veneratione historiae non recedant.

Explicit liber primus. Incipit secundus.

Scriptura sacra mentis oculis quasi quoddam speculum opponitur, ut interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi etenim foeda, ibi pulchra nostra cognoscimus. Ibi sentimus quantum proficimus, ibi a profectu quam longe distamus.

Exo. xxx
Ex polo fige

Exo.

Cant. iii
Ista enim est ut virgula

Narrat autem gesta fortium et ad imitationem cor
da provocat infirmorum dumque illorum victri
cia facta commemorat contra vitiorum proelia debilia
nostra confirmat fitque eius verbis ut eo minus
mens inter certamina trepidet quo ante se posi
tos tot virorum fortium triumphos videt. Nonnum
quam vero non solum nobis eorum virtutes asse
rit sed etiam casus innotescit ut et in victoria
fortium quod imitando arripere et rursum videamus
in lapsibus quod timere debeamus. Ecce enim Job de
scribitur temptatione auctus sed David temptatione pro
stratus ut et maiorum virtus spem nostram fove
at et maiorum casus nos ad cautelam humili
tatis accingat quatenus dum illa gaudentes sub
levant ista metuentes premant et audientis animus
illinc spei fiducia hinc humilitate timoris erudi
tus nec temeritate superbiat quia formidine premitur
nec pressus timore desperet quia ad spei fidu
ciam virtutis exemplo roboratur. Factum est autem quadam
die cum venissent filii dei ut assisterent coram
domino affuit inter eos et Sathan. Initium libri
quo sacri eloquia in exordiis narrationum
qualitates exprimat eventus et causarum.
Alias namque appositione loci, alias appositione temporis,
alias qualitate actionis, alias qualitate temporis signat
quid de ventura actione sequatur. Positione quippe lo
corum divina scriptura exprimit subsequentium merita
finesque causarum sicut de Israel dicitur quod verba
dei in monte audire non potuit sed precepta
in campestribus accepit. Subsequentem namque infir
mitatem populi indicans quia ascendere ad summa
non valuit sed semetipsum in infimis negligenter
vivendo laxavit. Appositione temporis futura denun
ciat sicut in actibus apostolorum Stephanus Jesum
quem ad dexteram sedere credimus stantem se vidisse
testatur. Stare quippe adiuvantis est. Sed recte stare
cernitur quem in bello certaminis opitulatorem habuit. Qualitate
actionis res subsequens denuntiatur sicut contra
eum predicante domino nec tunc ex Judea credituris
dicitur premisit dicens: Hyemps erat.
Tempus namque est cum habundante iniquitate
refrigesceret caritas multorum. Ideo ergo hye
mis curavit tempus exprimere ut inesse audi
torum cordibus malicie frigus indicaret. Hinc
est quod negatio Petri premittit quia frigus
erat et stans ad prunas calefaciebat se.
Iam namque intus a caritatis fervore tor
pebat et ad amorem presentis vite quasi ad persecu
torum prunas infirmitatis estuatione recalebat et

Qualitate quoque temporis finis exprimitur actionis
sicut non redditurus ad veniam ad traditionis
perfidiam nocte Judas exisse perhibetur cum egre
diente illo ab evangelista dicitur: Erat autem nox.
Hinc etiam et iniquo diviti dicitur: Hac nocte repe
tunt animam tuam abs te. Anima quippe que
ad tenebras ducitur non in die repeti sed in noc
te memoratur. Hinc est quod Salomon qui sapientiam
non perseveraturus accepit in sompnis hanc et
in nocte accepisse describitur. Hinc est quod angeli ad
Abraham in meridie veniunt, punientium autem
Sodomam ad eam vespere venisse memora
tur. Quia ergo Job temptationis ad victoriam ducitur
in die temptata perhibetur cum dicitur: Factum est autem quadam die
cum venissent filii dei ut assisterent coram
domino affuit inter eos et Sathan. Quinam autem
filii dei nisi electi angeli vocantur. De quibus cum
cognoscitur quod obsequiis maiestatis ministrant val
de querendum est unde veniant aut coram deo
assistant. De his namque voce veritatis dicitur: Angeli
eorum semper vident faciem patris mei qui in
celis est. De his propheta ait: Milia milium mi
nistrabant ei et decies millies centena milia
assistebant ei. Si igitur semper vident et semper
assistunt vigilanti cura querendum est unde
veniant qui numquam recedunt. Sed quia de his per
Paulum dicitur: Nonne sunt omnes administratorii
spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem
capiunt salutis. Per hoc quod missos cognoscimus
unde veniant invenimus. Sed ecce questionis nodum
iungimus et quasi difficultatem solvere nitimur nodum
ligamus. Quando enim aut stare assistere aut videre
faciem patris semper possunt et si ad
ministerium exterius pro nostra salute mittuntur?
Quod tamen citius solvimus si quam subtilis sit angeli
ca natura pensamus. Neque enim sic a divina visio
ne foras exeunt ut interne contemplationis
gaudiis priventur. Quia si conditoris aspectum
exeuntes amitterent nec iacentes erigere nec
ignorantibus vera nuntiare potuissent fontemque
lucis quem egredientes ipsi perderent cecis nulla
tenus propinarent. Hinc ergo est quod nunc natura
angelica a nostre conditionis natura distincta
quod nos et loco circumscribimur et cecitatis ignorantia
coartamur. Angelorum vero spiritus loco quidem
circumscripti sunt sed tamen eorum scientia longe super
nos incomparabiliter dilatatur. Interius quippe
exteriusque sciendo distenti sunt quia ipsum
fontem scientie contemplantur. Quid enim de his

Jo xiii
Luc xii
iii Reg iii
Gen xviii
angeli boni filii dei vocantur
Mt xviii
Dan vii
ad Ebr i
quod de assistentia et missione angelorum

que facta sunt nesciunt qui faciente omnia sciunt eorum. Itaque scientia comparacione nostre valde dilatata est sed tamen comparacione divine scientie angusta. Sicut ipsi quidem comparacione nostri corporum spiritus sunt sed comparacione summi et incircumscripti spiritus sunt corpus. Et mittuntur ergo et assistunt quia per hoc quod circumscripti sunt exeunt. Et per hoc quod sunt incircumscripti in te quo preter eunt nusquam recedunt. Faciem ergo patris semper vident et tamen ad nos veniunt quia et nos spirituali presencia foras exeunt et tamen ibi se unde recesserant per internam contemplacionem servant. Dicatur ergo venerunt filii dei ut assisterent coram domino quia illuc spiritus conversione redeunt unde nulla mentis aversione recedunt. Affuit eciam inter eos sathan. Valde querendum est quomodo inter electos angelos sathan adesse potuit qui ab eorum sorte exigente superbia dudum dampnatus exiuit. Sed recte inter eos affuisse describitur quia et si beatitudinem perdidit naturam tamen eis similem non amisit. Et si meritis pregravatur conditione nature subtilis attollitur. Inter dei ergo filios coram domino affuisse dicitur quia eo intuitu quo omnipotens deus cuncta spiritualia conspicit eciam sathan in ordine nature subtilioris videt. Attestante scriptura que dicit Oculi domini contemplantur bonos et malos. Sed hoc quod affuisse sathan coram domino dicitur magnum nobis questione versatur. Scriptum quippe est Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Sathan vero qui mundo corde esse non potest quo videndo domino affuisse potest. Sed sciendum quia affuisse coram domino non autem dominum vidisse perhibetur. Venit quippe ut videretur non ut videret. Ipse in conspectu domini non autem in conspectu eius dominus fuit. Sicut cecus cum in sole consistit ipse quidem radiis solis perfunditur sed tamen lumine non videt quo illustratur. Ita ergo eciam inter angelos in conspectu domini sathan affuit quia vis divinitatis que intuendo penetrat omnia non se videntem immundum spiritum vidit quia enim et ipsa que deum fugiunt latere non possunt dum cuncta sunt nuda superno conspectui. Sathan affuit absens presenti. Sed cum dixit dominus Unde venis. Cur inde est quod venientes electos angelos nequaquam dicit Unde venistis. Sathan vero unde veniat percunctatur. Non enim requirimus nisi rei quam nescimus. Scire autem dei reprobare est. Unde quibusdam in fine dicturus est Nescio vos unde sitis. Discedite a me omnes operarii iniquitatis. Sicut et nescire mentiri veritatis dicitur qui labi per mendacium dedignatur. Non quia si mentiri velit nesciat sed quia solo veritatis amore contempnat. Quid est ergo quod ad sathan Unde venis dicitur nisi quod vias illius incognitas reprobando vitat. Igitur lumen tenebras quas reprobat ignorat et sathane itinera que quasi iudicando dampnat digne est ut quasi nesciens requirat. Hinc est quod ad peccantem conditoris voce dicitur Ubi es. Non enim divina potencia nesciebat ad que post culpam servus latibula fugerat. Sed quia videt in culpa lapsum iam sub peccato velut ab oculis veritatis absconditum quia tenebras erroris eius non approbat quasi ubi sit peccator ignorat eum quem vocat et requirit dicens Adam ubi es. Per hoc quod vocat signum dat quia ad penitenciam revocat. Per hoc quod requirit aperte insinuat quia peccatores iure dampnandos ignorat. Sathan ergo dominus non vocat sed tamen requirit dicens Unde venis quia nimirum deus apostatam spiritum ad penitenciam nequaquam revocat sed in superbie eius dampnat. Igitur dum sathan de itinere suo discutitur electi angeli requirendi unde veniant non sunt. Itinera eorum nescire tanto deo nota sunt quanto et ipso deo auctore peraguntur. Dum quod soli voluntati eius serviunt eo esse incognite nequeunt quo per approbacionis oculum ex ipso sunt. Qui respondens sathan ait Circuivi terram et perambulavi eam. Solet per girum circuitus labor anxietatis signari. Sathan ergo laborans terram circuit quia celestis interni culmine stare contempsit. Circuisse se non tranquille sed perambulasse insinuat quanto peccati pondere in penis premitur. Deorsum stetit. Perambulans ergo terram circuit quia ab illo spiritualis potencie volatu corruens malicie sue pressus pondere intra fores ag... dum labor venit. Hinc est enim quod de eius membris per psalmistam dicitur In circuitu impii ambulant quia dum interiora non appetunt exteriorum labore fatigantur. Sequitur Numquid considerasti servum meum Job quod non sit ei similis in terra homo simplex rectus ac timens deum et recedens a malo. Hoc quod divina voce beatus Job simplex rectus et recedens a malo dicitur quia subtiliter in enarracione superius exposuimus replicare que diximus devitamus ne dum discussa repetimus tedi...

ad indiscussa veniamus. Hoc est nobis solerter
intuendum quid sit quod vel ad Sathan loquitur
Dominus dicens, vel quod Sathan Domino respondet. Perscru-
tanda quippe est quenam sit ista lo-
cutio. Neque enim vel a Deo qui summus et in-
circumscriptibilis est spiritus, vel a Sathan qui nul-
la est carnea veste natura sua circumdatus, more
aereo flatu folle, id est pulmonis, attracto, per orga-
na gutturis vox expressa redditur. Sed dum
natura invisibilis incomprehensibiliter loquitur, dignum
est ut mens nostra qualitates corporee locutionis ex-
cedens ad sublimes atque incognitos modos
locutionis interne suspendatur. Nos namque
ea ut que sentimus intrinsecus exterius exp-
rimamus, hec per organa gutturis per sonum vocis
eicimus. Alienis quippe oculis intra secretum
mentis quasi post parietem corporis stamus, sed cum manifesta-
re nos metipsos cupimus quasi per lingue ianuam
egredimur ut quales sumus intrinsecus ostendamus.
Spiritualis autem natura non est ita, que exprimere
et corporis compositione duplex non est. Sed tamen sciendum
est quod ipsa et incorporea cum loquitur, eius lo-
cutio nequaquam una atque eadem qualitate formatur.
Aliter enim loquitur Deus ad angelos, aliter angeli ad Deum,
aliter Deus ad sanctorum animas, aliter sanctorum anime
ad Deum, aliter Deus ad dyabolum, aliter dyabolus ad Deum.
Nam quia spirituali nature corporea oppositio nulla ob-
obsistit, loquitur Deus ad angelos sanctos eo ipso quo
eorum cordibus occulta sua invisibilia ostendit,
ut quicquid agere debeant, ipsa contemplatione veritatis
legant, et velut quedam precepta vocis sint ipsa
gaudia contemplationis. Quasi enim audientibus dicitur
quod videntibus inspiratur. Unde cum eorum cordibus se
contra humanam superbiam animadversionem vel ad ostendere
funderet, dicit: Venite descendamus et confunda-
mus ibi linguam eorum. Dicitur eis qui adhe-
rent: Venite, quia nimirum hoc ipsum magna
angelica contemplatione convertere in divina contemplatione
semper accrescere est, et numquam corde recedere quasi quodam
stabili motu est semper venire. Et dicit: De-
scendamus et confundamus linguas eorum. Ascen-
dunt angeli eo quod creatorem conspiciunt; descen-
dunt angeli eo quod creaturam sese in illicita
erigentem examine districtionis premunt. Dicere ergo:
Descendamus et confundamus linguas eorum, in se ipso
eis hoc quod recte agitur ostendere, et per eum interne
visionis eorum mentibus exhibenda iudicia
occultis motibus inspirare. Aliter loquuntur angeli
ad Deum, sicut per Iohannem Apocalypsis dicitur: Dig-
nus est agnus qui occisus est accipere virtutem
et divinitatem et sapientiam. Vox namque angelorum
est in laude conditoris ipsa admiratio intime con-
templationis. Virtutis divine miracula obstu-
puisse est dixisse, quia excitatus cum reve-
rentia motus cordis magnus est ad au-
res incircumscripti spiritus clamor vocis. Que vox
se quasi per distincta verba explicat, dum sese
per innumeros motus admirationis format. Deus
ergo angelis loquitur, cum eis voluntas eius
in omni videndo manifestatur. Angeli autem

loquuntur Domino, cum per hoc quod super semetipsos re-
spiciunt in motum admirationis surgunt. Aliter
Deus ad sanctorum animas, aliter sanctorum anime loquuntur
ad Deum. Unde in Iohannis Apocalypsi dicitur: Vidi sub-
tus altare animas interfectorum propter verbum
Dei et propter testimonium quod habebant, et clamabant
voce magna dicentes: Usquequo, Domine,
sanctus et verus, non iudicas et vindicas san-
guinem nostrum de his qui habitant in terra? Ubi
illico adiungitur: Date sunt illis singule stole al-
be, et dictum est illis ut requiescerent tempus mo-
dicum donec impleatur numerus conservorum et fra-
trum eorum. Quid enim est animas vindictam petendo
dicere nisi diem extremi iudicii et resurrectionem ex-
tinctorum corporum desiderare? Magnus quippe cla-
mor eorum magnum est desiderium. Tanto enim
quisque minus clamat quanto minus desiderat, et tanto
maiorem vocem in aures incircumscripti spiritus ex-
primit quanto se in eius desiderium plenius fun-
vero non ita dicitur sed maledicit eam qui
maledixit diem qui raptus est quidem ce
tum reprobis ... aperte ostenditur quod a Christo viro
in fine mundi ventura antichristi predicatio per
imitatur. Malignus namque spiritus qui per
initium nox est diem in se mundi fine simu
lat cum se quidem hominibus ostendit cum cla
ritate sibi divinitatis fallacie tribuit et su
pra omne quod deus vel dicitur vel colitur extol
litur. Eorum nos maledicat qui maledicit
diem. Quia fuit ille cuius malicia destruxit
et illustratione adventus sui ... ca
fortitudo eius potentiam contigit. Unde et bene
subiungitur: Qui raptus est grande tremitu
. Hinc enim certa fortitudo magnis capitur
quia antiqui hostis versutia baptismi
sacramento superatur. Sed quia certe ...
... de auctore omni dicatur ...
de hac que aperiunt nos deliberato est
ambitio quia sermone divinata decellatur cum
angelis memoratur. De his namque dicitur:
Maledicant ei qui maledicunt diei. Dic
se quippe iste superbiens spiritus ostenta
re etiam angelicis potestatibus voluit pra
tibus cum se super ceteros et in potentia
divinitatis extolleret. Tot se post eum iniquum
legiones traxit. Sed minimum qui in auctoritatem
suo similitudine pereunte persisterunt cum errore
eius noctem inesse conspicerent. Diem tali
illius de semetipsis similia sentiendo
calcaverunt. Et in eum nobis dolus eius
tenebras indicat. Et quia sit illius de

spicienda facta claritatis demirantur. Dicatur er-
go de tenebrosa nocte que humane infirmita-
tis oculos claudit maledicant ei qui ma-
ledicunt diei id est illi eterni spiritus erroris eius
tenebras dampnando denunciant qui ma-
gnitudinem claritatis illius iam ab exordio
facta vident. Bene autem dicitur subditur Qui pa-
rati sunt suscitare leviathan. Leviathan
quippe interpretatur dicitur additamentum eorum.
Quorum scilicet nisi hominum. Hec autem additamentum
eorum dicitur quia primus culpam ma-
la suggestione intulit hanc cottidie auge-
re iniquioribus persuasionibus non desistit vel cer-
te per exprobacionem leviathan vocatur
id est additamentum hominum dictus. Eos namque
in paradiso immortales repperit sed dum eis
immortalibus promittendo quod eis aliquid
ultra quod erant se addere spopondit,
sed dum blande non habita se daturum
promisit, callide etiam habita subtraxit. Ipsum enim
idem leviathan. Ita per prophetam describitur
dicens: Super leviathan serpentem vectem,
super leviathan serpentem tortuosum. Leviathan
quippe iste inde quod se addere hominibus spon-
det. Tortuosus autem sinuosis increpitur
quia dum sibi impossibilia promittit vere
et possibilia sustulit. Convenienter nobis non-
cupatur qui serpentem dixit tortuosum
illico subiungebat Imponit vecte in se
forte quod in serpente torti tunc flexa molli-
cies In vecte autem durata est rigiditas.
Et quo hunc durum signaret et mollem et
vectem vocat et serpentem. Durus quippe est
per maliciam mollis per blandimenta. Vectis
ergo dicitur quia usque ad necem percutit. Serpens
autem quia se per insidias molliter infundit.
Hunc leviathan electi angelorum spiritus
nunc in puteo abyssi clausum premunt
sicut scriptum est: Vidi angelum descendentem de celo
habentem clavem abyssi et cathenam mag-
nam in manu sua et apprehendit draconem
serpentem antiquum qui est dyabolus et sathan-
nas et ligavit eum per annos mille et
misit eum in abyssum que tamen in mun-
di fine ad apertam certamina reuocatur et
totum contra nos viribus suis re-
laxatur. Unde illic in eodem scriptum est: Cum
completi fuerint mille anni solvetur sathan-
nas. Ille enim apostata angelus qui
ita conditus fuerat ut angelorum ceteris
legionibus eminet, ita superbiendo succu-
buit ut nunc stancium angelorum condi-
cioni prostratus sit quorum nunc vel
ad utilitatem nostram eis ministrantibus
relegatus lateat vel cum ad proba-
cionem eis relaxantibus totis se viribus con-
tra nos vires sollicitus exerceat. Eterna igitur
electa spiritus superbum apostatam comprimunt
qui humiles hunc sequi noluerunt ipsi
contra administracionibus disponentis ut adiuti

eorum aptum certamine descendendo sui dere-
tinere dicitur. Recte igitur parati sunt suscita-
re leviathan eterna tum hostis callida
ad aperta bella vice diuini suscitatur est
eterno quorundam meritis nox ista nunc la-
tens obscurat insinuet sequitur Obtenebren-
tur stelle caligine eius. In scriptura
sacra stellarum nomine alij sanctorum in-
stantia que inter huius vite tenebras lucet
alij vero hypocritarum facta denotantur qui bona
que faciunt ad percipiendas laudes hominibus
ostendunt. Nisi enim recte viventes stelle non
essent nequaquam paulus discipulis diceret:
In medio nacionis prave et perverse inter
quos lucetis sicut luminaria in mundo. Et rur-
sum si inter eos qui recte agere videntur qui-
dam de actione sua retribucionem favo-
ris humani non quererent nequaquam
stellas ruere Johannes de celestibus videret
dicens: Accepit draco caudam et traxit
terciam partem stellarum draconis enim cau-
da stellarum partem extraxit quia extremam
persuasione antichristi quidam qui vide-
tur lucere rapientur. Stellas namque in
terram trahere est eos qui videntur studio celes-
tis inherere amore terreno iniquitatis ap-
petere et velle. Sunt namque nonnulli
et qui ante humanos oculos velud ma-
gnis operibus lucet sed quia hec nunquam op-
timo corde non perveniunt capti in deiectis
cogitacionibus noctis huius tenebris ob-
scurantur qui sepe ea que mundo corde non
faciunt in ope amittunt. Eterna ergo nox
male premitur qua et inter bona opera cordi
intencionem minime mundam dicatur recte
obscurentur stelle caligine eius id est
confundantur eos qui ante humanos oculos
quasi bonis operibus splendent Malicia
antiqui hostis obscura prevalent hi
qui ante humana iudicia supersteriunt
lumine laudis deponunt caligine
quippe noctis obscurantur cum cor-
rupta apta errore confunditur ut nunc
non tales ceci foris in actione apparent
quales apud semetipsos intus dum
parte iudicio non formidat sequitur
Expectet lucem et non videat nec ortum
surgentis aurore In eius verbis dia
Ego sum lux mundi. Sicut autem ipse
redemptor noster una persona est cum co-
gregacione bonorum. Ipse namque est ca-
put corporis et nos huius capitis corpus
Ita antiquus hostis una persona est
cum cuncta collectione reproborum quia
ipse eis ad iniquitatem quasi caput preeminet
Illi autem dum adversa deserviunt velud
subnixum capita corporis inherent
Quos ergo dicat nocte id est antiquo
hoste dicatur dignum est ut ad corpori
eius id est iniquos quosque declinet

Etenim igitur redemptorem humani generis lux est
Christus, de quo dictum est quod deshabeat nocte. Expectet lu-
cem et non videat. Quia sunt nonnulli
qui fidem quam operibus destruunt tenere se
sermonibus ostendunt, de quibus per Paulum
dicitur: Confitentur se nosse Deum, factis autem
negant. Hi enim aut prava faciunt aut
recta opera non recto corde sectantur. Non enim
desideratis operibus retributiones perpetuas sed
transitorios favores querunt. Et tamen
quia sanctos se laudari audiunt esse se veraci-
ter sanctos arbitrantur. Et quanto se exaltatore
estimatione irreprehensibiles putant, tanto
diem districti iudicii securius expectant.
De quibus bene per prophetam dicitur: Vae desi-
derantibus diem Domini. Et nimirum bene [struck through]
bitam suam profecto perditionis studio
non optantis voce dicens: Expectet
lucem et non videat. Hostis quippe illa
videlicet tenebrosus hostis in membris suis
lucem expectat et non videt, quia hi qui
fidem sine operibus retinent, cum pro
eadem fidem extremo iudicio salvari
se posse confidunt, spes eorum frustra-
bitur, quia hanc vivendo demoliti
sunt quam confitendo tenuerunt. Vel hi qui
pro humana laude in bona actione se
exhibent, in extremo veniente iudice
retributionem bonorum operum sperant, quia
dum hec in ostentatione faciunt laudis
iam premium ab humano ore receperunt
veritate attestante que ait: Amen dico
vobis, receperunt mercedem suam. Unde
bene subditur: Nec ortum surgentis auro-
re. Aurora quippe dicitur ecclesia, que a peccato-
rum suorum tenebris ad lucem iustitie permuta-
tur. Unde hanc sponsus in Canticorum can-
tico miratur dicens: Que est ista que pro-
greditur quasi aurora consurgens? Sancta etenim
ecclesia aurora quippe clarissima surgit, etiam
que sanctitatis pristine tenebras deserit
et sese in novi luminis fulgorem convertat.
In illa igitur luce [illegible] que in
districti iudicii adventum mira corporis
dampnati hostis ortum surgentis
aurore non videt. Etenim cum districtus
iudex ad retributionem venit, iniquus quisque
propriorum caligine meritorum pressus quanta
claritate sancta ecclesia in intimi luminis surgat
ignorat. Tunc namque electorum mens in
altum rapitur ut divinitatis radiis re-
lustretur, et quo eius respectu perfunditur, eo ma-
gis gratia coruscante sublevatur. Tunc sancta
ecclesia plena aurora fit, cum mortalitatis
atque ignorantie sue tenebras funditus
amittit. In iudicio ergo adhuc aurora
est, sed in regno dies. Etenim et si iam
cum restauratione corporum inde luminis
inchoare in iudicio eius tamen visum pleni-
us in regno consummat. Ortus itaque
aurore et exordium claritatis ecclesie quod videre
reprobi nequeunt, quia ab aspectu districti
iudicis malorum suorum pondere pressi
ad tenebras pertrahuntur. Unde et recte per prophetam
dicitur: Tollatur impius ne videat gloriam Dei.
Hinc est quod de hac aurora per psalmistam
dicitur: Abscondes eos in abscondito vultus
tui a conturbatione hominum. Electus quisque
in iudicio per internum in vultu divinita-
tis absconditur, dum reprobos foris ce-
citas districta animadversione iustitie
repulsa turbat. Quod etiam ad presens
non inconvenienter accipimus si simulatorum
corda subtilius indagamus. Arrogan-
tes namque et ypocrite bonorum facta extrinsecus
aspiciunt atque eos in factis suis laudari
ab hominibus agnoscunt, cunctique celebre
nomen imitantur et que probe ne gestis
laudes suscipiant, videlicet apta eorum
opera considerant sed que sola spe intrinsecus
hec operentur ignorant. Illi enim vera
luce iustitie clari sunt, verius a te-
nebris interne intentionis immutantur, ut
ob stimuli tenue intus terrene appetitionis
plene deserant et corda sua ad super-
na lucis desideria perfecte convertant. Hi
cum aliis apparent lucidi, sunt sibimet
obscuri. Arrogantes ergo quia bono-
rum facta considerant corda non pene-
trant, imitantur unde laudari foris valeant, non
unde intus ad iustitie lumen surgant, et
quasi ortum surgentis aurore nesciunt,
qui intentionem religiose mentis conside-
rare contempnunt. Potest etiam sanctus vir gratia
prophetie spiritus plenus in hoc perfidiam
redemptore [illegible] veniente conspicere
cuiusque cecitatis dampna pubasset quasi
exoptando qualiter prophetare, ut diceret: Expec-
tet lucem et non videat nec ortum surgen-
tis aurore. Iudea quippe lucem expec-
tavit et non vidit, quia humani generis
redemptorem venturum quidem prophetando su-
stinuit, sed venientem minime cognovit,
et quos ad spem aperuit mentis oculos
ad presentia lucis clausit. Que et surgentis
aurore ortum non vidit, quia infirma
illa sancte ecclesie primordia venerari contempsit,
dumque hanc labefactari suorum operum perpetuis
moribus credidit, ad que fortia pervenerit
ignoravit. Et quia de infidelibus lo-
quens iniquum capitis membra in notio-
rem ad ipsum turpium iniquorum caput
verba convertit, dicens: Quia non conclu-
sit ostia ventris qui portavit me nec
abstulit mala ab oculis meis. Quod
unicuique hominum venter est matris ge-
nitrix; humanum genus exstitit status ille
summa paradisi. Ipsa namque humanum ge-
nus velut ex ventre prodiit et quasi
ad incrementa corporis sic ad augmenta

Ysa. xxvi

Alii quidem laudari ypocrite et arrogantes, alii similes et cetera

Sed quanto studio easdem laudes fugiat non

C ii a

g
a
b
c
d
f

Uteri ianua et paradisi ... similitudo

propaginis foras emanavit. Ibi conceptio interius coalescit ubi origo hominis homo primus habitavit. Sed hinc ventris hostia spiritus aperuit quia persuasione callida in corde hominis mandatum celeste dissolvit. Huius ventris hostia spiritus aperuit quia munita supernis moenibus claustra mentis irrupit. Beatus igitur vir in pena quam tolleravit ad culpam mentis oculos reducit doleat dicit quod tenebrosa nox in tantum qui hostis tenebrosa suggestio humanis mentibus intulit doleat dicit quod suggestio ... callide humana mens in sua decepte consensit et dicat quia non clausit hostia ventris qui portavit me nec abstulit mala ab oculis meis. Nec moneat quod non conclusisse queritur que aperuisse paradisi ianuam detestatur. Non conclusit nec aperuit et mala non abstulit. Interrogamus extimas auferret enim si quiesceret et qui clauderet si ab irruptione cessaret. Sicut namque de quo loquimur et reddit quod prius spiritum qui lucidum nobis dedisse fuit si dampna non intulisset. Sic nos de latronibus loquimur quia captus sunt donata non abstulerunt. Libet hoc ab imitatione reperere atque eo ut in ipsius verbis nos recognoscimus moraliter veritatis beatus Job considerans. Post qua amictus statu succubuit genus humanum quanta in rebus prosperis stabilitate sublevetur vel quanta ex adversis perturbatione frangatur ad illum quod in paradiso habere potuit incommutabilitatis statum incherere recurrit et mortalitatis prosperam et adversam varietate quam ... despicabilem cerneret maledicendo declamavit dicens:

Pereat dies in qua natus sum et nox dictum est conceptus est homo. Extimas dies quedam est tam mundi huius prosperitas arridet sed nox ... iste innocenter definit quia sepe temporalis prosperitas ad tribulationis tenebras perducitur. Hanc prosperitatis diem propheta despexerat cum diceret: Diem hominis non concupivi tu scis. Hanc tribulationis noctem post hunc inclinationis sue tempus prosperum se duo invocabat cum per prophetam ... ... dixit usque ad noctem increpuerunt me renes mei. Potest autem per diem peccati delectatio per noctem vero ... ... cecitatis mentis intelligi qua se ille patitur in culpe ... perpetratione prostrari optat igitur perire diem ut deprehensum blandiri cernitur vigore iustitie interveniente destruatur. Optat etiam perire noctem ut quod cecata mens etiam per consensum perpetrat animadversione penitencie extinguatur. Sed querendum nobis est cur in die homo natus dicitur

et in nocte conceptus. Scriptura sacra tribus modis appellat hominem, scilicet alias per naturam alias per culpam alias per infirmitatem. Homo quippe per naturam dicitur sicut est: Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. Homo vero per culpam sicut scriptum est: Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes. Nos autem sicut homines moriemini. Ac si aperte diceret: Sicut delinquentes obitis. Unde et Paulus ait: Cum sit inter vos zelus et contentio nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis. Ac si aperte diceret: Qui in discordes mentes ducitis. Nonne adhuc ex culpa humanitatis peccatis. Homo per infirmitatem sicut scriptum est: Maledictus qui spem suam ponit in homine. Ac si aperte diceret: In infirmitate. Homo in die nascitur. Sed in nocte concipitur quia nequaquam ad delectationem rapitur peccati nisi primo per voluntarias mentis tenebras infirmetur. Ante enim in mente ceca fit et post more se prebet delectationi substinit. Dicatur ergo pereat dies in qua natus sum et nox in qua dictum est conceptus est homo, id est pereat delectatio que in culpa hominem rapuit et perdat incautam mentis infirmitatem que usque ad tenebras proprie consensus excecavit. Homo enim dum blandimenta delectationis carnis non prospicit etiam in nocte nequissime perpetrationis ruit. Solerti ergo vigilantia intuendum est ut cum a ... culpa inchoat absque ... in ... tristitie agnoscat ... et aperte subdit ... Dies ille vertatur in tenebris. Dies quippe in tenebris vertitur cum culpa in ipso delectationis exordio adque perditionem sine rapiat inde. Dies in tenebras diem vertimus cum nosmetipsos districte punientes ipsa delectationis prave blandimenta perstricta penitencie lamenta amaritudine flendo insequimur. Quia ergo quod in corde tacenti delectationis peccata christiana fidelis quisque cogitationis in iudicio exquiri subtiliter non ignorat Paulo attestante qui ait: Inter se invicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium semetipsum introrsus discutiens ante iudicium vehementer examinat ut districtus iudex eo iam tranquillius veniat quo reatum suum dissolvit. Appetit iam culpa penitentie ... et aperte subdit: Non requirat eum Deus desuper. Requirit Deus quem iudicando discutit. Non requirit quem ignoscendo in suo iam iudicio impunitum relinquit. Sic itaque dies, id est, peccati delectatio a Domino non requiritur si animadversione spontanea punitur Paulo attestante qui ait: Si nosmetipsos diiudicaremus non utique

Moraliter

ut prospera et adversa manifesta ...

f

Effectus mundane prosperitatis

Je. xvii

g

Circa

Quo[modo] de hom[ine] concept[io] et nativitas

ad omnis iudicationem. Deo itaque diem nostram requirere est conversi mentem nostram subtiliter iudicando omne quod deliquimus gratulationi inde gaudere in qua se iniquitatis illum tunc servitutem non penitet quia nunc sibi mollius peperisse deprehendit. Non requirat deus desuper. Et non illustret lumine suo. In iudicationis domus apparens omne quod redarguit lumine illustrat. Quasi enim sub quadam obscuritate tegitur quidquid tunc in memoria iudicantis non revocatur. Scriptum quippe est. Omnia autem que arguuntur a lumine manifestantur. Quasi quedam tenebre peccata preteritorum abscondunt. Denique per prophetam dicitur. Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Quasi omne quod tegitur vel in tenebris occultatur in die extremi iudicii non illustratur lumine quod discutitur ultione. Sectus namque iudex quos tunc iuste punire noluit ipsa sibi talium dampna nunc sacius abscondit. In lumine quippe ostenditur quidquid tunc in conspectu omnium deprehenditur. Hic ergo dies vertitur in tenebras ut videlicet omne quod delinquimus nos per penitentiam feriamus. Sic enim deus non requirat et lumine non illustret ut scilicet nobis culpam nostram ferientibus ipse hanc extremi iudicii animadversione non increpet. Ipse autem iudex venturus est qui cuncta penetret cuncta perstringat quia qui ubique est locus quo fugiat non est. Sed quod ad presentis punitionis nostre fletibus placatur solus ab illo locum fugit qui venit qui post perpetratam culpam nunc se in propria abscondit. Non requirat deus desuper. Et non illustret lumine. Obscurent eum tenebre et umbra mortis. Diem profecto tenebre obscurant quando delectationem mentis inflicta penitentie lamenta tristicie feriant. Sunt enim per tenebras occulta iudicia designata. In luce namque quod videmus agnoscimus. In tenebris vero aut omnino nichil cernimus aut incerto visu caligamus. Occulta vero iudicia quedam animos tenebre sunt quia perscrutari nequaquam possunt. Et de deo scriptum est. Posuit tenebras latibulum suum. Et quia absolutionem nostram agnoscimus sed presente nos divina gratia per occulta iudicia eius liberamur. Diem ergo tenebre obscurant cum flendi nunc delectationis gaudium ab illo iuste animadversionis terrore inscrutabilis eius iudicia pro misericordie occultant. Unde et aperte subiungitur. Et umbra mortis. Inscriptura enim sacra umbra mortis aliquando oblivio mentis accipitur aliquando imitatio diabolica aliquando mors carnis. Umbra enim mortis oblivio mentis accipitur quia ut superius diximus sicut mors hoc quod interficit agit ut non sit in memoria. Unde et recte quia Iudea hebrea gentilis populus cum eius obliti fuerant deum

predicatione veniebat per Zachariam dicitur. Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent. In umbra enim mortis sedere est ad divinum amorem notitia oblivionis lassescere. Umbra mortis antiqui hostis imitatio accipitur. Ipse enim qui mortem intulit mors vocatur. Iohanne attestante qui ait. Et nomen illi mors. Per umbram ergo mortis eius imitatio designatur quia sicut umbra mortis iuxta qualitatem corporis ducitur ita actiones eius imitationis exprimuntur. Unde recte Ysaias cum gentiles populos in antiqui hostis venerent imitatione deficere conspexit ad veri ortum solis resurgere quia recte situm considerat qui exposuit narrat dicens. Sedentibus in tenebris et umbra mortis lux orta est eis. Umbra mortis mors carnis accipitur. Quia sicut vera mors est que animam separat a deo ita umbra mortis est que a carne separat animam. Unde recte non ex martirum voce per prophetam dicitur. Humiliasti nos in loco afflictionis et cooperuit nos umbra mortis. Quos enim constat non spiritu sed sola carne mori nequaquam se vera morte sed umbra mortis dicunt operiri. Cur inde est quod beatus Iob ad obscurandum diem penitentie delectationis postulat umbram mortis nisi quod ad delendum peccatum ante dei oculos et hominum mediatorem requirit qui solam pro nobis mortem carnis susciperet et veram mortem delinquentium per umbram sue mortis deleret. Ad nos quippe venit qui in morte spiritus carnisque tenebamur. Unam ad nos suam mortem detulit et duas nostras quas repperit resolvit. Si enim utramque susciperet nos a nulla liberaret. Sed unam misericorditer suscepit accepit iuste et utramque dampnavit. Simplam suam duple nostre contulit. Et duplam nostram moriens subegit. Unde et non in toto uno die in sepulcro et duabus noctibus iacuit. Quia videlicet lucem sue simple mortis tenebris duple mortis nostre adiunxit. Quam ergo solam pro nobis mortem carnis accepit umbram mortis protulit. Et a dei oculis culpam suam quam fecimus abscondit. Dicatur ergo recte. Obscuret eum tenebre et umbra mortis. Ac si aperte diceretur. Ille veniat qui a morte carnis et spiritus debitores eripiat mortem carnis non debens solvat. Sed quia multis peccatum dupliciter relaxat aut cum hoc nos flendo insequimur aut ipse iudicando testatur ut ad eius deiectionem sua mens solerter invigilat. In quo ergo sibi compassionis misericordie se venire considerat. Hoc necesse est ut confitens tergat. Unde et aperte subiungitur. Occupet eum caligo. Quia enim in caligine oculus confunditur. Ipsa penitentiam mentis nostre confusio

[Marginalia, left:] Greg(orius) iiij · pen(itentia) · nota confessio et actio(?) · Ad Ro(manos) vj · no(ta) · ex(emplum) · penitencia nota · Consensus culpa facit esse graviorem · ex(emplum) · demonis(?) · Contritio culpe facit merere animum

caligo nominatur. Nam sicut caligo ne-
bulosa congerie obscurat diem, itaque con-
fusio perturbantis cogitationibus obnu-
bilat mentem. Digna pro quibusdam dicitur esse co[n]-
fusio ad ducendum fletum. Cum enim ad mentem
male gesta reducimus, penitendo conterimur, mox
merore confundimur. Perstrepet in anima pertur-
bata cogitationum meror, conterit anxi-
etas, devastat. In erumpna mens itaque
et quasi quodam nubilo caliginis obscu-
ratur. Hec nimirum caligo confusionis corri-
mente salubriter oppresserat quibus Paulus
dicebat: Quem enim fructum habuistis in illis in
quibus nunc erubescitis? Hunc ergo peccati diem
caligo occupet, id est blandimenta nequitie
afflicto penitentie digno merore perturbet. Un-
de apte subiungitur: Et involvatur amaritudine. Diem
enim amaritudine involvimus, cum ad cogni-
tionem mente redeunte peccati blandimenta cru-
ciatus penitentie secuntur. Diem amaritudine invol-
vimus, cum prave delectationis gaudia que
supplicia sequantur aspicimus, et aspicientes hec fle-
tibus cruciamus. Anima enim hoc quod in volup-
tate exsultat omnis partis operitur. In volvi di-
es amaritudine operitur, quotiens que mala
incorrectis imminent extremorum pro te quisque con-
spiciat, et voluptatis sue lascivia tristi-
tie lamentis tergat. Sed si diem quia
peccati delectationem exprimimus, tot impeti partibus
gaudium, ut vere cecitates fletus exprimat,
quid quod delectatus animus per negligentiam de-
linquit, quanta amaritudinis per excessus
diei nox ferenda est, verum ipse iam consensus
ad culpam. Sicut enim minoris culpe est
cum carnali mens in delectatione rapitur,
sed tamen delectationi sue per semet ipsam reluctatur,
ita gravior et plene est nequitie ad peccati
illecebram non solum delectatione pertrahi,
sed etiam consensu famulari. Tanto igitur
acriori manu penitentie mens a pollutione ter-
genda est, quanto se per consensum conspicit
sordidius inquinatam. Unde et apte subiungitur:
Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Qua-
si enim quidam turbo tempestatis est concitatus spi-
ritus meroris. Sciam dum peccatum quisque quod
fecit intelligit, dum pravitatem sue nequitie per-
tanti pensat, in merore mentem obnubilat, et quasi
conclusio serene tranquillitatis aciem omnem in se tran-
quille cordis penitentie turbine devastat. Sic enim
recognoscere se animus iste turbo conteret,
nequaquam culpa duxisset. In spiritu vehementi
conteres naves Tharsis. Tharsis quippe
exploratio gaudii dicitur. Sed cum vehemens
spiritus penitentie mentem occupat, omnem in ea ex-
ploratione reprehensibile gaudium perturbat, ut
iam in ea nisi flere libeat, nichil quod se
terrere possit attendat. Ponit namque ante oculos
illinc districtionem iusticie, hinc meritum culpe, con-
spicit quo supplicio digna sit si pietatis par-
cens desit, que per lamenta penitentia abstrahere con-

ere pena consuevit. Spiritus ergo vehemens Thar-
sis naves conterit, cum vis compunctionis val-
lida mentes nostras, que huic mundo quasi mari
deditas, salubri terrore confundit. Dicatur igitur:
Noctem illam tenebrosus turbo possideat,
id est perfectione culpe non blandimenta securitatis
fovendo, sed pie severitatis amaritudo pe-
nitentie irrumpat. Sciendum vero est quia cum
peccata in penitentia relinquimus, a nocte possi-
demur. Cum enim hec non ad amaritudinem fle-
tuum penitentie inimicum nos nocte quasi se-
cum possidet. Cum vero peccati cordis subitu-
m cordis possessionem reducit, si cum ma-
gis turpia... Nox turbo possidetur, non devicta nocte captiva in prava
cogitatione dicitur. Superioribus peccatum tunc aderit
sed subter te erit appetitus eius et tu domina-
beris illius. Superioribus quippe peccatum ad de est
cum in cogitationibus pulsat, cuius appeti-
tus subter est, cum et homo dominatur si cordis
nequitia inspecta actionis premitur. Et per-
versa ad delicta excitat reluctanti men-
te subigitur. Ut ergo delictum suum actionis a-
nimus sentiat et culpe tyrannidem sub
iure suo penitendo restringat, dicatur recte: Noc-
tem illam tenebrosus turbo possideat.
Ac si aperte dicatur: Ne captiva mens culpe
fiat, culpa captiva libertatem non relinquat,
et quod flendo insequimur et nequaquam habet no-
bis ductu iudice obici extremo sparamo-
bus subditur: Non computetur in diebus anni, et
numeretur in mensibus. Illud conditoris nostri annus
tunc perficitur, quando aperte eterno iudice
sancte ecclesie peregrinacionis sue iam completur
dum labor suum remuneratione recipit cum
expleto hoc belli tempore ad propriam redit in
bene peregrinum dicitur. Benedices corone
anni benignitatis tue. Quasi enim corona anni
benedicitur, cum finito labore tempore virtutum
remuneratio offertur. Dies enim anni sunt sin-
gule quoque virtutes, menses anni multi-
plicia facta virtutum. Sed ecce cum perfi-
ducia mens erigitur, ut speret quod veniente
te iudice devitum remuneretur, curandum est, ne cuius
merore etiam que gesta gessit et valde
formidat, ne districtus iudex cum venerit
ut virtutes remuneret, etiam que illicite
gesta sunt examinans subtiliter penset. Ne
cum anni complet etiam noctem immiceat
dicat itaque delicta nocte: Non computetur
in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Ac si di-
strictum iudicem exoret dicens: Cum com-
pleto sancte ecclesie tempore extremo examine mani-
festas, sic bona que contulisti remu-
neres, ut mala que commisimus non
requiras. Si enim nox illa in diebus an-
ni computatur, omne quod gessimus ex sinte-
nite estimatione confunditur. Et dies virtutum
iam non licet si hos in conspectu suo a-
numerata nostre noctis tenebrositas
sui obscuret. Sed si de nocte mea mom-

[Marginalia, right:] 17 · a · b · c · d

[U]tunc inquisitione voluminis magno ope-
ris cautum est ut nos mentis discus-
sione vigilemus. Ne quelibet nos culpa in-
punita remaneat, ne mens pusillanimiter quod fecit
defendere audeat et defensione nequicie ne-
quiciam adiungat. Unde et bene subditur: Sit nox il-
la solitaria nec laude digna. Sunt nonnul-
li qui non solum nequaquam defleant
quod faciunt sed etiam laudare et defendere non
desistunt. Nimirum cum defenditur culpa
geminatur. Contra quod recte per quendam dicitur:
Peccasti, ne adicias iterum. Peccatum quip-
pe peccato addit qui male gesta etiam
defendit. Et noctem illam solitariam non
relinquit qui culpe sue tenebris etiam
patrocinia defensionis adiungit. Hinc
est quod primus homo de erroris sui
nocte requisitus eandem noctem esse
solitariam noluit quia dum requi-
sitione ad penitentiam vocatur, ei ammicula
excusationis adiunxit dicens: Mulier quam
dedisti michi sociam dedit michi de lig-
no et comedi, scilicet excessus sui culpam in
auctorem latenter intorquens. Ac si di-
ceret: Tu occasionem delinquendi prebuisti
qui mulierem dedisti. Hinc est quod huius
erroris ramus in humano genere extilla-
tur usque radice protrahitur ut quod ma-
le agitur adhuc etiam defendatur. Dicatur er-
go: Sit nox illa solitaria nec laude
digna, ac si aperte exoret dicens: Culpa
quam fecimus sola remaneat ne dum
laudatur et defenditur in conspectu iudicis nos
multiplicius astringat. Peccare quidem
non debuimus, sed utinam saltem non inge-
minemus vel ea que fecimus. Sola deseramus.
Sed inter hec sciendum est quia iam culpam
suam veraciter insequitur qui iam ad ad-
tes prosperitatis seculi nonnullo appetitu in-
stigatur. Prosperitatis quippe huius mundi bla-
dimenta fraudulenta considerat favoresque
eius quasi quasdam deceptiones
pensat. Unde et bene subditur: Maledicant ei qui
maledicunt diei. Ac si aperte dicat: Illi hu-
ius noctis tenebras puniendo ne feriant
qui iam lucem prosperitatis seculi despicien-
tes calcant. Si enim diem leticiam delecta-
tionis accepimus, recte de hac nocte dicitur:
Maledicant ei qui maledicunt diei. Ea ni-
mirum illi pariter mala suscepta per
afflictionem penitentie corrigunt qui iam
ad bona fallentia nulla delectatione
rapiuntur. Nam quos adhuc noxia
alia delectant, frustra est quod commissa quia per-
petrata alia deplorant. Sed aut ut singu-
lis dictis suggestionem calliditatem antiqui
hostis accipimus, illi maledicere nocti in-
telligendi sunt qui diei maledicunt,
quia scilicet illi suspectas culpas vere pu-
niunt qui maligni seductoris insidias
in ipsa blanda suggestione deprehendunt.
Bene autem subditur: Qui parati sunt suscitare
leviathan. Omnes enim qui ea que mun-
di sunt mente calcant et ea que dei sunt
plena intentione desiderant leviathan
contra se suscitant, quia eius maliciam
instigatione sue conversionis inflammant.
Nam qui eius voluntati subiecti sunt
quasi quieto ab illo iure possidentur et super-
bus eorum rex quasi quadam securita-
te perfruitur dum eorum cordibus incon-
cussa pace dominatur. Sed cum unusquisque
spiritus ad conditoris sui desiderium reca-
lescit, cum torpore negligentie deserit
et frigus insensibilitatis pristine igne sancti
amoris accendit, cum libertatis ingeni-
te meminit et teneri ab hoste huius
erubescit, quia ipsum se hostis contemptum
despici, quia vias dei videt apprehendi,
dolet contra se captum venire et mox zelo
accenditur, mox ad certamen movetur, mox adtem-
ptationes in illas contra rebellantem mentem
se excitat atque omni arte lacerationis
instigat ut temptationum iaculis in toro
do confodiat cor quod pridem quieto iure
possidebat. Quasi dormiebat quippe
dum spiritus in pravo corde quiesceret, sed
suscitatur in provocatione certaminis cum ius
amisit possessionis. Hinc igitur nocti
maledicunt qui parati sunt suscitare levi-
athan, idest hii qui se contra peccatum fortiter
in cito discretionis erigunt qui in suis
temptationibus excitare antiqui adver-
sarium non formidant. Scriptum namque
est: Fili, accedens ad servitutem dei sta in
iustitia et timore et para animam tuam
ad temptationem. Quisquis enim accingi
in divino studio appetit quid aliud quam
contra se antiqui adversarium certamen
parat, liber ut [illegible] ictus sus-
cipiat qui quieto sub tyrannide in capti-
vitate serviebat. Sed in eo ipso quod mens
contra hostem accingitur quo alia maiora
subegit, alia toleravit, aliam de culpa aliquid
quod tamen non valde noceat re-
manere permittitur. Et sepe mens que ad-
versa superat [illegible] multa et fortia
vincit, [illegible] fortasse minimum quamvis
magna intentione invigilet non expu-
gnat. Quod dum nimirum dispensatione
agitur ne ex omni parte virtutibus splen-
dens in elationem sublevetur, ut dum
in se parvum quid reprehensibile videt, sed
tamen hoc subigere non valet, nequaquam
quia sibi sed auctori victoriam tribuat
in illis que subigere fortiter valet. Un-
de bene subiungitur: Obtenebrentur stelle cal-
ligine eius. Stelle quippe huius noc-
tis caligine tenebrantur quia hii qui
magnis virtutibus iam splendent ad

Pugna dyaboli contra bonos

Hinc de obscuritate culpe aliqui remittentes sustinent ut etiam magna mentis claritate luceant et tamen adhuc noctis reliquias nolentes tolerant. Hoc autem sicut dixi mentis agitur ut mens proficiens adiuncte infirmitatis memor lucis in semetipsa robore(tur) et inde veraciter in bonis luceat unde ... cum propria resplendentia obscuratur ... cum ysolito ... peccati remissionis terra petere. Cetera ysrahelitarum chananeus gentilis ... non occisus sed factus tributarius dicitur. Sicut scriptum est habitavit chananeus in medio effraym tributarius. Quid chananeus gentilis ... nisi vicium signat et scriptura(m) ... terra repromissionis ingredimur quia spe ... eterna de terminis roboramur. Sed dum inter altia (sublimia) multa quedam prava retinemus quasi chananeum in terra nostra concedimus qui tamen tributarius efficitur quia hoc ipsum vicium quod subigere non possumus ad usum nostre utilitatis humiliter retorquemus ut eo de se mens etiam in summis ... humilia sentiat quo suis viribus etiam parva que appetit non expugnat. Unde bene in eisdem scriptum est. Hee sunt gentes quas dominus dereliquit ut erudiret in eis israhelem. Ad hoc enim nonnulla quedam minima vicia nostra retinentur ut sese mens in tota sollicitam in certamine semper excitat et eo de victoria non superbiat quo vivere in se consipicit hostes a quibus adhuc vincere formidat. Israhel ergo reservatis gentibus eruditur quia in quibusdam minimis viciis elatio nostre ... comprimitur et in parvis sibi resistentibus discit quia ... maiora non subigit. Hoc tamen quod dicitur obtenebrentur stelle caligine eius intelligi et aliter potest. Nox quippe id est ... ad elationem quia ad nos prima ... est ex successu propagata mittit mentis oculi tanta obscuritate percussit ut in eius mentis exilio ... sine tenebris ... quantalibet in eternitatis luce ... penetrare non possit. Unde pena nam ... dampnati peccatores nascimur atque ad hanc vitam cum morte nostri ... venimus et cum ad superne lucis ... radium aciem mentis erigimus ipsa infirmitatis nostre obscuritate calligamus. Et quidem multi in hac infirmitate carnis tanti virtute roborati sunt ut in ... splendore mundo quasi stelle potuissent ... ubi in tenebris mentis ... dum superiora de se exempla exhibent astrorum more nobis desuper lucent. Sed quantalibet corruscatione operis fulgeant quantolibet se igne compunctionis accendant nimirum constat quia dum corruptibili adhuc carne gravantur eternam lucem sicut est videre nequaquam preualeant. Dicatur ergo obtenebrentur stelle caligine eius id est illi qui in contemplatione sua etiam noctis adhuc tenebras sentiant de quo in minore constat quia humanum generi in huius mentis caligine veniunt sparsum iam radios expandunt quia etsi mente iam ad summa evolant adhuc tamen in infirmis premitur ... ipse ... de gravante ... ut foris exempla lucis videntur astra prebeant sed tamen intus usque ad superne visionis claritatem ... noctis caliginem non ... Sepe autem ita mens accenditur ut quamvis in carne sit posita videat tamen omni subiugata carnali

contagione rapiatur. Et tamen dum tamen sed est compressa quia hanc nimirum sed deum et in carne corruptibilis ... ipse dampnationis premit. Sepe ut ita dicam absorberi desiderat ut eternam vitam si possit sine superveniente carnis corporee mortis attingat ... Vanis cum ardeat in eterna luce quiescere sed tamen utrumque exterioris mortis dampnationem formidabat ait. Nam et qui sumus in hoc habitaculo ingemiscimus gravati eo quod nolumus expoliari sed supervestiri ut absorbeatur quod mortale est a vita. Sed quia videre vim mane appetunt. Et si concedit ea quod tamen vi attingere lucis in hac ... volunt sed quantolibet ardore in terrenis exiliat adhuc in tamen nox generat et corruptionis huius carnis oculos quos hostis callidus ad concupiscentias aperuit interius ad eterni sui interim fulgorem premit ... Expectet lucem et non videat nec ortum surgentis aurore. Nonnumquam talibus namque in terra adhuc positi mentes satagunt videre lucem sed non valent quia hanc eis dampnationis sue cecitatis abscondit. Ortus non aurore est iam nova ... qui sancti eternitatis clare resuscitati ortum ad contemplandum lucis eternitatis sunt. Ipsa mentis claritatis ... in ... eternitas non cernit ... non divisisset sine ... cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. Ipse ei hanc ortum videt qui regnacionem videntem. Sed quantalibet virtute clara ut fulgeat penetrare nequit quia ut nove ... est quam cum carne ad contemplationem eternitatis lucis ascendit ... oculus non vidit et auris non audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Expectet lucem et non videat nec ortum surgentis aurore quia spontaneo vicio tenebrata in infirmitatis ... pro morte pene sue debitum solvat claritate lucis intime non penetrat ... Quia non conclusit hostia ventris qui portavit me nec abstulit mala ab oculis meis. Sicut superius dixi non conclusit dicitur ... ab oculis abstulit interrogavit. Hec itaque nox ... hostia ventris aperuit quia conceptum ad peccatum hominis desideria concupiscere temptavit. Hostia enim ventris sunt desideria concupiscencie carnalis de quibus per propheta dicitur intrat ... cubicula tua et claude hostia tua. Cubicula quippe ingredimur cum secreta mentis nostre intramus. Hostia quippe claudimus tamen desideria illicita coherceamus. Hec itaque concupiscencie carnalis hostia dum conspirante aperit eadem immunda nos corruptionibus mala proferet ... sed ... sit mortalis proles ... gemmimus quibus adhuc arbitrio nostro venenum ... et medio sic insita exigit. Unde quod sponte fecimus in nobis tollerimus. Quare non in vulva mortuus sum egressus de ventre non statim perii. Quare exceptus genibus cur lactatus uberibus. Absit ut credamus quod beatus Job tanta sancti spiritus predictus virtute in semet ... attestatione laudatus abortivum se optet interiisse sed quia sed prima ... consonat intus [illegible] testem sue fortitudinis ... veneranda sunt eius prava loquendo. Terna (Eterna) tenor quippe mortis peccatum ... in corde Terrena ... in corde namque

intime vitae claritatis nostris obstitibus nova ... [illegible] ... culpa ... in ... infirmitatis ad lucem quam superius ... adhuc corruptibili posita non aspicit ... Intus namque ... bene adhuc ... angelorum spiritibus ... claritatis aurora surgit ... nova ... expectet lucem et non videat nec ortum surgentis aurore. ... aurore est.

suggestione delectatione consensu et defensionis
audacia perpetratur. Fit enim suggestio per ad-
versarium, delectatio per carnem, consensus per spiritum,
defensionis audacia per elationem. Culpa enim que terre-
re mentem debuit extollit et deiciendo elevat. Sed
elevando supplantat. Unde et rectitudinis primi hominis [illegible]
antiquus hostis hiis quatuor ictibus fregit. Nam serpens
suasit, Eva delectata est, Adam consensit, qui etiam
requisitus confiteri culpam per audaciam noluit. Hoc
vero in humano genere cotidie agitur quod actum in primo pare-
nte generis non ignoratur. Serpens suasit, quia
occultus hostis mala cordibus hominum latenter
suggerit. Eva delectata est, quia carnalis sensus
ad verba serpentis mox se delectationi substernit. As-
sensum vero Adam mulieri prepositus prebuit, quia
dum caro in delectationem rapitur, etiam a sua rectitudine spi-
ritus infirmatus inclinatur. Et requisitus Adam confiteri culpam
suam noluit, quia videlicet quo peccando a veritate dis-
iungitur, eo in ruine sue audacia nequius obsti-
natur. Eisdem etiam quatuor modis peccatum consummatur in
opere. Prius namque latens culpa agitur. Post-
modum vero etiam ante oculos hominum sine confusione
reatus aperitur. Dehinc et in consuetudinem ducitur. Ad
extremum quoque vel false spei seductionibus vel obstina-
tione misere desperationis enutritur. Hos namque pecca-
minis modos quos vel in corde latentes sunt vel patentes
in opere perpetramus, beatus Iob considerat et humani
generis voce peccatorum gradibus sic lapsum deplo-
rat dicens: Quare non in vulva mortuus sum,
egressus de utero non statim perii? Cur exceptus geni-
bus, cur lactatus uberibus? In vulva enim vel-
ut conceptus fuit lingua male suggesti-
onis. Sed peccator in vulva moreretur si moritur
se esset in ipsa suggestione concepta. Utero tamen
exiens egressus sum est, quia peccator quod in pecca-
tum suggerentis lingua concepit foras mox et
delectatione rapitur. Peccator assensione vero exceptus
genibus, quia cum delectatio carnis prodit
in mentem culpe percipiendi spiritus subiec-
tis cunctis spiritibus quasi suppositis genibus consu-
mmavit. Sed genibus exceptus et uberibus est lac-
tatus. In consensu enim culpe additus superbus
spiritibus multa caste fiducie argumenta sub-
ministrant que natam in peccato animam vi-
rulento lacte nutriret et ne asperi mortis
supplicia metueret hanc blandis excu-
sationibus foveret. Unde et primus homo post
culpam audacior exstitit dicens: Mulier quam
dedisti sociam michi dedit michi de
ligno et comedi. Qui quidem perversiore se
metipsum absconsurus fugerat, sed tamen requi-
situs innotuit quantum etiam timere time-
bat. Cum enim expectata venire pena metu-
itur et amissa dei facies non amatur, elatior
ex timore est, non ex humilitate. Superbit quippe qui
peccatum si liceat non punire non deserit.
Ex his itaque quatuor modis maior culpa in corde
de agitur, etiam in opere perpetratur. Ait enim: Quare in vul-
va mortuus sum? Egressus ex utero non statim
perii? In vulva quippe peccatum est culpa latens

que occulte peccatorem concipit. Et vulva sine
adhuc in tenebris abscondit. In vulva autem ex
utero egreditur, cum peccator quod in secreto commisit hoc et
in aperto committere non erubescit. Exit enim ab occulta
cordis sui latibulis processit de quibus propheta dice-
bat: Et peccatum suum quasi Sodoma predicaverunt
nec absconderunt. Cur exceptus genibus? Exceptum vero
nimirum peccatorem cum iam denique sic non confusio-
nis [illegible] et adminiculis pessime consue-
tudinis roboratur. Quasi genibus peccator fovetur ut crescat
dum culpa consuetudine fovetur ut vigeat.
Cur lactatus uberibus? quia dum perductione culpa
in usu ceperit nutritur vel falsa spe divine misericordie
vel aperta miseria desperationis pascitur, ut
nequaquam ad correctionem redeat quo vel
fore sibi misericordiam in cordiale simulat vel se
quod fecit in cordiale formidat. [illegible] lapsu
humanum quasi aspiciat et quos perditos misericordia sit in
fomenta iniquitatis incendat dicens: Quare non in
vulva mortuus sum? id est in ipsa occulta perpetratione
peccati cum cautius [illegible] mortificare me
nolui. Egressus ex utero non statim perii, id
est peccatum adaperta iniquitate cur enim me statim
perditum non cognovi? Vidisset quippe in suo
iudicio si se perditum cognovisset. Cur exceptus
genibus? id est peccatum aperta et consuetudine cur me illa
adhuc et consuetudo suscepit? ut invalescente
ad culpam agnoscam reddet et prius me
usibus sustinens foveret. Cur lactatus uberibus?
id est quod in tempore consuetudinis vel [illegible]
corde negarem vel falsa spei fiducia ablac-
te misere desperationis enutrimentum emer-
pa et primum venit ei iam animus et si affe-
ctat debilis resistit. Cumque est viribus
sine frequenti castigatione quasi tot vinculis
consuetudinis ligatur. Sed fit ut in ternis animus
cum solum non valet adquiescendo se sollacia
falsa consolationis [illegible] exstitit veniret in di-
cem tante sibi misericordie spondeat. Sed et eos
quos arguendos invenit peccatis non occi-
dat. Cum vero hoc dextera accidit quod ei multo-
rum simulum lingua consentit cumque etiam
male gesta laudibus exaggerat. Sicut
fit ut incessanter crescat culpa favoribus
nutrita cum aut vulnus negligitur quod dignum
premio laudis iudicatur. Unde bene per Salomonem dicitur:
Fili mi, si te lactaverint peccatores ne acque-
scas eis. Peccatores enim lactant cum vel perpetran-
da mala blandimentis inferunt vel perpetrata
favoribus extollunt. An non beata lactatur
deposito peccato quae cum laudatur peccator in desideriis
anime sue et qui iniqua gerit benedicitur? Sciendum
quoque est quod illi tres mortui quos Dominus suscitat
de se sui ordine facilius corrigitur.
Certe non iste difficilius emendatur. Unde et Redemptor
noster puellam in domo iacentem excitat,
iuvenem in sepulcro autem Lazarum suscitat.
Quasi hic quippe mortuus in domo iacet
latens in peccato iam extra portas educitur, cuius
iniquitas usque ad inverecundiam publice proditur.

Egressus ex utero non statim
perii

Difficile emendatur peccator
qui linguis fauorum nutritur.

capitur. Sepultus non aggere premitur qui iacet, et necdum etiam usu consuetudinis pressus gravatur. Sed hos ad mentem infusa gratia revocat, quia plerumque divina gratia non solum in occultis sed etiam in apertis imo quibus mortuos et mole prave consuetudinis pressos respectus sui lumine illustrat.

c Certum non mortuum redemptor noster nuntiante discipulo cessat se[?] cum suscitat, quia valde difficile est ut is quem post usum male consuetudinis et adulantium lingue excipiunt a mortis sue morte revocetur. Unde bene dicitur: Sine mortuos ut sepeliant mortuos suos. Mortui enim suos mortuos sepeliunt cum peccatores peccantem favoribus premunt. Quid est enim aliud sepelire quam occultare? Sed qui peccantem laudibus prosequuntur, extinctum sub verborum suorum aggere abscondunt. At contra Lazarus mortuus fuit, sed non a mortuis sepultus. Fideles quippe eum mulieres obruerant, que eius mortem vivificatori nuntiabant. Unde et protinus ad lucem rediit, quia cum in peccato animus moritur, citius ad vitam redit,

f si super hunc sollicite cogitationes vivunt. Aut sicut consuevimus dicere, est alia species mente non intra pectus[?]. Sed hac deterius depressit cogitatione, que dum omnem spem venie funditus interimit, errorem amaris uberius lacte nutrit. Consideret ergo sanctus vir post primam culpam quanta deterius mala commisit homo, postquam paradisum perdidit, nec ad agnita exilii huius precipitia descendit, et dicat: Quare non in vulva mortuus sum? id est, cum prava suggestio me peccatorem conciperet et vitia quomodo me mors sequeretur cognovissem, ne usque ad delectationem suggestio raperet. Et morti citius ligaretur.

C 21 a Egressus ex utero non statim perii? Ac si dicat: Utinam ad exteriorem delectationem exiens, quam in tanti[?] lumine probabar, agnovissem, et saltem in ipsa delectatione occumberem, ne per consensum mortis actus premeret. Cur exceptus genibus? Ac si dicat: Ut nunc me consensus subditus perimitate[?] spiritibus exceperit, ne ipsa me consensio ad audaciam deterius raperet. Cur lactatus uberibus? Ac si dicat: Ut blandimentis saltem pessima perpetrata voluissem, ne tanto me neque culpe astringerem, quanto me in illa mollius fovebam. Huius itaque reprehensionis sanatum vocibus impenitente ipso se peccasse redarguit. Sed si ad extrema huius exilii nequaquam homo peccando descenderet, dicitur quod perfrui quiete potuisset, sequitur: Nunc enim dormiens silerem et somno meo quiescerem.

b Videlicet in paradiso homo positus fuit, ut si se ad conditoris sui obedientiam vinculis caritatis astringeret, ad celestem angelorum patriam quandoque sine carnis morte transiret. Sic namque immortalis est conditus, ut tamen si peccaret mori potuisset; et sic mortalis est conditus, ut tamen si non peccaret non mori potuisset, atque ex merito liberi arbitrii beatus illius regionis attingeret, in qua vel peccare vel mori non posset. Ubi et post redemptionis tempus carnis morte interposita electi transeunt. Illuc procul dubio primi parentes, si in conditionis statu perstitissent, et sine morte carnis transferri potuissent. Dormiens igitur silens et sopore suo homo requiesceret, si ad eterne patrie requiem ductus a secessu quodam clamore huius vite in sinu interne quietis veniret.

c Post peccatum namque quasi clamans vigilat, qui eo secum carnis sue repugnantias perpetitur. Hoc quietis silentium homo habuit conditus, cum contra hostem suum liberum voluntatis arbitrium accepit. Sed quia sua sponte succubuit, victor deserente quod contra se prostraverat, in victore tumultu humanitatis tumultus repperit. Qui in pace silentii ab auctore conditus, hosti cum sponte substratus, clamores de pugna toleravit. Ipsa enim carnis suggestio quidam clamor est contra quietem mentis, quam tamen suggestionem homo non sensit, quia minime quod doleret ex se[?] posset tollerare non habuit. Postquam vero se sponte hosti subdidit, astrictus est vinculis, in quibus sedit ei etiam nolens premitur et clamores intimata[?] patitur, dum eius spiritum relinquitur. An non clamores in tumultu audiebat, qui per se contra se legis verba tollerabat dicens: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et captivum me ducentem in lege peccati que est in membris meis? Contempletur ergo vir sanctus in quanta cordis pace requiesceret, si spiritus verba suscipere homo noluisset, et dicat:

f Nunc enim dormiens silerem et somno meo requiescerem, id est intra secretum mentis ad conditoris contemplationem secederem, si me ex me temptationum tumultibus consensus primi culpe prodidisset. Quibus autem quieti gaudens cum quibus etiam sociis perfruitur adiungit dicens: Cum regibus et consulibus terre.

quod ad desideriorum celestium sordes purgati adpercepcionis ipsa hac purgatione dilatatur. Verbum hic absconditum dicitur quia in abscondita paulum in cordis receptione quod amaritudine pecatorum necessitate vel certe hoc ipso appellatur scilicet absconditum verbum quia scilicet potest sed sentiri locucionis exprimi
non potest. Cum quos divina aspiratio subito spiritum mente sublevat verbum absconditum audit quia
sermo spiritus in aure cordis silet ~~sed vox est~~
Et quasi furtive suscepit auris mea venas susurri eius venas susurri suscipere auris cordis
furtive suscepit quia subtilitate locucionis ita
occultata mens et rapta et occulte cognoscit. Nisi
enim se ab exterioribus desideriis absconderet
interna non penetraret et occultatur autem ut audiat et audit ut occultetur. Quia et subtracta visibilibus
invisibilia conspicit et repletur invisibilibus
visibilia contempnit. Perfecte. Notandum non quod non dicit
et quasi furtive suscepit auris mea susurrum
eius sed venas susurri eius. Susurrum quippe
occulti verbi est ipsa locutio aspirationis eterne
vene sermone autem susurri dicuntur occasiones
quibus hic ipse aspiratio ad mentem ducitur. Dei enim
venas susurri sui aperit cum nobis dei
lacere insinuat quibus modis ad aurem intelligentiam veniat. Aliquando namque nos amore aliquando timore
compungitur aliquando presencia quod nulla sit ostentat et ad eterna
diligenda desideriorum erigit aliquando prius eterna
indicat ut post temporalia vilescant aliquando nobis nostra mala aperit et adhuc nos usque et etiam
de alienis malis dolentes extendit aliquando aliena
mala nostris obtutibus obiciat et compunctos
mirabiliter aurea prius nos corrigit. Vene
itaque divini susurri furtive audire est occultas divine
aspirationis modos tenuiter et latenter cognoscere
quamvis adhuc vel susurrum vel venas susurri intelligere aliquis valeat. Tamen nisi susurrat
occulte loquitur et vocem non explicat sed innitatur. Nos
in quantum carnis corrupcione deprimimur claritatem nullo modo eius potentie sicuti in se incommutabiles
manet videmus quia aciem infirmitatis nostre non sustinet hunc quod de eius eternitate radio super nos in
tollerabilem fulget. Cum quo se omnipotens nobis deus
primas contemplationis indicat nequaquam
nobis loquitur sed susurrat quia ista se plane intimat sed quid cum de se humane menti manifestatur nequaquam susurrat sed loquitur cum eius nobis
species certa revelatur. Hinc est enim quod in Evvo veritas dicit. Palam de patre meo annunciabo
nobis. Hinc Joh. dicit videbimus eum sicuti est.
Hinc Paulus ait. Tunc cognoscam sicut et cognitus sum. Nunc autem divini susurri
tot ad nos venas sed quod cunctis omnibus ipsa di

Marginalia (left): hereticis ypocrite sibi rationes ut vim dicti sunt … ; d ; b ; Job 1° ; e ; 1ª Joh. 2 ; Joh. 16 ; perfecto

Marginalia (right): f ; Job 4 ; incomprehensibilia … ; sub… ; salo… ; De … ; nobis ; c ; Joh. 16 ; 1ª Joh. 3° ; 1 ad Cor.

unitas possidet. Quid enim cuncta que sunt creata, nisi creatoris admiratione sublevant? Sicut aqua labitur leniter fluens rivulata per venas, que ut augeatur tanto quanto vastius fundit, quanto vero angustiores invenit, ita nos dum studiose notitiam eius exterius creature consideratione colligimus, quasi susurri illius ad nos venas apprehendimus, quia plus quam semper eius virtutem creatoris admiramur, et per ea que sunt in publicum, id ad nos emanat quod latet in occulto, quasi enim per quedam ad nos foramina erumpit, dum considerandum nobis sua opera ostendit quod sonet ipsum, ut cum indicat dum qui sit in comprehensibili maiestate. Summa igitur considerare eum digne non possumus, non eius vocem sed venas susurri audimus. Plene enim percipere nec ipsa que creata sunt sufficimus. Recte dicitur: quasi furtive suscepit auris mea venas susurri eius. Pulsi quippe a paradisi gaudiis et ceca pena multati, vix susurri venas apprehendimus, quia ipsa eius mira opera raptim tenuimus quam pensius. Sed eo quia quanto virtute illius mens sublevata considerat, tanto eius potentie respectu formidat, recte subditur: In horrore visionis nocturne. Horror nocturne visionis est pavor occulte contemplationis. Humana etenim mens in quo sublevatur celsius, quanto altius que sunt eterna considerat, eo de factis temporalibus gravius tremefacta pertimescit, quia tanto se ream cernit, vel quanto se ab illo lumine discrepasse quod super se intimitat conspicit. Unde fit ut illuminata plus metuat, quia magis aspiciat quantum a regula peccati discordat; cumque confirmitudine sua ipse perfectio quam agit, atque que prius sicut nichil in debebat, quamvis quantalibet virtute proficiat, non iam in maiestate aliquid decernere comprehendit, sed adhuc sub circumstantia culpe imaginibus conspicit. Unde et hec eadem nocturna visio dicitur. In nocte quippe sicut superius diximus, dubie videmus, quia ad contemplandum interni solis radium innitentes, sic mentem corporis premit ut nec ad ipsius meatum intendere valeamus. In videndo invisibile lucis contemplatione adhuc deum quam nocturna visione cernimus tam pensius, contemplatione caligamus, sed quamvis de illo aliquid mens conceperit in consideratione tamen eius magis et horrescit et magis metuit, quia ipsis contemplationis eius vestigiis se imparem sentit, atque ad se relapsa cum altius diligit cuius nimiam dulcedinem, non valens, in hac sub certa visione gustavit. Sed quia ad summa sublevationis culmina nemo pertingit nisi prius desideriorum carnalium importune pulsantes tumultus comprimat, recte subditur: Quando solet sopor occupare homines. Cum enim ea que mundi sunt appetere negligit, et quasi vigilat, quasi non in interna quiete quiescens huius mundi strepitum fugit velud obdormiens. Sed prius sciendum est quod in scriptura sacra

figuraliter ponitur. Aliquando enim somnus accipitur mors carnis, aliquando somno torpor negligentie, aliquando vero calcatis terrenis desideriis quies vite. Somno namque vel dormitionis nomine mors carnis innuitur, sicut per Paulum dicitur: Nolumus vos ignorare de dormientibus; et paulo post: Ita et deus eos qui dormierunt per Ihesum adducet cum eo. Somno vero torpor negligentie designatur, sicut ab eodem Paulo dicitur: Hora est iam nos de somno surgere; et rursum: Evigilate iusti et nolite peccare. Somno autem calcatis desideriis carnis quies vite figuratur, sicut sponse voce in Canticis canticorum dicitur: Ego dormio et cor meum vigilat. Quia nimirum sancta mens quo se a strepitu temporalis concupiscentie compescit, eo verius interna cognoscit, et tanto alacrius ad interna vigilat, quanto se ab exteriori inquietudine occultat. Quod bene per Iacob in itinere dormientem figuratur, qui ad caput lapidem posuit et obdormivit, et vidit scalam celo innitentem, innixum scale dominum, ascendentes quoque et descendentes angelos. In itinere quippe dormire est in hoc presentis vite transitu a rerum temporalium concupiscentia quiescere. In itinere dormire est inter cursum labentium temporum ab appetitu visibilium mentis oculos claudere, quos primus humani generis seductor aperuit, qui dixit: In quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri. Unde et paulo post subditur: Tulit de fructu illius et comedit, deditque viro suo qui comedit, et aperti sunt oculi amborum. Culpa quippe oculos concupiscentie aperuit, quos in nocentia clausos tenebat. Angelos vero ascendentes et descendentes cernere, est cives superne patrie contemplari, vel quanto amore suo auctori super semetipsos inhereant, vel quanta compassione caritatis nostris infirmitatibus condescendant. Et notandum valde est quod ille dormiens angelos conspexit, qui in lapide caput posuit, quia nimirum ipse ab exterioribus operibus cessans interna penetrat, qui intenta mente quod principale est hominis imitatione sui redemptoris observat. Caput quippe in lapide ponere est mente Christo inherere. Qui enim a presentis vite actione remoti sunt, sed ad superna nullo amore rapiuntur, dormire possunt, sed videre angelos nequeunt, quia caput in lapide tenere contempnunt. Sunt namque nonnulli qui mundi quidem actiones fugiunt, sed nullis virtutibus exercentur. Hii nimirum non studio dormiunt sed torpore, et idcirco eterna non conspiciunt, quia caput non in lapide sed in terra posuerunt. Quibus plerumque contingit ut quanto securius ab exterioribus actionibus cessant, tanto laxius in se inmundarum cogitationum strepitum per otium congerant. Unde sub specie ~~[illegible]~~

j ad thessa. 3. — Ad Ro. xiii. — j ad Cor. 15. — Can. 5. — De dormiente Jacob — Gen. 28. — Gen. 3. — comedit — Culpa notificat peccatum — Expositio sic 21 cap. — Ociositas est periculosa

torpens anima ocio defluit. cui quia deserit
eam hostes et deriserunt sabbata eius. precep-
to enim legis ab exteriori opere in sabbato ces-
satur. hostes ergo videntes sabbata irrident cum
maligni spiritus ipsa vacationis ocia ad
cogitationes illicitas pertrahunt ut unaqueque
anima quo recta ab exterioribus actionibus deesse
creditur eo magis eorum tyrannidi illicita
cogitatione famuletur. Electi autem viri quia animum
in operibus non torpere sed virtute sopiri labo-
riosius dormiunt quam vigilare potue-
runt quia cum actiones humanas deseren-
tes superant robusto conflictu cotti-
die contra semetipsos pugnant ne mens per
negligenciam torpeat ne subacto ocio
ad desideria immunda frigescat ne in
ipsis bonis desideriis plus iusto in-
ferveat ne sub discretionis specie sibimet
parcendo a perfectione languescat. ~~aut~~ et
ab huius mundi inquietacione cupita se pe-
nitus subtrahit ac terrenarum actionum stre-
pitum deserit et per quietem studium virtutibus
intenta vigilans dormit. Neque enim ad
contemplanda eterna perducitur nisi ab hiis que
exterius implicant studiose subtrahatur. Hinc
est enim quod per semetipsam veritas dicit: Nemo
potest duobus dominis servire. Hinc Paulus ait:
Nemo militans Deo implicat se negocii-
is secularibus ut ei placeat cui se probavit.
Hinc per prophetam Dominus admonens ait: Va-
cate et videte quoniam ego sum Deus. Quia enim interna
noticia intima conspicitur nisi ab externa impli-
catione cessetur. Tunc ubi absconditi ver-
bi susurrium tempore excipimus cum dicitur: In hor-
rore visionis nocturne quando solet sopor
occupare homines. Quia nimirum mens mi-
nime ad vim interne contemplationis rapi-
tur nisi studiose prius a terrenorum desideriorum
tumultu sopiatur. Sed humanus animus qua-
dam sue contemplationis machina sub-
levatus quo super se altiora conspicit
eo in semetipsos turbatus contremiscit. Un-
de et apte subditur: Pavor tenuit me et
tremor et omnia ossa mea perterrita sunt.
Quid ossa nisi fortia acta signantur? De
quibus per prophetam dicitur: Dominus custodit omnia
ossa eorum. Et sepe ea que agunt homines esse
alicuius momenti existimant quia discretionis
interne quam sit subtile iudicium ignorant.
Sed cum abrepti per contemplationem rapti
supra conspiciunt ab ipsa aliquo prospectu
mentis sue facinus liquescunt et tanto ma-
gis in divino conspectu trepidant quanto nec
bona sua digna eius examini que
conspiciunt pensant. Hinc est enim quod
fortia opera sua perspiciens propheta suble-
vatus clamabat: Omnia ossa mea di-
cent: Domine quis similis tibi? Ac si diceret:
Carnes mee ubinam non sunt quia infirma
mea apud te firma dico silent. Ossa autem
mea tue magnitudinis laudem dicunt quia
ea que in me fortia credidi tua consideratio-
ne contremiscunt. Hinc est enim quod Manue in-
specto angelo pertimescens ait: Morte mori-
emur quia vidimus Dominum. Cuius pertimescentem con-
iux placat dicens: Si Dominus nos vellet occidere de mani-
bus nostris holocausta et libamenta non suscipere
potuisset. Tremendum est autem quod ad visionem ange-
li vir sit timidus et mulier audax. Quia quotiens no-
bis celestia demonstrantur spiritus quidem pa-
vore concutitur sed caro spe presumit. Inde
namque spes ad maiora audienda se eri-
git unde turbatur spiritus qui ea que supra se
per videt. Quia et cum altiora secretorum celestium
sublevata mens conspicit cuncta huma-
num sollicitudinis contemplatur. Recte mihi dicitur:
Pavor tenuit me et tremor et omnia ossa
mea perterrita sunt. Ac si aperte diceret: Subtili
intime ac... districta perpendens quem me aspicio
me fortem credidi autem conspectu iudicio
inde titubavi. Districtionem quippe divine
iustitie contemplantes ex destructis operibus
nostris pertimescimus que nos fortia egisse
putabamus. Quicquid namque ad interna regula
nostra rectitudo si districtum iudicium invenerit
multis tortitudinum sinuosa(?) sensibus immiscetur.
Scriptum impingit ~~ut scilicet Paulus~~ cum et
virtutum ossa hec sentiret et ea sub districto
examine hec eadem ossa eius tremiscerent
ait: Michi autem pro minimo est ut a vobis iudi-
cer aut ab humano die. Sed nec meipsum iudi-
co. Nichil enim michi conscius sum. Sed quia audivit ve-
rbi divini susurrium hec eadem eius ossa
tremuerunt. Illico adiungit: Sed non in hoc iu-
stificatus sum. Qui autem iudicat me Dominus est.
Ac si diceret: Recta egisse me recolo et tamen
de meritis non presumo quia ad eius examine
vitam meam duco. Sub quo mea fortia ossa con-
turbantur. Sed cum mens in contemplacione sus-
penditur, cum carnis angustias superans per
speculacionis vim de libertate aliquid intime
securitatis rimatur stare diu super semetipsam
non potest. Quia etsi levant spiritus ad summa
vehit caro tamen ipsa adiungit corruptionis
sue pondere deorsum premit. ~~Unde~~ et subditur:
Et cum spiritus me presente transiret inhor-
ruerunt pili carnis mee. Spiritus nobis presentibus
spiritus transit cum invisibilia cognoscimus
et tamen hec non solide sed rapti videmus. Neque enim in
suavitate contemplationis intime diu mens
figitur quia ad semetipsam ipsa immensitate
luminis reverberata revocatur. Cumque interna dulce-
dine degustat amore estuat ire super
semetipsam nititur sed ad infirmitatis sue te-
nebras fracta relabitur. Magna virtute
proficiens videt quia videre non possit hoc quod
ardenter diligit. Nec tamen ardenter dili-
geret nisi aliquatenus videret. Non ergo stetit
sed transiit spiritus quia supernam lucem
nostra nobis contemplacio insinuantibus aperit

Trenorum 1°
repba
Sancti viri a virtute dormiunt non torpore. Deiniste quis non vacat ocio
2 ad Cor 2°
Ossium signi°
22 cap°
Iudic 13
Sapientie
Daniel
Psalmo

et mox in sinu abscondit. Et quia habet una
quaelibet quamvis intento proficit adhuc tamen
corruptionis suae stimulum sentit. Corpus quod cor-
rumpitur aggravat animam et deprimit terrena inhi-
tatio sensum multa cogitantem. Recte subditur:
Inhorruerunt pili carnis meae. Pili etenim
carnis sunt quaelibet superflua humanae corrupti-
onis. Pili carnis sunt mentis vetustae cogi-
tationes quas sic a mente recludimus pi-
los [...] de pilos caden-
dos indicat cogitationes abscidi ut de
amissione earum nullo dolore fatige-
mur. Bene autem per Moysen de levitis
iubetur omnes pilos carnis suae levi-
ta quippe assumptus vocatur. Oportet ergo ut
pilos carnis radat quia is qui in obsequiis
divinis assumitur debet ante dei oculos a cunctis
carnis cogitationibus mundus apparere ne
illicitas cogitationes mens proferat et
pulchram animae speciem quasi pilis [...]
tibus deformem reddat. Sed quamlibet ut di-
ximus quae pia vitae sit conversationis exe-
rcitio adhuc tamen ei de vetustate vitae nasci-
tur quod tollere ipsi levitarum pili radi pre-
cepti sunt non evelli. Radicibus enim pilis in
carne radices remanent et crescunt
item ut recidantur. Magno quidem
studio superflue cogitationes amputandae sunt
sed tamen amputari funditus nequaquam possunt.
Semper enim caro superflua gignit quae
semper spiritus ferro sollicitudinis recidat. Sed haec
in nobis tunc subtilius conspicimus cum
speculationis alta penetramus. Unde re-
cte subditur: Cumque spiritus me praesente transiret,
inhorruerunt pili carnis meae. Humana
etenim mens in contemplationis arce suspensa
tanto semetipsam durius despectu
is cruciat quanto minus subtilis conspicit
esse quod amat. Et cum pulchrum intuetur
hoc quod super se appetit districte iudicat
quod adhuc in se infimum prius tranquille tolle-
rabat. Transeunte ergo spiritu pili perhorrescunt
quia cum compunctionis visu superflue cogi-
tationes fugiunt ut nichil [...] nil
iam terrestrium libeat quia afflictam men-
tem contra semetipsam inspirationis
in tunc secum [...] inflammat. Cumque hoc
quod in corde illicitum nascitur compunctionis districtione
resecatur, fit plerumque ut negotiata
mens paulo altius radio suae specu-
lationis inseratur et paene figat spiritum
quod transibat. Nec tamen haec ipsa contempla-
tionis mora diuturna [...] mora vim plene
apperire quia eius in incertis humanis
[...] cunctis sublevatas quia transcendit
Unde bene subditur: Stetit quidam cuius
non cognoscebam vultum. Et nunc dare
nasci non dicimus in deo neque quae ex-
primere aut volumus aut non valemus.
Sed quia mente haec loco de quodam vir

exponit cum subinfertur: cuius non cogno-
scebam vultum. Humana quippe anima
primorum hominum merito a paradisi gaudiis
expulsa lucem invisibilium perdidit
et tota se in amore visibilium effudit tantoque ab interna speculatione caecata est
quanto foras deformiter sparsa defluxit ut
nulla noverit nisi ea quae corporeis ocul-
ita ut ita dixerim palpando cognoscat. Ho-
mo enim qui si praeceptum servare voluisset
etiam carne spiritalis futurus erat pecca-
do est factus etiam mente carnalis ut sola
cogitet quae ad animum per imagines cor-
porum trahit. Corpus quippe est caeli terrae
aquarum animalium cunctarumque rerum vi-
sibilium quas indesinenter intuetur. In qui-
bus totam se delectata mens proiicit
ab interna subtilitate intelligentiae grossescit.
Et quia iam se erigere ad summa non va-
let in his infirma libenter iacet. Cum
non miris conatibus se ab his erigere nititur
magnum valde est si ad cognitionem sua
repressa corporalis specie animam perducat ut se-
metipsam sine corporea imagine cogi-
tet et cogitatio se iam sibi usque ad contempl-
anda eterna [...] scalam paret. Haec autem modo
quodammodo scalam sibi exhibet semper
ipsam proxima abstractioribus ascendendo in
se transeat et ascendendo [...] Cum
enim corporeas imagines deserit in semet-
ipsum mens veniens non modicum ascendit.
Sed quamvis incorporea anima sit quia tamen corpori
inheret corpore suo qualiter localis esse
cognoscitur quae carnali loco retinetur. Quo-
dam oblivionis statu incognita con-
gnoscit memoriae oblivioni mandata
illaresceat pro ea quod addit per leta ip-
sum diversitate inducitur quantum ab summa essentiae
incommutabilitate ne distat quae semper ut est
idem est ubique praesens est, ubique invisibilis
ubique tota ubique incommutabilis ubique
incomprehensibilis, praeter imitantem mentem sine aspectu
tamen cernitur sine dubio auditur sine motu
suscipitur sine corpore tangitur sine loco retinetur.
Hanc nimirum speciem cum animus co-
gitat assuetus rebus corporalibus diu
fictarum imaginum fantasmata susti-
net quae dum ab intentionis suae oculis
abigit manum discretionis prius ponens
ei omnia iam haec aliquo conspicit
quia sit nunc dum quid sit aspiciendi agnu-
scere quod non sit. Interna ergo dum ad inu-
sueta mens rapitur cum diutius contemplationi
firmatur Recte nunc dicitur: Stetit quidam
cuius non cognoscebam vultum. Be-
ne autem deum esse stetit. Omnis quippe cre-
atura quia ex nichilo facta est et per semetipsam
ad nichilum tendit non stare sed fluere. De-
fluere Rationalis vero creatura eo ipso quod ad
imaginem auctoris condita est, ne ad nichil
cum transeat, figitur. Irrationalis autem non

Samuel.
De anima a paradiso expulsa
(marginal) eius cum per temporalia spargitur a deo separatur

Substantia divina est infinita

(marginal notes in red: F, F, E, a, b, a, b, 22 ca[pitulum], 28 ca[pitulum])

Deus solus stat proprie

qua sicut ex debito visionis sue iusticiam
unusquisque spem impleat transeundo cur-
dat. Stat autem quia celum ac terra pertranseunt ipse in eternum
permanet. Ex semetipsis enim nunc ad ni-
chilum properant sed per eum usui quo sumunt
in melius immutata perseverant. Stare ergo
solus creator est per quem cuncta non transeunte
transeunt et in quo aliqua ne transeant retinen-
tur deprehenditur quia dum eius status
capi ab humana mente non potuit huc
nobis ad nos veniens creatus, natus,
mortuus, sepultus, resurgens atque ad
celestia rediens quasi transeundo innotuit.
Et bene per eum illuminato ceco innuit-
ur transiens auditum prebuit sed stans
oculos reparavit. Per humanitatis quippe dis-
pensationem transire transiit sed per divi-
nitatis potentiam que ubique presens est stetit. Ce-
cus ergo nunc dominum audiuit transeuntem quia
quia humane miserie factus homo in se perpertulit. Stans
autem lucem reparat quia infirmitatis nostre tenebras
virtute divinitatis illustrat. Verum aut pro
qua dictum est Cum spiritus me presente transiret
subditur Stetit quidam cuius non cognos-
cebam vultum. Ac si aperte dicatur Cum quod
perspiciendo sensi non transire deprehendi. Ipse
est ergo qui transit et qui stat. Transit enim
quia tenui cognitus non valet. Stat autem
in se incomtabilis apparet. Qua-
si ergo raptus quod ipse idem est et transit simul deus trans-
siens et stans videtur. Vel certe status eius est in
mutationis varietate sicut ad Moysen dicitur
Ego sum qui sum et sicut eum Iacobus
insinuat dicens Apud quem non est transmu-
tatio nec vicissitudinis obumbratio. Et quia non
quisquis abiens iam de contemplatione eius
apprehendit, hanc protectam eius specie conspiciat
recte subiungitur Ymago coram oculis meis. Y-
mago quippe patris filius est. Sicut de eo
dicto homine Moyses insinuat dicens Creavit
deus hominem ad ymaginem dei fecit illum.
Et sicut per expositorum sapientie de dei filio qui
deum sapientia dicitur Candor est enim lucis
eterne. Et sicut Paulus ait Qui cum sit
splendor glorie ac figura substantie eius. Quam ir-
go eternitatis eius contuitus a contemplatione infirmitatis nostre
impossibilitas admittit ymago eius meo-
rum oculis ante fuit. Quia cum ut in
patrem tendimus hunc quem accepimus per suam
ymaginem id est per filium videmus. Et per eam speciem
que de ipso sine initio nata est, cum aliquo
etiam quiritur recipit nec desinit conari. Unde
et hec eadem veritas in evangelio dicit Nemo ve-
nit ad patrem nisi per me. Et bene aut subditur
Et vocem quasi aure lenis audivi. Quid
per vocem aure lenis nisi cognitio sancti
spiritus qui de patre procedens et de eo quod
est filii accipiens nostre tenuiter infirmitati in-
fundunt infunditur, qui cum super apostolos veni-
ens per calorem sonum exprimit vehemente

Luc. 18

stetit

stat

Exod. 3

Iacobi 1o

De ymagine patris

Gen. 1o

Sapie. 8.

Ad Hebr. 1o

Ioh. 14.

Sp[irit]us s[an]c[t]us et vehemens vox aure lenis

24 ca[pitulum]

spiritum demonstrat. Cum dicitur Factus est repente de ce-
lo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis. Spiritus
enim sanctus cum sit notitie infirmitatis humane insinu-
at et sonitu vehementis spiritus et voce aure
lenis exprimitur quia venit vehemens et vehemens
et lenis. Lenis quia notitiam suam quantus con-
gnosci ut cum valeat nostris sensibus temperat
vehemens quia quamvis hanc temperet adve-
tum cum suo infirmitatis nostre cecitatem illuminan-
do perturbat. Illustratione enim sua nos le-
niter tangit sed inopiam nostram in maiore
generat. Vox ergo dei est aure lenis auditur
que adhuc inhiat mira potius contemplationi
suis nequaquam se divinitas sicut est insinuat
sed lippientibus nostre mentis oculis claritatem suam
tenuiter demonstrat. Quod bene ipsa lege accepte
signatur cum dicitur quia Moyses ascendit et deus
in monte descendit. Mons quippe est ipsa nostra
contemplatio in qua nos ascendimus ut ad ea
que ultra infirmitatem nostram sunt videnda
sublevemur. Sed in hac dominus descen-
dit quia nobis multum proficientibus parum
de se aliquid sensibus nostris aperit. Si tamen nu-
dari vel primum vel aliquid potest quia unus
et idem permanens intelligi particulariter non potest
et tamen suis fidelibus participari dicitur. Cum in
eius substantia pro nullatenus admittitur. Sed quia
hunc exprimere perfecto sermone non possumus
humanis nostre modulis quasi infantie in becal-
litate ipse dicta cum aliquoties balbuciendo reso-
namus. Certa non et in magna contempla-
tione sublevati subtile quod de eterno
cognitione percipimus sacre historie verbis ostenditur
cum dei gratia dei propheta nobilis Helias edocetur
qui cum transiturus apparere se deus promitteret dicitur
Ecce deus transit spiritus grandis et fortis sub-
vertens montes et conterens petras ante
dominum. Illico adiungit Non in spiritu dominus et post
spiritum commotio ignis non igne deus et post
ignem sibilus aure tenuis. Spiritus quippe
ante dominum eunti montes et petras con-
terit quia pavor qui ex adventu eius ir-
ruit et altitudinis cordis nostri deicit et duricias
liquefacit. Spiritum commotionis et ignem non
esse dicitur dominus sed in sibillo aure tenuis
non negatur quia nimirum mens cum in
contemplationis sublimitate suspenditur quicquid
perfecte conspicit in valet deus non est. Cum
vero subtile quid conspicat hoc est quod dei
comprehensibilis substantia eternitas audit quasi enim
sibilum tenuis aure percipimus cum
saporem incircumscripte veritatis contemplatione
subita subtili degustamus. Tunc ergo ve-
rum est quod de deo cognoscimus cum ple-
ne nos aliquid de illo cognoscere non
posse sentimus. Unde bene illic subditur
Et hoc cum audisset Helias operuit vul-
tum suum pallio et ingressus stetit in ho-
stio spelunce. Post aure tenuis sibil-
lum vultum suum propheta pallio operit

Actu. 2o

Exo. 19

De [illegible]

De [illegible]

III Reg. 19

De [illegible]

De [illegible]

quia in ipsa sublimissima contemplationis vertitur quanta ignorantia homo tegatur. Agosat velut inaequalem super dictum audeat. Hanc ex consideratione ipse infirmitatis vellat ut nequaquam oculos intelligentie ultra se perspicaciter aperiat et hoc ad quod assurgit non valet tenere concludat. Qui hic agens inspectum hostio stetisse describitur. Mundi namque fallacia una die in hac corruptionis iure situs nos adhuc ex vetustate retinemur. Sed cum aliquid perpetue de cogitatione dum incipimus quasi iam inspectum ire hostio stamus. Sed cum progredi perfecte non possumus ad eo videre quod iam aliquid delibat anima captans in inceptu ergo spectum stare est respecto ire corporis obstaculo ad cognitionem veritatis incipere tamen non et inde incapabiliter tulit. Describitur igitur illius eloqui eloquium duritatis in passionum prioris hostium stetisse memorant quia hic qui adnectit dum ut utique eo spectum quasi iam ex visitatus carnis procedunt. Anima igitur humana mens quantitas fortitudinis se comprehendit vix de minimis eo mea cognoscat. Sed nunc et si nocte lenis aure audivi. Sed quia cum de se salte parum nobis divina cognitio exhibet infirmitatis ire ignorantiam perfecte docet qui vocem aure lenis audiunt dictat quae ex ipsa hac auditione dicitur sequitur. Nunquid homo dei comparatione iustificabitur aut factore suo purior erit vir. Humana iustitia divine iustitie comparata iniustitia est quia et lucerna in tenebris fulget sed in solis radio posita tenebrescit. Ergo Elifam raptus in contemplatione cognovit quod iustificari homo dei comparatione non possit. Sed namque credimus quae exterius operamur. Sed tamen immense eterna congressus quasi in solis radio positi caligamus. Sumus non in utrique perpetuus ista non ut quaecumque indicamus quae tanto spiritalis quisque de tenebris erexerit. Sane qui candorem lucis ignorat et absentia plurales approbat. Bene autem subditur. Aut factore suo purior erit vir. Quisquis de passione murmurat quod aliud quam iniustitiam ferientis accusat. Purior ergo se vir factore suo estimat si contra flagella querelam patiat cum quod sibi fidelius postponit. Eius iudicium desuper affluentiae redarguit. Ut ergo hoc se persequere non audeat in dictu culpe sue simul cogitet auctorem ire. Qui enim mire hominem ex nichilo fecit foris impie non affligit. Unde tamen Elifam dicat cum vocem quasi aure lenis audiunt in comparatione namque divine magnitudinis dixit quam in illa ipsa animadversione timeat. Ergo quia superna degustat et felicia tunc tollat quae plene mens conspicit quanti estimet quod foris agit. Vale enim se

indicat quanto ei vivus claritas lucis comparat qui cum luce videt. Scit quod de tenebris estimet.

tunc putat qui regulam summe veritatis aspirat. Et saepe lignum rectum tum tendit. Sed regulam non dicitur. Sed cum regule ingreditur quantum tortitudinis tenebat invenit. Anima iniusta veri abscondens inaequalitat quod oculos decipit approbabat. Elifam itaque qui ad superna conspexit districtum iudicium desolorum exerit et comis bonorum non iure redarguit in comparatione tamen creator omnium creature modum describit dicens. Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles et in angelis suis reperit pravitatem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas qui terrenum habent fundamentum consumentur velut a tinea. Natura angelica et si ea templatione auctoris stando in statu suo immutabilis permanet eo ipso tamen quod creatura est et in semetipsa vicissitudinem mutabilitatis habet. Mutari autem est alio et aliud ire et in se non stabile non esse. Una enim quaeque res quasi tot passibus ad aliud tendit quot mutabilitatis suae motibus subiacet. Sola autem natura incommutabilis a statu suo moveri nescit quae ab eo quod idem semper est nescit immutari. Nam si angelorum substantia a mutabilitatis motu fuisset aliena bene a buamto a suo condita nequaquam in reprobis spiritibus abruisset. Sic autem eos creavit auctor ut potius dedit. Sua summorum spirituum bona sed mutabilem condidit ut et qui permanere nollet ruerent et qui in conditione persistere tanto iam dignius quanto extabilius starent et eo maior apud deum meriti fierent quo mutabilitatis sue motum voluntatis studio frenassent. Natura ergo ipsa est nam angelica et in semetipsa mutabilis quia videlicet mutabilitas vincit pho quod ei qui semper idem est vinculis amoris alligatur. Unde et nunc. Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles atque eiusdem primus documentum mutabilitatis adiungitur cum de ea postquam spirituum subiungit et in angelis suis reperit pravitatem. Ex quo ipsa. Bene infirmitatem humane considerationis colligit cum illico subnectit quanto magis hi qui habitant domos luteas qui terrenum habent fundamentum consumentur velut a tinea. Lute as quippe domos habitamus quia in corporibus terrenis subsistimus quae bene considerans Paulus ait. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Et rursum. Scimus quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur quod edificationem ex deo habemus domum non manufactam. Terrenum quoque fundamentum est substantia carnalis quam sollicite propheta conspexerat cum dicebat. Non est absconditum os meum a te quod fecisti in occulto et substantia mea in inferioribus terre. Tinea autem de veste nascitur et eandem vestem de qua oritur oriendo corrumpit. Tunquam quaedam vestis anime caro est. Sed haec nimirum vestis habet tineam suam quia ab ipsa carnalis temptatio

Sed in angelis...

2a ad Cor. 4 et idem 7o

Angeli sunt conditi in voluntate mutabiles

Caro assimilatur tinee inherenti

oritur ex qua laceratur. Sicut enim quedam sua
tinea vestimentum consumitur cum ex suo corpore
tempus gignitur et per hec ad interitum pervenit
velud tinea homo consumitur cum de se oritur
unde conteritur. Hec si apte dicitur hi illi speciali-
ter et incommutabiles nequeunt qui nulla
carnis infirmitate deprimuntur quia tamen
se homines in bono permanere constat, etiam
quos inter ipsos intellectus ad summa evehit
carnalis infirmitas aggravans impedit ut per
corruptionis vitium in semetipsis habeant
unde ab intima vetustate non ... Possunt
enim per angelos sancti doctores intelligi. Sicut
per prophetam dicitur: labia sacerdotis custodiunt scientiam
et legem exquirunt ex ore eius quia an-
gelus domini exercituum est. Qui quantalibet virtu-
te fulgeat esse omnino sine culpa esse nequeunt
Quia enim iter presentis ille terrenos se inter gradiuntur
quia cordium nimirum gressibus tangitur aut lu-
to illicite operis aut pulvere cogitationis.
Domos autem luteas habitant qui de ille
cebrosa hac vita exultare habeant dominium
luteam. Paulus habitacione conterpserat cum di-
cebat: Nostra autem conversacio in celis est.
Dicat ergo: Ecce qui serviunt ei non sunt stabi-
les et in angelis suis reperit pravitatem. Quanto
magis hii qui habitant domos luteas qui
terrenum habent fundamentum consumentur velud a
tinea. Ac si aperte dicitur: Si presentis vite via
illi sine contagione transire nequeunt qui e-
terna intuitione sese contra temporalia attin-
gunt que detrimenta illi sustinent qui esse se
in eternalis habitacionis voluptatibus gaudent.
Nam cum serviunt ei non sunt stabiles quia
cum mens ad alta nititur carnis sue con-
tagione dissipatur ita ut sepe animus dum
in intimis habitat dum sola celestia exspe-
tat subita carnali delectatione percussus a
semetipso scissus iaceat. Qui se infirmitatis sue
molestias superasse gaudebat repente in-
velud prostratus gemat. Sanctis ergo et in an-
gelis reperit dominus pravos quosque qui initium
imitantur nonnumquam surrepcio inter fallacie
generat. Si ergo hii esse mundi homines iniquitatem fe-
riunt quos contra enim intencio sancta erigit
quomodo ictibus illi penetrantur quos ad eius
iacula ipsa infirmitas sue delectacio sternit.
Bene velud a tinea consumi conscribuntur. Ty-
nea quippe dampnum facit et sonitum non fa-
cit. Ita iniquorum mentes quia dampna sua con-
siderare negligunt integritatem suam nescientes per-
dunt amittunt namque a corde innocenciam
a bore veritatem a carne continenciam et per etatis
sensum temporis abeuntes vitam. Sed hec se indesinenter
amittere nequaquam conspiciunt cum to-
to desiderio curis temporalibus occupantur. Consuma-
ntur ergo a tinea consumuntur quia sine sonitu
culpe morsum tolleant dum quanta de-
trimenta vite et innocencie paciantur ignorant
sanitatem et bone subtrahuntur. Demane usque ad ves-

peram succidentur. A mane usque ad vesperam
succiditur dum ante sui exordio
usque ad eum iniquitatis perfectione vol-
vitur. Dum namque tempore reprobi per augmentum
mentum malicie contra se cottidie ingemat
quibus succisi ... iniquitati derelictis
Unde per prophetam dicitur: Viri sanguinum et dolosi non
dimidiabunt dies suos. Dies quippe
dimidiare est tempus vite male in volup-
tatibus ductum ad penitencie lamenta dividere atque
hoc ad bonum usum peccando reparare.
Sed iniqui dies suos nequaquam dimidi-
ant quia perversam mentem nec in extremo
suo tempore immutant. Unde et Paulus
admonet dicens: Redimentes tempus
quoniam dies mali sunt. Tempus quidem
redimimus quando anteactam vitam quam lasci-
viendo perdidimus flendo reparamus. Sed
et quia nullus intelligit iterum pe-
ribunt. Nullus videlicet eorum qui a mane usque
ad vesperam succidentur. Nullo intelli-
git vel qui eorum perierunt vel eorum qui
perditos pereuntium mores imitantur. Unde
alias scriptum est: Justus perit et non
est qui recogitet in corde suo et viri
misericordie colliguntur quia non est qui intel-
ligat. Iniqui ergo dum sola temporalia
appetunt et que eterna electis in eternum
maneant scire contempnunt dum in se
tormentum afflictionem conspiciunt. Si que
sit afflictionis retributio non agnoscunt,
agnitionis sue pedem in profundum
porrigunt quia lucem intelligentie
sponte sua oculos claudunt. Mali enim
stultis voluptatibus decepti dum que
vident temporalia diligunt a semetipsis
alienati non vident nisi iterum vivunt.
Ut et mane per speciem necessario homines
mundi adversitas designat. Deinde
ergo usque ad vesperam reprobi succi-
duntur quia et prospera lascivia erto
deperunt et per adversa impatientia ad in-
saniam consurgunt. Hii vero demane
usque ad vesperam nequaquam culpa suc-
cidet si vel per prospera consentiunt credent
vel adversa se ... fui ... esti-
marent. Sed quia nequaquam sit homo
generis institutio desipiunt et cuncta
ad interitum tendere per ... tur.

Sunt non nulli qui presentis vite
oblectamenta despiciunt et tam
assumte transitoria esse considerantur atque
hoc ex amore eternitatis calcant. Cumque
in hoc primo gradu iudicii gressum
ponunt neque tacitos ad altiora pre-
veniunt ut cuncta temporalia non solum que
citius sunt amittenda despiciant
sed inhiis inherere non appetunt etiam
si eterna esse potuissent. Et a pulchre
conditis amorem subtrahunt quia in

Doctores sancti significantur per angelos

Ad phil. 3

28 capitulum

Mentes piorum per proprietatem assimilantur tineae. tinea

De mente iniqua que dampna sua considerare negligit

in ipsum auctorem pulchritudinis
cordis passibus tendimus. Et sunt non-
nulli qui bona vite sue prius dili-
gunt, sed tandem contrarietates assequuntur, qui
rebus temporalibus totis desideriis in-
hiant, mundi gloriam querunt, sed adi-
pisci nequaquam possunt. Hos nimirum ita
diximus: Cor ad mundum pergit, mundus
cor repellit. Nam sepe contingit
ut ipsis suis adversitatibus facti ad men-
tem redeant, et in semetipsis reversi
considerant quam sint inania que
querebant, seque protinus stulto de-
siderio protinus in lamentum vertant, et
tanto valentius eterna desiderent, quanto
se stultius laborasse pro temporalibus do-
lent. ~~Sed hi~~ despectis hiis subditur:
Qui autem reliqui fuerint auferentur
ex eis. Quos alios reliquos nisi hu-
ius mundi despectos accipimus, quos dominus
prius seculi ad nullius glorie usum eligi-
mus minus indignos esse deligunt.
Sed mundi reliquos [stulta ut fortia confundat]
auferre dominus dicitur, quia des-
pectos huius seculi eligere dignatur,
Paulo attestante qui ait: Non multi
sapientes secundum carnem, non multi pote-
tes, non multi nobiles, sed que stulta
mundi sunt elegit deus ut confundat
sapientes, et infirma mundi elegit ut
fortia confundat. Unde bene in libro regum
egyptio puero in via lassitudine fatigato
Amalechite ita in itinere egrotus
deserit, David vero invenit, cibo refi-
citur, ducem sui itineris fecit, A-
malechitam persequitur, epulantem re-
perit, et funditus extinguit. Quid enim
est quod egyptius amalechite puer i-
tinere lassatur, nisi quod amator presentis
seculi peccati sui nigredine opertus sepe
ab eodem seculo infirmus despectusque
relinquitur, ut cum eo concurrere nequaquam
currere valeat, sed fractus adversitate tor-
pescat. Sed hunc David invenit, quia
redemptor noster vere manu fortis
nonnumquam nos despectos a mundi gloria
recipit, in suo amore convertit, cibo pascit,
quia verbo scientie reficit, ducem itineris
elegit, quia sui te predicatorem facit.
Et quia amalechita non valuit dux
David efficitur, quia is quem mundus
deserit non solum conversus
in sua mente dominum recipit, sed predi-
cando hunc etiam usque ad aliena cor-
da perducit. Quo videlicet duce David a-
malechitam convivantem invenit
et extinguit, quia ipsis predicantibus
Christus mundi leticiam destruit. Quos
mundus contemptibiles despexit. Quia
igitur plerosque quos mundus relinquit
dominus elegit, recte nunc dicitur qui reliqui
fuerint auferentur ex eis. Sequitur:
Morientur et non in sapientia. Quod e-
tiam superius reproborum interitum perhibet
dicens: Quia nullus intelligit in eternum
peribunt, et de electis dei illico adiungit:
qui reliqui fuerint auferentur ex eis,
et sed protinus quod eisdem elatis non conve-
niat subdit dicens: Morientur et non
in sapientia. Quia enim a reprobis divi-
sus auferentur, quo pacto insa-
pientia mori non dicantur? Sed nimi-
rum sacre scripture consuetudo est
ut cum aliquid narrat nunc ordine alicuius
cause [illegible] summa ad superiora protinus
reddeat. Nam per hoc dixit: Et quia
nullus est qui intelligat in eternum peribunt, et
electorum mox sortem subintulit dicens:
Qui autem reliqui fuerint auferentur
ex eis, et rursum sine sue ordinem men-
tem que prevolat in eternum reproborum mittens
subito adiunxit: Morientur et non in
sapientia. ~~Hec si dicat~~ Hii quos dixi
quia non intelligentes in eternum pe-
reunt, procul dubio non in sapientia mori-
entur. Sed sunt etiam nonnumquam more sacri
eloquii melius ostendimus si ex eo
aliquam rei similitudinem proferamus.
Paulus namque apostolus cum
dilectum discipulum de instituendis
ecclesie officiis admoneret ne quos for-
te ad sacros ordines inordinate
proveheret, dixit: Manus cito nemini
imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.
Te ipsum castum custodi. Sed ad
infirmitatem eius corporis protinus
verba convertens ait: Noli adhuc aquam
bibere, sed modico vino utere propter
stomachum tuum et frequentes tuas in-
firmitates. Statimque subnectit dicens:
Quorundam hominum peccata manifesta sunt
precedentia ad iudicium, quosdam autem
et subsequuntur. Quid ergo ad
illud pertinet quod ab infirmo bibi aquam
prohibuit, hoc quod de peccatis absconditis
quorundam hominum manifestisque sub-
iunxit, nisi quia interposita de infirmitate
eius sua ad hoc proximo rediit
quod superius dixit: Manus cito ne-
mini imposueris, neque communicaveris peccatis
alienis. Et enim hec peccata quanta sol-
licitudine perquirenda essent ostendit,
interposita infirmitatis molesti-
am discretionis admonitione protinus in-
tulit quod maliis patesceret, maliis
lateret, dicens: Quorundam hominum
peccata manifesta sunt precedentia ad iu-
dicium, quosdam autem et subsequuntur.
Sicut ergo proferant summam Paulus
non eisdem verbis congruit quibus

[Marginal note: Ab infirmo bibi aqua prohibet]

ta loquens bethsamitae infirmitate sub-
iunxit sed ad illud reddit quod superius
intermittendo narrauit. Itaque eo loco
eliphaz cum de electis diceret qui re-
liqui fuerint auferentur ex eis illico
adiungens moriuntur et non in sapientia
ad illud protinus recurrit quod superius
de reprobis protulit dicens Et quia
nullus intelligit in aeternum peribunt.

De reprobis qui despiciunt electos 30.

Mors iustorum molesta despiciunt

In dicto ante reprobi electos despi-
ciunt quod ad uitam inuisibilem
per uisibilem mortem tendunt. De qui-
bus subiunxit dicens moriuntur et non
in sapientia. Ac si aperte dicat mortem
quidem et sapientiam pariter fugiunt. Sed
sapientiam penitus deserunt mortis autem
laqueos non euadunt. Et qui-
cumque mortem utiliter moriendo po-
tuerunt deuitare mortem quae procul dubio ne-
cessaria est metuunt et uitam simul et
sapientiam perdunt. Ac contra iusti in
sapientia moriuntur quia mortem quam
uitare funditus nequeunt in pri-
tate huius [illegible] contempnunt. Ea
quod dum existunt ferunt poenam pro
paginis [illegible] interim [illegible] ut
inde debeas [illegible] rapi. Sed [illegible] me
culpe [illegible] cogitationum. Sed quia
eliphaz contra iniquos ueraciter
protulit beatum iob reprehensibilem es-
timans de facto sue sapientie inflam-
[illegible] praedicamenta tante [illegible]
[illegible] irrisionis uerba subiunxit. V.
Voca ergo si est qui tibi respondeat.

Incipit capitulum quintum

Omnipotens deus saepe eius partem in pro-
batione deserit quem praeparat illius in-
[illegible] contempnit. V. [illegible]
Dum [illegible] suam ne au-
diat legem oratio eius erit execra-
bilis. Vocare, quid [illegible] est [illegible]
[illegible] praepositione. Respondere uero dei
est [illegible] praebere. Ait ergo Voca
ergo si est qui tibi respondeat. Ac
si aperte dicat. Quantumlibet afflictus cla-
mes deum ridentem non habes. Quia
uox in tribulatione non inuenit quae
[illegible] tranquillitate
contempsit. Ubi adhuc deridendo
subiunxit Et ad aliquem sanctorum
conuertere. Ac si despiciens dicat. Et
eos quosque in tribulatione adiutores
non uales in hilaritate quos
habere socios noluisti. Quam per in-
sionem protinus sinistre subdit dicens
Uirum stultum interficit iracundia et
paruulum occidit inuidia. Quae in-
iuria uera esset si illata contra
uirum patientiam non fuisset. Sed nos

pensemus quod dicitur quod [illegible] ab amicis
[illegible] sententie elidatur ut ostendamus
quam rectum est quod proferunt si non in
beato iob improperantur. Cum scriptum
sit [illegible] cum [illegible] simplicitate medi-
tans. Sciendum nobis est magno opere
quia quotiens turbulentos motus
[illegible] sub uirtute mansuetudinis resti-
[illegible] redire ad similitudinem conditoris
conamur.

Nam cum [illegible] simplicitatem mentis
ira diuerberat dilaniatam quo-
damodo scissamque conturbat ut sibimet
ipsi non congruat. Ac dum intime
similitudinis amittat quanta sit ergo ira-
cundie culpa pensemus per quam dum
mansuetudo amittitur supernae imagi-
nis similitudo uitiatur. Sapientia per iram
quoque ordine agendum sit omnino nes-
ciatur. Sicut scriptum est Ira in sinu
stulti requiescat quia nimirum intel-
ligentie lucem subtrahit cum mentem
permouendo confundit. Per iram uita a-
mittitur et si sapientia teneri uideatur sicut
scriptum est Ira perdit etiam prudentes
quia scilicet confusus animus nequaquam ex-
plet et si quis intelligere prudenter ualet.
Per iram iustitia relinquitur sicut scriptum
est Ira enim uiri iustitiam dei non
operatur. Quia dum perturbata mens
iudicium sue rationis exasperat omne quod
furor suggerit rectum putat. Per iram
gratia uite socialis amittitur sicut scriptum
est Noli esse assiduus cum homine iracun-
do ne discas semitas eius et sumas
scandalum anime tue. Quia qui se ex
humana ratione non temperat necesse
est ut bestiali solus uiuat. Per iram
concordia rumpitur sicut scriptum
est Uir animosus parit rixas et uir
iracundus effodit peccata. Quia etiam
malos quos iracundus prouocat ad dis-
cordiam peiores facit. Per iram lux
ueritatis amittitur sicut scriptum est Sol
non occidat super iracundiam uestram.
Quia cum menti iracundia confusi-
onis tenebras incutit huic deus ra-
dium sue cognitionis abscondit. Per iram
sancti spiritus splendor excluditur quo
contra iuxta uetustam translationem scriptum
est Super quem requiescat spiritus meus
nisi super humilem et quietum et trementem
sermones meos. Cum ei humilem
diceret quietum protinus adiunxit. Si ergo
ira quietem menti subtrahit suam spiritui
sancto habitationem claudit. Cuius recessi-
one animus uacuus adapta mox in in-
saniam ducitur et usque ad superficiem co-
gitationum fundamento dissipatur.

Afflictus nec ad alios adiutores

Irae

[above line, inserted:] i exasperant oculi nequaquam re[cognoscuntur noti]

Nam ire sue stimulis accensum cor palpitat, corpus tremit, lingwa se impedit, facies ignescit, [exasperant oculi et nequaquam] recognoscuntur noti. Ore quidem clamorem format, sed sensus quid loquitur ignorat. In quo itaque ab arreptiticiis iste longe est, qui actionis sue conscius non est? Unde fit plerumque ut usque ad manus iram prosiliat, et quo ratio longius recedit, audacior exurgat; seque ipsum retinere animus non valet, quia factus est potestatis aliene; et eo furor membra foris ictibus exercet, quo intus ipsam membrorum dominam mentem captivam tenet. Aliquando autem manus non exerit, sed in maledictionis iaculum lingwam vertit. Fratris namque interitum precibus exposcit, et hoc Deum perpetrare expetit, quod ipse perversus homo facere vel metuit vel erubescit. Fitque ut voto et voce homicidium peragat, etiam cum a lesione proximi manibus cessat. Aliquando ira perturbato animo quasi iudicio silencium indicat; et quo foras per lingwam non exprimit, intus deterius ignescit, ut iratus quisque collocucionem suam proximo subtrahat, et nichil dicendo quam sit aversus dicat. Et nonnumquam hec silencii severitas per disciplinae dispensacionem geritur, si tamen sollicite in intimis discrecionis forma teneatur. Nonnumquam vero dum accensus animus a consueta locucione restringitur, per accessum temporis penitus a proximi dilectione separatur; et acriores stimuli ad mentem veniunt, causeque que gravius exasperant oriuntur, atque in irati oculo festuca in trabem vertitur, dum ira in odium permutatur. Plerumque ira per silencium clausa intra mentem vehemencius estuat et clamosa tacita voces format; verba sibi quibus exasperetur obicit, et quasi in causa se examine posita durius exasperata respondet. Quod Salomon breviter insinuat dicens: Expectacio impiorum furor. Sicque fit ut perturbatus animus maiorem strepitum sui silencii senciat, eumque gravius clause ire flamma consumat. Unde bene quidam sapiens dixit: Cogitaciones iracundi vipere sunt generaciones, mentem comedunt matrem suam.

Sciendum vero est quod nullos ira cicius accedit, facilius deserit; nonnullos vero tarde commovet, sed diucius tenet. Alii namque accensis calamis similes, dum vocibus perstrepunt, quasi quodam modo accensionis sue sonitus reddunt; cicius quidem flammam faciunt, sed protinus in favillam frigescendo redeunt. Alii autem lignis gravioribus durioribusque non dissimiles, accensionem tarde suscipiunt, sed tamen accensi semel difficile extinguntur; et quia se tardius in asperitate concitant, furoris sui diucius ignem servant. Alii autem, quod est nequius, et cicius iracundie flammas accipiunt, et tardius deponunt. Nonnulli vero has et tarde suscipiunt et cicius amittunt. In quibus nimirum quatuor modis liquido lector agnoscit, quia et tranquillitatis bonum ultimus plus quam primus apprehendit, et in malo secundum tercius superat. Sed quid prodest quod iracundia quomodo mentem teneat dicimus, si non eciam qualiter comprimi debeat exprimamus?

Remedia contra iracundiam

Duobus etenim modis fracta possidere animum ira desistit. Primus quippe est ut mens sollicita antequam agere quodlibet incipiat, omnes sibi quas pati potest contumelias proponat, quatenus redemptoris sui probra cogitans ad adversa se preparet. Que nimirum veniencia tanto forcior excipit, quanto se caucius ex providencia armavit. Nam qui improvidus ab adversitate deprehenditur, quasi ab hoste dormiens invenitur, eumque cicius inimicus necat, quia non repugnantem perforat. Nam qui mala imminencia per sollicitudinem prenotat, hostiles incursus quasi in insidiis vigilans expectat; et inde ad victoriam valenter accingitur, unde nesciens deprehendi putabatur. Sollerter ergo animus ante actionis sue primordia cuncta debet adversa meditari, ut semper hec cogitans, semper contra hec thorace paciencie munitus, et quicquid accesserit providus superet, et quicquid non accesserit lucrum putet. Secundus autem servande mansuetudinis modus est ut cum alienos excessus aspicimus, nostra quibus in aliis excessimus delicta cogitemus. Considerata quippe infirmitas propria mala nobis excusat aliena. Pacienter namque illatam iniuriam tolerat qui pie meminit quod fortasse adhuc habeat in quo debeat ipse tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cum surgente furore animi sua cuique ad mentem culpa revocatur; quia erubescit peccata non parcere, qui vel Deo vel proximo sepe se recolit parcenda peccasse. Sed inter hec sollerter sciendum est quod alia est ira quam impaciencia excitat, alia quam zelus format. Illa ex vicio, hec ex virtute...

[margin:] De modo mansuetudinis

[margin:] Alius modus suadende mansuetudinis

[margin:] Ira que ex vicio nascitur, quedam ex virtute formatur

grauatur. Sed si nulla ira ex zelo surgeret diuine animaduersionis impetum Finees per gladium non placasset. Hanc iram quia Hely non habuit motum contra se inplacabilem superne ultionis excitauit. Nam quo contra subditorum uicia tepuit eo contra illum districtio eterni rectoris exarsit. De hac per psalmistam dicitur: Irascimini et nolite peccare. Quod nimirum non recte intelligunt qui irasci nos nobis tantummodo et non etiam proximis delinquentibus uolunt. Sic enim proximos ut nos amare precipimur restat ut sic eorum erratibus sicut nostris uiciis irascamur. De hac per Salomonem dicitur: Melior est ira risu quia per tristiciam uultus corrigitur animus delinquentis. De hac iterum psalmista ait: Turbatus est pre ira oculus meus. Ira quippe per uicium oculum mentis excecat ira autem per zelum turbat quia quo saltem recti emulatione concutitur ea que nisi tranquillo corde percipi non possunt contemplata dissipat. Ipse namque zelus rectitudinis quia inquietudine mentem agitat eius mox aciem obscurat ut altiora in commotione non uideat que bene prius tranquilla cernebat. Sed inde subtilius ad alta reducitur unde ad tempus ne uideat reuerberatur. Nam ipsa emulacio recti paulo post in tranquillitate largius aperit que hoc interim per commotionem claudit et unde mens turbatur ne uideat inde proficit ut ad uidendum uerius clarescat. Sic infirmanti oculo cum collirium mittitur lux penitus negatur sed inde eam post paululum ueraciter recipit unde hanc ad tempus salubriter amittit. Nunquam uero commotioni contemplacio iungitur nec preualet mens turbata conspicere ad quod uix tranquilla ualet inhiare quia nec solis radius cernitur cum commote nubes celi faciem obducunt nec turbatus fons respicientis ymaginem reddit quam tranquillus proprie ostendit quia quo eius unda palpitat eo in se speciem similitudinis obscurat. Sed cum per zelum animus mouetur curandum summopere est ne hec eadem que instrumento uirtutis assumitur menti ira dominetur ne quasi domina preeat sed uelut ancilla ad obsequium parata a rationis tergo nunquam recedat. Tunc enim robustius contra uicia erigitur cum subdita racioni famulatur. Nam quantalibet ira ex zelo rectitudinis surgat si inmoderata mentem uicerit racioni protinus seruire contempnit et tanto se inpudencius dilatat quanto impaciencie uicium uirtutem putat.

De ira ne transeat dominium mentis

Unde necesse est ut hoc ante omnia qui zelo rectitudinis mouetur attendat ne ira eius mentis dominium transeat sed in ulcione peccati tempus modumque considerans surgentem animi perturbacionem sub attenciori tractatu restringat atque ardorem motus sub equitate disponat ut eo fiat iustior ultor alienus quo prius extitit uictor suus quatenus sic culpas delinquencium corrigat ut ante ipse qui corrigit per pacienciam crescat et feruorem suum transcendendo diiudicet ne intemperate concitatus ipso zelo rectitudinis longe ab rectitudine oberret. Quia uero etiam laudanda boni emulacio mentem turbat recte nunc dicitur: Virum stultum interficit iracundia. Recte apte dicitur: Ira per zelum sapientes turbat. Quia illa sub racione restringitur hec uero irracionabiliter deuicte menti dominatur. Bene autem subditur: Et paruulum occidit inuidia. Inuidere enim non possumus nisi eis quos nobis in aliquo meliores putamus. Paruulus ergo est qui liuore occiditur quia ipse sibi testimonium perhibet quod eo minor sit cuius inuidia torquetur. Hinc est quod hostis callidus primo homini inuidendo subripuit quia amissa beatitudine minorem se in mortalitate illius agnouit. Hinc est quod Cayn ad perpetrandum fratricidium corruit quia despecto suo sacrificio prelatum sibi infremuit eum cuius Deus hostiam accepit et quem meliorem se esse doluit ne utcumque esset amputauit. Hinc Esau ad persecucionem fratris exarsit quia primogenitorum benediccione perdita quam tamen ipse esu lenticule uendiderat minorem se ei quem nascendo preibat ingemuit. Hinc Joseph fratres sui Ismaelitis transeuntibus uendiderunt quia cognito reuelacionis mysterio ne se melior fieret eius profectibus obuiare conati sunt. Hinc Saul Dauid subditum lancea interficiendo persequitur quia quem magnis cotidie augeri uirtutum successibus sensit ultra se excrescere pauit. Paruulus itaque est qui inuidia occiditur quia nisi ipse inferior existeret de bono alterius non doleret. Sed inter hec sciendum est quia quamuis per omne uicium quod perpetratur humano cordi antiqui hostis uirus infunditur

Nu 25.
p[rimo] Reg 2.
Ps.
Ec 7.
Ps.
Omnis ira turbat mentem ali[quo modo] quam perturbat.
promutator
Job 5.

inhiat tum nequicia tota sua viscera erumpens contulit et insuper mendacia malicie pestem domus devorat. In invidis septimum est. Invidia dyaboli mors in orbem terrarum intravit. Nam cum devictum cor livoris putredo corrumpit ipsa quoque exteriora indicant quam graviter animum vesania instigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur et membra frigescunt. Fit in cogitatione rabies, dentibus stridor, cumque latebris cordis crescens absconditum odium dolore ceco tenebat conscientiam violenter inclusum sibi vulnus. Deprimis libenter, quia tabescentem mentem sua pena satiat, quam felicitas torquet aliena. Quantoque destruere operis molitur fabricam, tanto fundamentum mentis livide profundius suffodit, ut quo alii ad meliora parant, eo ipsa deterius ruat. Quia nimirum ruit illud turris quod in aliis actibus perfecto ope surrexisse putabatur. Nam invidia cum mentem tabefecerit, cuncta que invenit bene gesta consumit. Unde per Salomonem dicitur: Vita carnium sanitas cordis, putredo ossium invidia. Quid enim per carnes nisi infirma quedam actio, et quid per ossa nisi fortia acta signantur? Et plerumque contingit ut quidam cum vera cordis innocentia in non nullis suis actibus infirmi videantur, quidam vero iam quedam ante humanos oculos robusta exerceant sed tamen erga aliorum bonis intus invidie pestilencia tabescant. Bene ergo dicitur: Vita carnium sanitas cordis, quia si mens innocentiam custodit et si qua foris infirma sunt quandoque roborantur ~~et recte subditur~~ putredo ossium invidia, quia per livoris vicium ante Dei oculos pereunt etiam fortia acta virtutum. Ossa quippe per invidiam putrescere est quedam et robusta deperire. Sed cur hec de invidia diximus, si non etiam qualiter eradicari valeat innuimus? Difficile namque est ut hoc non invideat quod adipisci alter exoptat, quia quicquid temporale percipitur, tanto fit minus singulis, quanto dividitur in multis. Et ideo desiderantem mentem livor excruciat, quia hoc quod appetit aut funditus alter accipiens adimit aut a quantitate restringit. Qui ergo livoris peste plene carere desiderat illam hereditatem diligat quam coheredum numerus non angustat, que et omnibus una est, et singulis tota, que tanto largior ostenditur, quanto ad hanc percipientium multitudo dilatatur. Imminutio ergo livoris est affectus surgens intime dulcedinis, et plena mors eius est perfectus amor eternitatis. Nam cum mens ab eius rei appetitu retrahitur, que accipientium numero partitur, tanto magis proximum diligit quanto minus ex profectu illius sua dampna pertimescit. Que si perfecte in amore celestis patrie rapitur, plene etiam in proximi dilectione sine invidia solidatur, quia cum nulla terrena desiderat, nichil est quod eius erga proximum caritati contradicat. Que nimirum caritas quid est aliud quam oculus mentis? Qui si terreni amoris pulvere tangitur, ab intuenda luce interni lesus reverberatur. Quia autem parvulus est qui terrena diligit, magnus qui eterna concupiscit, potest et sic convenienter intelligi: Parvulum occidit invidia, quia huius pestis languore non moritur nisi qui adhuc in desideriis infirmatur.

Explicit liber quintus. Incipit liber sextus.

Enarrata historie beati Iob veritate, actorum misticam expositionem in temptatione disserere, quia ante sapientibus liquet quod redemptorem mundi tot suis allegationibus enarrat sacra scriptura, ut pene cunctos electos suos ut per eius significationem [?] invidia significare studeat. Unde et beatus Iob latino eloquio dolens dicitur, ut per eius nomen et dolia redemptoris nostri passio designetur, de quo propheta ait: Vere languores nostros tulit et dolores nostros ipse portavit. Cum temptator ablatis omnibus et servos et filios occidit, quia non solum iudaicum populum ex timore ferventem sed ipsos quoque apostolos in suo amore gravatos passionis eius tempore perdere pertulit. Volens ~~beati Iob~~ corpus attereret, quia redemptor noster crucifigi clavis meruit patibulo non dedignatur. A planta pedis autem usque ad verticem dolia suscepit quia sanctam ecclesiam que corpus est eius non solum proxima et ultima sed usque ad summa membra persecutione seviens temptator affligit. Unde etiam Paulus dicit: Compleo ea que desunt passionum Christi in carne mea.

De adiutoribus dyaboli

Qui suadet uxor ad maledicendum, innuit carnales quosque intra sanctam ecclesiam ad mores callidi temptatoris existunt. Que enim ad maledicendum provocat, itaque car-

Sic

Notandum

o

Oportet

Iob

Sanctus fuit

omni invidia

non magis et parvus quam est

ve[ritate]

Quod clarificat fila Christi

Ysaie 73.

Que hic ab aliquo [illegible]

nasmum designat qui ut sibi iam di-
vinus int(er) s(an)ctam ecclesiam incorreptis
moribus positi quo per fidem bonis iun-
cta sunt eo puniuntur durius puniunt(ur). Quan-
to enim quasi fideles vitari nequeunt
a fidelibus tanto deterius quanto et intimius
tollerantur. Amici vero illius qui si
ad consolandum venerunt sed ad iurgia
aspera invectionis excedunt hereticorum
speciem tenent qui cum quasi bonos defen-
dere nituntur defendendo offendunt. Hec itaque
superius latius dicta sunt. Unde bre-
viter studui conniventia designatione
[illegible] ne lectoris mens ex ipsa hac
replicatione meminit me inchoat ope-
speciali intellectu desinere et cum
utiliter usus postulat subtiliter quoque
studeo historie verba discutere. Cum vero
necesse est simul utraque complector ut
speciales fructus allegoria germinet
quos tamen ex radice historie veritas pro-
ducit. Amicos vero beati Iob quos here-
ticorum tenere speciem diximus iudiciis
suis nequaquam per omnia reprobamus. Quia
dum per supernam sententiam contra eos dicatur
Non estis locuti coram me rectum sicut servus
ad dicitur sicut servus meus Iob perfecto li-
quet quia non omnino despiciuntur
quod ex melioris comparatione reprobantur
in reprehensione quippe eius incaute
delabuntur quia tamen tanti viri causa
sunt consanguinitate illius mystica
dicunt multa. ~~Unde~~ sicut superius
diximus eorum verbis et paulus utitur
et hec in assertionis sue adiutorium
assumens plena veritate testatur.
Unde tamen dictis iure reprehenduntur
quia que ex forti sunt contra sanc-
tum virum proferri non debuit. Possumus
ergo iustitie ex prophetarum verba pensari
quibus adhuc Iob loquitur dicens
Ego vidi stultum firma radice et ma-
ledixi pulchritudini eius statim.
Stultus quippe indecorum populum con-
stituit qui ipsam in carne prudentiam et
ne sapiens premit. Qui quasi firma
radice convaluit quia electorum vitam
spaliter extinguendo superavit. Sed hunc
eliphaz maledicendo despicit quia
nimirum omnis heresis quorum tenere
speciem amicos beati Iob diximus cum de
[illegible] se gloriantur indecorum per-
fidiam devicte reprehendunt. De quo
stulto protinus subditur: Longe fient fi-
lii eius a salute. Filii huius stulti sunt
omnes qui per fidem illius perditionis generan-
tur. Qui nimirum a salute longe sunt quia
et si temporalem vitam sine afflictione
percipiunt eterna gravius ultione fe-
riuntur. Sicut de eisdem filiis illius

Qui hic non affligi alibi cru-
ciat

dominus dicit: Ve vobis scribe et phari-
zeis ypocrite qui circuitis mare et ari-
dam ut faciatis unum proselitum et cum
fuerit factus facitis eum filium gehenne
duplo quam vos. Sequitur: Et conterentur
in porta et non erit qui eripiat. Quis
alius porte nomine nisi mediator
dei et hominum debet intelligi qui ait: Ego
sum hostium per me si quis introierit
salvabitur. Filii igitur huius stulti ex-
posita porta conteruntur
quia sue indoctrine soboles ante me-
diatoris adventum in legis observatio-
ne floruerunt sed in ipsa redemptoris
sui presentia ad invitatis obsequio per-
fidie sue meritis repulsi ceciderunt.
Et non est qui eripiat
quia se dum ipsum redemptorem extin-
guere persequendo conati sunt oblate sibi
remedium ereptionis absciderunt.
De quo bene subditur: Cuius messem fa-
melicus comedet et ipsum rapiet ar-
matus armatus. Huius autem stulti messis
fuit sacri seges eloquii. Eandem
namque spicas grana sunt verba prophe-
tarum. Que stultus hic sed non come-
dit quia iudaicus populus legem qui-
dem verbo tenus tenuit sed per fatuitatis fas-
tidium ab omni intellectu ieiunavit. Huius
vero stulti messem famelicus comedit
quia nimirum gentilis populus verba le-
gis intelligendo edidit atque pro legis incari-
ta sine intellectu laboravit. Hos fame-
licos dominus providit cum per se diceret:
Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam
quoniam ipsi saturabuntur. De quibus fa-
melicis anna prophetante dicitur: Reple-
ti prius pro panibus se locaverunt et
famelici saturati sunt. Sed quia mes-
sem perdidit recte subiungitur quali-
ter ipse stultus perit cum dicitur
Et ipsum rapiet armatus. Antiquus hostis
iudaicum populum armatus rapuit quia
eius vitam fidei fraudulente sugges-
tionis iaculis confodit ut ~~unde~~ se
credebat inde eius ordinationi
repugnaret. Quod per se discipulis veritas
premonuit dicens: Venit hora ut omnis qui in-
terficit vos arbitretur
obsequium se prestare deo. Sequitur:
Et bibent sitientes divitias eius.
Huius stulti divitias sitientes bibunt
quia fluenta sacre locutionis que
iudaicus populus insipienter ostentatio-
ne possederat conversi gentilium cor-
da inebriantur. Unde et per prophetam dicitur:
Omnes sitientes venite ad aquas et
qui non habetis argentum properate. Quia
argenti enim vocabulo eloquia divina
eloquia casta argentum igne ex-

signantur. psalmista testante dicens /.

animatum. Quam ergo argenti non sunt
ad aquas vocantur quia minus gentili-
tas sive septime sacre precepta non ac-
ceperat sacri eloquii inundacione sa-
ciatur. Quam tanto vino audiens po-
tat. Quanto hac diu sicca siciebat. Eadem
ergo divina eloquia et messis et diviciae
vocantur. Messis quia ieiunam mentem
reficiunt. Diviciae quia magna nos morum
venustate componunt. Eadem et comedi-
mus et bibimus quia minus divina quedam
in eis obscura sunt que non nisi expo-
sita intelligimus. Hec quasi manden-
do glutimus. Divinum quedam non ad intel-
ligendum facilia sumimus ut in verbis
ea quasi non masa bibimus. Quia
non infracta sorbemus. Hoc submitten-
ti mistico brevem locucione discussimus ne
quid forsitan preterisse videamur. Sed quia
beati Job esse amici non possent nisi in
quibusdam quoque morum honestate ful-
gerent restat ut morum vobis virtutem
sensim moraliter intimamus quatenus
dum locucionis eorum pondus discuti-
mus doctrine fuerint ostendatur. Ego
vidi stultum firma radice et maledixi
pulchritudini eius statim.

Moraliter de hiis qui in terrenis desideriis spem ponunt

Quasi firma radice stultus in terra
figitur quia totis desideriis in
terreno amore solidatur. Unde
et primus caym civitatem construxisse de-
scribitur ut aperte monstraretur quia
ipse in terra fundamentum posuit qui
a soliditate celestis patrie alienus fuit.
Firma radice stultus attollitur cum
hic temporali prosperitate fulget ut omne quod
appetit assequatur adversa nulla susti-
neat contra infirmos sine repugnacione
prevaleat bene agentibus contra auctoritate (?)
dicat ad maiora commoda copiosius (?)
acione pervenerat. Unde viam vite dis-
serit unde ad tempus felicior vivat. Sed cum
malos florere in firmo conspiciunt re-
probant et aperte semet ipsos peccantium
prosperitate turbati intus ingressibus men-
tis imitantur. Quorum profecto speciem sump-
sit psalmista cum dicit: Mei autem pene mo-
ti sunt pedes pene effusi sunt gressus
mei. Quia zelavi in peccatoribus pacem
peccatorum videns. Cum nos eorum glo-
riam fortes aspicimus prius que post
gloriam pena sequatur attendimus et alcioris
cogitacione despicimus hoc quod superbi foras
fastu vacue inflacionis intumescunt.
Unde ergo dicitur: Ego vidi stultum fir-
ma radice et maledixi eius pulchritu-
dini statim. Pulchritudinem quoque stulti
maledicere est eius gloriam considerata
dampnacione iudicare quia eo atro-
cius interimens obruit quo altius in
peccatis elevatur. Quia tunc quod extollitur
manet quod perimitur quia honorat in ma[...]
impenitencie dampnabitur. Et quasi
pamena pirata ad carcerem pervenit qui
presentis vite prospera ad interitum tendit.
Notandum vero quod cum stulti pulchritu-
dini maledixisse se diceret addidit statim.
Mos namque humane et infirme mentis
est ut exteriorum rerum quas respicit quali-
tate vanetur. Sepe enim eius iudicium
tempore presentis rei species ducit et iuxta hoc
quod aspiciat intendit. Unde sensus ex forma
Nam plerosque non nulli dum [...]
dum cernunt gloriam cuius eiusdem
glorie aspectibus delectantur. Hanc magni
aliquid estimant. Cum quos non gloriosos
quos sic aut deiectos subito aut eciam
fortasse morientes aspicimus quia huma-
na gloria nichil sit cum gemitu fatentur ita
ut plerumque dicant. Ecce quam nichil est
homo qui hoc minus recens diceret
si eum in gloria hominem cernerent tunc eius
interitum cogitantes [illegible] poten-
ciam nil esse sensissent. **Gloria mundi. De humana elacione**

Tunc quippe est humana elacio pe-
sanda quam nichil sit cum sese
superiores successibus extollit. Tunc
considerandum est quo cursu felicitas
transvolet cum ante humanos oculos quasi
permanens pollet. Nam gloriam morientium
nil esse in presentia iam morte pensare in[...]
quisque possunt. Tunc ei illi eciam dero-
gant qui hunc et usque ad mortem seque-
tes amant. Unde recte dicitur: Ego vidi
stultum firma radice et maledixi pulchri-
tudini eius statim. Ac si aperte diceret:
Cum stulti pulchritudinem morum
in maledictione non statim quia cum hanc
cernerem simul et penam sequentem vidi. Non
enim statim maledicerem si qua me
glorie illius delectacione tenuisset. Sed su-
carditate maledixi quia superbia [...]
simul conspiciens eius potenciam sine du-
bitacione reprobavi. Sed quia unusquisque
quo prius iustior in mundo proficit plu-
res secum ad imitationem trahit recte subdit:
Longe fient filii eius a salute eius. Quip-
pe filii stulti sunt qui in ambicione huius
seculi eorum imitacione nascuntur. Qui
profecto tanto longius fiunt quanto in pre-
tracione nequicie [illegible] infirmitate
feriunt. Deinde additur: Et conterentur
in porta et non erit qui eripiat. Nam
sicut urbis aditus porta dicitur ita
est dies iudicii porta regni quia per eum
abeuntes omnes ad celestis patrie gloriam
intrabunt. **De iudicio Salomonis**

Vide et hunc diem cum adtendunt
conventum sancte ecclesie Salomon con[...]

Marginalia: ex — c — Sequitur de tua mea [...] exspectat — Gloria humana despicienda in interitu cogitetur — f — a salute — f — Iudicium extremum de porta paradisi — pro ultimo — b

ppinquare conspiceret dixit nobilis in portis vir eius qui sederit cum senatoribus terre. Vir quippe est ecclesie humani generis redemptor. Qui in portis se nobilem ostendit quia despectus prius in contumeliis extitit sed in ingressu regni sublimis apparebit. Qui cum terre senatoribus presidet quia iudicii sentenciam cum sanctis eiusdem ecclesie predicatoribus decernet sicut in ipsis [illegible] dicit Vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede magestatis sue sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes xii tribus israhel ||

De senatoribus diei iudicii versus 3°

Quos isaias quoque longe ante innuencians ait Dominus ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui. De hiis porro salomon iterum dicit Date ei de fructu manuum suarum et laudent eam in portis opera eius. Tunc quippe sancta ecclesia de fructu manuum suarum accipiet cum ea celestia ad percipienda laboris sui retributio attollit. Tunc eam sua opera in portis laudant cum eius membris in ipso regni aditu dicitur Esurivi et dedistis mihi manducare sitivi et dedistis mihi bibere hospes eram et collegistis me nudus fui et operuistis me et cetera. Filii igitur illius stulti ante portam elati sunt sed in porta conteruntur. Quia amatores huius seculi in infimi vita superbiunt sed in ipso regni aditu eterna dampnacione feriuntur et Vir autem subditur et non erit qui eripiat

De disciplina

Illos quippe vitas ab eterna adversitate eripit quos in temporalibus prosperis per disciplinam premit. Quia ergo inveniunt premi hic non valent eripi. Quia iniqui enim quem per disciplinam hic negligunt patrem afflictionis sue tempore perdicionis non inveniunt ereptorem Sequitur Cuius messem famelicus comedet. Hic eciam stultus messem qui in ignis quisque divinum iter intelligens accepit scripture sacre sentenciis doctus bona loquitur sed tamen nullo modo hoc quod dicit operatur. Verba dei profert nec tamen diligit laudando cognoscit vivendo calcat. Quia ergo stultus iste recta intelligit et dicit sed ea hic operando non amat messem habendo ieiunat. Cuius minimus famelicus comedit quia is qui ad deum sanctis desideriis anhelat discit quod audit aut quod dicitur sermo doctoris prave vite predicacione reficitur quid aliud quam stulti fruge satiatur. An non famelicos suos vitas ut stulti messem commederent admonebat cum per desideria sancta flagitantibus de phari

seis preciperet quecumque dicunt facite iuxta vero opera eorum nolite facere. Ac si aperte diceret verbi messem loquendo congregant sed hanc male vivendo minime contingunt. Vestram ergo famem messis ista reficiat quia nos hanc per sacietatem sue fastidium generat Vir autem subditur Et ipsum rapiet armatus: De tempta[cione]

Antiquus namque hostis quasi inermis venit cum mala aperte suggerens humane menti bona omnia simul destruere conatur. Sed armatus venit qui bona alia intacta deserens latenter alia corrumpit. Nam sepe quosdam in intellectu non temptat eisque in sacri eloquii meditacione non obviat sed eorum vita in operacione supplantat. Qui dum de scientie virtute laudantur nequaquam suorum operum dampnati respiciunt. Dumque in favoris delectacione ammovetur vite sue volnera non medetur. Hunc ergo armatus hostis rapit quia fraude tectus mala deserens alia parte supponit. Sequitur De divitiis stultorum

Et bibent sicientes divicias eius. Sepe stultus hic in vicinum fonte sed non bibit quia ingenium quidem intelligencie accipit sed tamen virtutis sive congnoscere legendo contempnit. Sed quia intelligere studendo prevalet studio ad bonum doctrine fastidiosus cessat. Diviciae quoque mentis sunt verba sacre locucionis. Sed has divicias stultus oculis aspicit et in ornamenti sui usum minime assumit quia verba legis audiens magna quidem esse considerat sed ad comprehendenda hec nullo studio amoris elaborat. Et contra alius sitim sed ingenium non. Sed amor ad meditandum pertrahit ebitudo sensus contradicit. Et sepe hoc in divine legis erudicione quis studendo intelligit quod per negligenciam ingeniosus nescit. Hinc ergo divicias stulti sicientes bibunt dum precepta dei que ingeniosi fastidientes nesciunt ebetes amantes assecuntur. Huius minus tenebras ebetitudinis illustrat oculus amoris nam hoc tardioribus studiis aperit quod velocioribus fastidium claudit. Quia et ideo ad intelligentie alta pervenit quia agere que intellexerunt ut minima nulla contempnunt et dum summis manibus adiuvant studia altitudinem ingeniosorum tenant. Unde bene per salomonem dicitur Stellio manibus initur et moratur in edibus regum. Plerique enim aves quas ad volatum penne sublevant in vepribus resident et stellio qui ad volatum pennas non habentibus manibus regni edificium tenet quia

Mt. 19.
Mt. p. 27

Correctio dei temporalis liberat ab eterna pena

Doctor iniquus stultus

nimis ingeniosi quique dum per neglige-
ntiam torpent in pravis actibus remanent
et simplices quos ingenii pena non ad-
iuvat ad obtinendam etiam vitam merita
virtute operationis levat Ex tellio ergo in
manibus initium magis edibus moratur
quia illo simplex plerumque ad pervenitur intencionem vi-
te operis pervenit quo ingenio suo minime as-
cendit Sed hiis auditis questio in corde
oboritur cur in studiosis quisque sine s ve
tarditate prehenditur Ad quam citius re-
spondetur Dum protinus subditur:

De studiosis et desidiosis

Nichil in terra sine causa fit Ideo
et sepe desidiosus ingenium accipit
ut de negligencia iustius puniatur quia
quod sine labore assequi potuit scire con-
tempnit Et ideo non nunquam studiosus
tarditate intelligencie premitur ut eo maiora
premia retribucionis inveniat quo magis
in studio inventionis elaborat Nichil ergo
est in terra sine causa et studiosa tarditas ad
premium proficit et desidioso velocitas ad
supplicium crescit Ad intelligenda autem
que ita sunt alii laboris studio alii non
dolore percussionis erudiuntur Sed cum dictum
sit nichil in terra sine causa recte protinus sub-
ditur Et de humo non egreditur do-
lor Dolor namque de humo egreditur
cum homo ad dei ymaginem conditus
de rebus insensibilibus flagellatur Sed
quia pro occulta merita intenta pro de-
linquit flagella penarum de humo egredi-
tur quum spiritus in malicia erigit ut a rebus
insensibilibus feriatur Ecce enim timidus quam
ad correpcionem suam superbus nimbo
arente tua suspenditur et caligosus aer
expirans descente sole sicatur atque percellis
tumescentibus ferit et alios aditum transfinean-
dum interrupit aliis desideratum iter cita
ca intimulur unde contradicat Terra non
solum germina fecunditatis minuit sed etiam
sata accepta consumit In quibus nimirum cunctis
patenter aspicitur hoc quod quidam sapiens
de domino testatur dicens Et pugnabit cum
eo orbis terrarum contra insensatos Orbis
quippe terrarum cum domino contra insensatos
pugnat cum in pena delinquencium et eleme-
torum vitas militat Sed tamen de humo do-
lor non egreditur quia res que sunt in-
sensibiles ad afflictionis nostram stimulo nostre
inflictionis excitantur De humo dolor non
egreditur quia pena nequaquam de ea
nascitur creatura que percutit Sed de ca-
pud dubio que peccando vim percussionis
detorsit Sed curandum magnopere ut
cum rebus exterioribus pondere doloris
afficimur spe ad superna tendamus quatenus
eo mens ad alta promat quo nos ex-
terior pena castigat ~~Unde et apte ingit~~

Homo ad laborem nascitur et avis ad
volandum. De labore hominis

Ad laborem quippe homo nascitur
quia nimirum is qui accepta est pre-
ditus racione considerat quod valde
sit impossibile ut hec peregrinacionis sue
tempora sine gemitu evadat Unde bene Pau-
lus cum tribulationes suas discipulis
enumeraret admonuit Ipsi enim scitis quod in hoc
positi sumus Sed mens quam caro flagellis af-
ficitur mens ad appetenda alciora suble-
vatur Paulo rursus attestante qui
ait Et licet is qui foris est noster homo cor-
rumpatur tamen is qui intus est renovatur
de die in diem Homo ergo ad laborem
nascitur et avis ad volandum quia unde
mens ad summa evolat ~~Unde caro in inti-~~
mis durius laborat Potest quoque appellatione
hominis carnalium signari vita ~~Unde ait~~
~~Paulus~~ Cum enim sit inter vos zelus et con-
tencio nonne carnales estis Quibus paulo
post subiecit dicens Nonne homines estis
In hac itaque vita homo ad laborem nascitur
quia carnalis quisque cum transitoria appe-
tit desideriorum suorum se pondere affli-
git Gravis quippe labor est hac ipsam
presentis vite gloriam querere quesitam quoque
percipere perceptam cum circumspectione cus-
todire Gravis labor est hoc cum magna
fatigacione apprehendere quod is qui appre-
hendit novit diu stare non posse Sed e-
contra qui ex transitoria non amat non fo-
rum nulla temporalium desideriorum pondera
tollerant sed et si qua adversa contingunt in
ipsis sine pressuris et languoribus non la-
borant Quid enim flagellis divinis et tam
de flagellatis apostolis dictum est Ibant gauden-
tes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro
nomine Ihesu contumelias pati Quid ergo
eorum mentibus labore est quibus et penarum
verbera labor non est Homo ergo ad laborem
nascitur quia carnalis homo mundi deicitur ma-
la sentit qui bona eius inferius ambitu appetit
Nam cuius mens ad alta suspenditur sub
ipsa est quicquid contra ipsam
movetur Unde itaque subditur et avis ad vo-
landum quia tanto animus a laboris afflictione se
subtrahit quanto ad summa per spem sustollitur An-
non quasi avis natus ad volandum Paulus fuerat
qui adversa sustinens dicebat Nostra conversatio
in celis est Et rursum Scimus quoniam si terres-
tris domus nostra huius habitationis dissolvatur
quod edificacionem ex deo habemus domum non
manufactam eternam in celis Quid avis ergo
in ima transcendebat Et hec corde intra se
iam et sublimibus spei penna sub-
levabat Sed quia nullus suis viribus valet
sese in alta sustollere ut cum visibilibus
affligitur in invisibilia sublevetur recte
mox subditur Quam ob rem ergo depre-

Marginalia: Vivere sine tribulatione impossibile est · Pa. ad Thess. 3° · 2ª ad Cor. 4 · Primo ad Cor. 3 · Possidere temporalia et cum pe[na] · Actuum 5 · ad Phil. 3 · 2ª ad Cor. 5 · F · E · B · C · D

Mirabilia dei que assidue viluerunt

hoc dum et ad eum ponam eloquium meum ~~de scriptura dicere~~ Illum ergo peritiem habere tantum scio. Si enim hoc per se habere se crederet de peccati dum non indigeret. Sequitur: Qui facit magna et inscrutabilia et mirabilia absque numero. Cuius omnipotentie dei mirabilia perscrutari sufficiat quod cuncta ex nullo creavit quod ipsa mundi fabrica mira potentie virtute disposita et super aera celum suspenditur et super abyssum terra libratur, quod ex rebus invisibilibus omne hoc universitatis ac visibilibus constat, quod hominem fecit ut ita dixerim in brevi colligens mundum alterum sed rationalem quod hunc ex anima et carne constituens investigabili virtutis dispositione permiscuit spiritum et lutum. Ex his ergo aliud novimus et aliud et sumus sed tamen mirari negligimus quia ea que incomprehensibili indagatione mira sunt usu cotidiano hominibus viluerunt. Unde fit ut si mortuus homo suscitetur in admiratione omnes exiliunt. Et cotidie homo qui non erat nascitur et nemo miratur, dum procul dubio omnibus constet quia plus sit creari quod non erat quam reparari quod erat. Quia arida Aaron virga floruit cuncti mirati sunt. Cotidie ex arente terra arbor producitur virtus pulveris in lignum vertitur et nemo miratur. Quinque panibus quinque milia hominum saciati crevisse escas in dentibus cuncti mirati sunt. Cotidie sparsa grana seminum plenitudine multiplicantur spicarum nemo miratur. Aquam semel mutatam in vino videntes cuncti mirati sunt. Cotidie humor terre in radicem vitis attractus per botrum in vinum vertitur et nemo miratur. Mira itaque sunt omnia que mirari homines negligunt quia ad considerandum ut prediximus usu torpescunt. ~~Bene autem cum dicitur~~ Cum facit magna adiunxit statim et inscrutabilia. Minus enim fuerat magna facere si ea que facta sunt perscrutari potuissent. Et tamen subditur: Et mirabilia absque numero. Quia minor esset magnitudinis si que inscrutabilia condidit pauca fecisset.

Mirabilia dei veneranda sunt non discutienda

Sed inter hec sciendum est quia divina miracula et semper debent considerari per studium et numquam discuti per intellectum. Sepe namque humanus sensus divinorum operum rationem querens non inveniens in dubitationis se voraginem mergit. Unde fit nonnulli homines mortuorum corpora in pulverem redacta considerent dumque resurrectionis vim colligere ratione non possunt, hec ad statum pristinum redire posse desperent. Mira igitur que ex fide credenda sunt perscrutanda per rationem non sunt quia si hec nostris oculis ratio aperiret mira non essent. Sed cum in his fortasse animus titubat, necesse est ut ea que per usum nota sunt nec tamen prevista rerum cotidianarum argumento fidem roboret quam labefactari sua sagacitate deprehendit. Consideratio quippe humane carnis pulverem quorumdam in cineres confusa concussa desperat qui pulvis ad carnem redeat et redivivum corporis pristinorum lineamenta componat qui illa tamen ariditas pulverea membra viridescat ac sese per eorum species formas designet. Hoc in rebus comprehendi per rationem non potest sed tamen credi per exemplum potest. **De grano sinapis**

Quis enim in bono grano seminis immensam surgere arborem crederet nisi hoc per experimentum teneret? Tanta namque unius grani parvitate perennis magis videtur inest similitudine. Ubi latet ligni duritia et ligno tenerior medulla, asperitas corticis, viriditas radicis, sapor fructuum, suavitas odorum, colorum diversitas, mollities foliorum. Et tamen quia hoc per experimentum novimus ex uno grano seminis produci omnia non dubitamus. Quid ergo est difficile ut pulvis in membra reddatur dum conditoris potentiam cotidie cernimus quia ex grano ligna mirabiliter adhuc mirabilius fructus de lignis creantur. Dicat ergo: Qui facit magna et inscrutabilia absque numero et mirabilia absque numero, quia dum vires operum nec qualitate valent discuti nec quantitate numerari. Sed adhuc subditur: Qui dat pluviam super faciem terre et irrigat aquis universa. Qui potest humilia sublimium mentes erigit. Sophar amicos beati Job eiusdem sermonibus redimus recte est ut hic clypeos verba iustitie discamus. Quid per enim deus pluviam tribuit cum arentia corda gentium superne gratia predicationis infundit. Et aquis universa irrigat cum sterilitatem pectoris hominis repletione spiritus ad fructificationem format, sicut per semetipsam veritas dicit: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. Universitatis autem nomine homo signatur quia in ipso veritas species et magna omnium universi cernitur. Omne namque quod est aut est et non vivit, aut est et vivit sed non sentit, aut est et vivit et sentit sed non intelligit nec discernit, aut est et vivit et sentit et intelligit. Sunt namque lapides qui sunt nec tamen vivunt. Sunt arbusta que vivunt quidem nec tamen sentiunt. Herbarum namque atque arborum vita viriditas vocatur. Sicut Paulus de seminibus dicit: Insipiens tu quod seminas non vivificatur nisi

Mirabilia dei consideranda sed non discutienda

vt [illegible]

prius moriatur. Sunt bruta alia que vivunt et sentiunt nec tamen intelligunt. Sunt nunc angeli et vivunt et sentiunt intelligendo discernunt. Homo itaque quia habet esse cum lapidibus, vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, discernere cum angelis, nomine universitatis exprimitur, in quo modo ad ipsam universitatem tenetur. ~~Unde discipulis veritas dicit~~ Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature. Omnem videlicet creaturam solum intelligi hominem voluit, cui omne ad eum omnibus aliquid commune est. Nullus a hoc loco universa intelligi et alia possunt.

De gratia spiritus sancti que divites subit humiles non repellit

Sancti enim spiritus gratia cum divites subit pauperes non repellit. Cum fortes humiliat venire ad se debiles non recusat. Cum nobiles colligit simul et ignobiles apprehendit. Cum sapientes suscipit imperitos stulticia non contempnit. Universa ergo deus aquis irrigat qui dono sancti spiritus omnium genus hominum ad suam cognitionem vocat.

De dissimilitudine morum

Possunt autem universorum nomine ipse morum dissimilitudines designari. Alius namque elatione erigitur, alius pondere timoris inclinatur, alius libidine estuat, alius avaricia hanelat, alius remissione se deiciat, alius ira fervescit. Sed per doctrinam sacri eloquii dum superbo humilitas tribuitur, timido confidentia prebetur, luxuriosus puritatis studio ab immundicia tergitur, avarus per continentiam ab ambicionis estu temperatur, remissus rectitudine erigitur, iracundus per aspiracionis sue excitacione refrenatur. Universa deus aquis irrigat quia visum sermonis in singulis iuxta morum diversitatem format, ut hoc in eius eloquio quisque inveniat per quod incensis vitiis germen feriat ~~[illegible]~~ per quendam sapientem de manne dulcedine dicitur: Datum panem de celo prestiti illis sine labore omne delectamentum in se habentem et omnis saporis suavitatem. Manna quippe omne delectamentum et omnis saporis suavitatem in se habuit, quia videlicet more spiritualium nos voluntatem edentium saporem dedit. Quia divinus sermo et omnibus congruens et a se tamen ipso non discrepans qualitati audientium condescendit, utique dum electus quisque spiritualiter iuxta modum suum intelligit, quasi acceptum manna in voluntarium saporem vertit. Et quia laborem boni operis gloria sequitur retribucionis, post quam irrigationem terre subiungitur: Qui ponit humiles in sublimi et merentes erigit sospitate.

De humilibus erectis

In sublimi humiles ponuntur quia hii qui nunc pro dei amore despecti sunt cum deo iudicaturi veniunt. Sicut paulo superius ante iam diximus eisdem humilibus veritas pollicetur dicens: Vos qui secuti estis me in regeneracione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes xii iudicantes xii tribus Israel. Tunc merentes dominus sospitate erigit, quia hii qui desideriis eius accensi prospera fugiunt, adversa pacienter tolerant, seque ipsi plamentis castigant, tanto sublimiorem hic sospitatem recipiunt quanto nunc gemitus in mundi gaudiis devote merent. Hinc est enim quod per Salomonem dicitur: Cor quod novit amaritudinem anime sue, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Sciat enim extrinsece desideriis accensa peregrinationes sue pena flendo congrosat [?], sed eius gaudio extraneus non miscebitur, quia qui nunc a merore compunctionis alienus est, tunc percepte leticiam consolacionis non est. Hinc est quod merentibus veritas dicit: Amen amen dico vobis quia plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit; vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Et rursum: Vos ergo nunc quidem tristiciam habetis, iterum autem videbo vos et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo auferet a vobis. Sospitate quoque dominus merentes erigere dicitur, quia ipse afflictos temporaliter eterna salute consolatur. Et tamen de electis dei et in hac vita nil obstat intelligi. In sublimi quippe ponuntur humiles, quia cum se ex humilitate substernunt, alte mentis iudicio cuncta temporalia transeunt. Cumque se indignos in omnibus existimant, vere cogitationis animi huius mundi gloriam transcendentes calcant. Videamus humilem Paulum. Ecce discipulis dicit: Non enim nosmetipsos predicamus, sed Ihesum Christum dominum nostrum, nos autem servos vestros per Ihesum. Videamus humilem in sublimi iam positum, qui ait: An nescitis quia angelos iudicabimus? Et rursum: Conresuscitavit et consedere nos fecit in celestibus. Foras se humiliter [?] cum tunc catena religabat, et mente tamen positus in sublimibus fuit, qui iam per spem sue eternitatis in celestibus sedebat.

De despectione sanctorum quod velut indigni omnia tollerant

Sancti itaque viri foris despecti sunt et velut indigni cuncta tollerant, sed dignos se superius conspicientes sedibus eternitatis gloriam tamen eterne expectant. Et quia laborant foris adversitate persecucionis, crescunt intrinsecus altitudine mentis, et inde cuncta subsequentur despiciunt, unde [illegible] comparati [illegible]. Ipsos etiam animas non metuunt, quia et tormenta paciendo contempnunt. Hinc enim per Salomonem dicitur: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Hinc alias scriptum est: Non contristabit iustum quicquid acciderit. Et ea ei etenim quamquam malas intentionibus sue vite siti sunt dum mortem moriendo non sentiunt.

Mt. 19 — Despecti in mundo sublimantur in celo — Penitentes — Prover. — Joh. 16 — 2o ad Cor. 4o — 1 ad Cor. 6 — Ephes. 2 — Iusti sunt securi — Prov. 28 — Prov. 12

innodio cos reproborum iacula & feriunt
& non contingunt. Insublimi ergo hu
miles sunt positi quia unde se in om
nibus despiciunt inde contra omnia securio
res fiunt. Quo contra sub babilonis spe
cie superbiam menti reprobe. Descende
inde sede in pulvere filia babilon sede
in terra. Non est solium filie caldeorum. Sic
enim loco superba mens virgo non incor
rupta sed infecunda ut arbitror dicitur.
Et quia babilon confusio interpretatur
recte infecunda mens babilonis filia
vocatur. Que nimirum quia regnes bona operaginis
dum nullo ordine recte vite componit
quam confusionem generat. Virgo autem vo
cato non infecunda dicitur sed incorrupta
prior statum salutis perdidit ad confusio
nis sue tumultum appellatur quod sunt enim a
pre per increpacionem dicitur divina voce descende
de excelso quippe superbus animus stat quan
do supernis retribucionibus inhiat. Sed ad hoc
statu descendit cum turpiter metu sese
defluentibus mundi desideriis subicit. Cum
ergo mox additur sede in pulvere descendis
enim in pulvere resides quia celestia deseres
terrenis cogitacionibus aspersus in infimis
vilescit ubi adhuc inquirendo subiungit
sententia. Ac si aperte exprobrans dicat
Anima celesti conversacione noluisti te
regere subtemzipso prestratus in terrenis
actibus humiliare vel ... primus addit
Non est solium filie caldeorum. Caldei.

De caldeis

Caldei namque feroces interpretantur
valde autem feroces sunt qui vo
luptatis prave sapientes nec suis parcere
moribus sciunt. Feroces sunt terrena
desideria que non solum precepta con
ditoris sed sepe et contra passionem ver
bera dominacionis atque insensibilem mentem
reddunt. Sed filia feroci non habet solium
quia mens que ad amorem mundi cor
poris desideriis nascitur atque eisdem desi
deriis obdurantur. Inde quod terrenis concupis
cenciis se subicit sedem iudicii amittit.
Nullusque apud se solio presidet quod ra
cionem discretionis caret. Et quasi audi
ens sui sessione repellitur quia posti
ores concupiscencias vagatur. Sigt
enim quod mens que intus consilii sedem
perdiderit foras per desideria in stabili
spargit. Et quia agere intellecta dissi
dat cecat recte ut etiam nesciat quod a
gat. Et sepe iusto iudicio insua ipsa
voluptate relinquitur. Et subea que
anxie appetit laboriosa mundi iniuste
ria relaxatur. Unde et apte illic subditur
quia ultra non vocaberis mollis & te
nera. Tolle molam & mole farinam.
Constat nimirum quod tenere sue filie pa
rentes prius nec dum atque similibus laboribus
operibus affligunt. Quo in tempore quod deus ...

tenera iam filiam vocat qui dilecta unius
cuiusque anime laboriosis huius mundi fructibus
revocat nec dum potioribus actibus affirmat
abiciens desideriis obdurare. Sed caldeorum
filia mollis & tenera & non vocatur quia
mens pravis desideriis dedita inco quod
anxie appetit huius seculi labore relin
quitur ut foras mundo velut ancilla
serviat que intus domini ut filia regnare
amat. Unde & mola tollere. Ac farina
molle iubetur. Mola ingenium ducitur
& farina perfertur. Una quoque actio cur
sus huius mundi mala est. Que nimirum multas
curas congerit superbas mentes quasi
per girum vertit atque ex se velut farinam
spicit quia seducto cordis semper minutissi
mas cogitaciones gignit.

De quieto credito alicuius

Non nunquam vero qui quietus aliquis esse
nimium creditur potius inquinatus actio
ne denudatur. Unde illic protinus subiun
gitur. Infert. Denuda turpitudinem tua
discooperi humeros revela crura transi flumina.
In manifestacione quippe operis turpitudo
denudatur. Dum illis mens abiectaque
macionis ostentacione cognoscatur que
quiete prius magna putabatur. Humeros
inter discooperit qui opus suum quod igno
rabatur ostendit. Crura revelat quia
quibus desideriorum passibus lucris mun
di inhereret manifestat. Flumina etiam transit
quia actiones huius seculi que cotidie ad
terminum defluunt indesinenter appetit. Duasque
alias relinquit alias assequitur qui semper
defluxe ad flumen tendit. Hec prius
per cessum divinum ut mens a solio sue
intencionis excussa quo iaceat in sterco
terre. Anima si alta que superponi sibi
iubiare cessavit subsequens ipsa & indesine
terrenis vitiis malo ante figitur si amore
temporalium defens ad spem incommutabilis
eternitatis ligatur. ~~Sic ergo dicitur.~~ Qui
ponit humiles in sublimi atque subiungit
& merentes erigit sospitate.

De letis timentibus

Sepe & in hoc mundo & leti quilibet
erecti sunt. Dum de ipsa gloria sue
prosperitatis intumescunt. Sed merentes deus
sospitate erigit quia afflictos suos ad
gloriam suam ne leticie soliditate sustollit.
Sospitate quippe non insania
erecti sunt qui in bonis actibus positi in
deum spe firma gratulantur. Nonnulli
enim sicut divinis & iniquitates perpetret
& gaudere non cessant de quibus per salo
monem dicitur. Qui letantur cum male
fecerint & exultant in rebus pessimis.
Insania sunt impii qui leti fecerunt sunt.
Ac si iustorum facta homines bene nimirum
non sospitate erigunt. Sed insania per
superbiunt cum afflictis debuerant & inde
miseri in exultacione desinunt. Unde

Ysa. 47

.d.

Superbe mentis

Mens humana descendit ab alto ad yma

.e.

.f.

.g.

Superbo commutatur persecucio

10 ca.

.b.

.c.

.d.

.e.

Prov. 2

de bonis flentem freneticos videt sibi similes in insania, quia prevalet ualitudinem putant quia cum morbo esse nesciunt. Hoc quoque amplius sani possunt. Et quasi finisse se inbene estimant dum ad mete tumum per augmenta languoris appropinquant. Qui quia coruis sensum non habentes flentur et ident. Et tanto in magna exultatione se dilatant quanto et insensibiles malum quod patiuntur ignorant. Sed pietate ergo deus mentes erigit quia electorum merces non de presenti vite infamia sed de celitudine eterne salutis hylarescit. Unde apte mox de hac ipsa pravorum destinatione subiungitur. Qui dissipat cogitationes malorum ne possint implere manus eorum quod ceperant.

De mentibus reproborum

Reproborum mentes pravis cogitationibus semper invigilant et plerumque eis superna dispensatio obviat et quamvis pravitatem consilii nec facti adversitatibus erigant, nec tamen vos prevaleat eorum vires refrenat. Quos tamen miro iudicio agitur ut effectum quidem pravum operis caveant et tamen iuste sine iudicii reos conscientia addicat. Qui ergo mala cogitant quod ipsi faciant ostendunt, hii tamen quos cogitaverant defendunt. Unde adhuc subditur. Qui comprehendit sapientes in astutia eorum et consilia pravorum dissipat. Sepe nonnulli humana sapientia inflati dum desideriis suis divina iudicia contraire conspiciunt astutiis eis reluctari machinationibus conantur. Et quod ad notum suum vim superne dispositionis intorqueant callidis cogitationibus insistunt. Subtiliora consilia excogitant sed inde voluntatem dei peragant unde hanc immutare contendunt atque omnipotentis consilio dum resistere nituntur obsecuntur. Quia et hoc sepe eius dispositioni apte militat quod ei per humanum studium frivole resultat. Sapientes ergo dominus in ipsa eorum astucia comprehendit cum eis consiliis humana facta et tamen congrue serviunt. Quod melius ostendimus si pauca ad medium gestarum rerum exempla proferamus. Joseph sompnium viderat quod suo manipulo stantium eius se manipuli prosternebant. Sompnium viderat quod sol ac luna se cum reliquis stellis adorabant. Que quia fratribus retulit eorum corda protinus future dominationis invidia pavorque perculsit. Cumque ad se hunc venire conspicerent maliciam semitans dixerunt. Ecce sompniator ille venit occidamus eum et videamus quid illi prosint sompnia sua. Cumque se eius dominio subici metuerent sompniatorem in puteo deponunt, eumque Ismahelitis transeuntibus vendunt qui in Egyptum ductus servituti subditur, sed impudice accusatione dampnatus castimonie merito adiutus per prophetie iudicium ereptus omni Egipto prelatus est. Prophetam vero sapienciam providus frumenta congessit et futuro periculo necessitatis obviavit. Cumque orbem fames premeret de alimentorum preparatione sollicitus factus Iacob in Egyptum misit filios qui frumentorum dispensationi prepositum Joseph nescientes invenerunt atque ut mererentur alimenta percipere eorum dispensatorem compulsi sunt prius in terram cervicibus adorare. Pensemus igitur geste rei ordinem, pensemus quo sapientes ipsa sua astucia vis divina comprehendat. Ideo a fratribus Joseph fuerat venditus ne adoraretur. Sed ideo est adoratus quia venditus. Astute namque aliquid agere ausi sunt ut dei consilium mutaretur, sed divino iudicio quod declinare conati sunt renitendo servierunt. Inde quippe coacti sunt dei voluntatem peragere unde hanc moliti sunt astute immutare. Sic sic dum consilium divinum vitatur impletur, sic humana sapiencia dum reluctatur comprehenditur. Timuerunt fratres ne Joseph super eos excresceret sed hoc quod divinitus dispositum fuerat cavendo actum est ut eveniret. Humana ergo sapientia in se ipsa comprehensa est que voluntati dei unde preventionem restitit inde eius impleciori militavit. Sic Saul cum David sibi cum cottidiano virtutum incremento successu conspiceret suam ei in coniugio filiam spopondit atque in eius dotem dari ab eo Phylistinorum preputia petiit ut audacia innixus dum hostes se excidere quereret in inimicorum gladiis traditus vitam finiret sicut scriptum est. Non habet rex sponsalia nisi tantum centum preputia Phylistinorum ut fiat ulcio de inimicis regis. Porro Saul cogitabant tradere David in manibus Phylistiorum sed David dispositionis interne favore roboratus centum se dare promisit et ducenta preputia reportavit. Cuius muneris opus Saul argumento superatus superna providentia in sapientie sue consilio deprehensus est. Una unde succrescens militis vitam fore se extinguere credidit virtus eius gloriam multiplicavit. Sed quia non nunquam astute aliquid sapere et electi moliuntur libet ad medium alium sapientem deducere et quo sinum intra consilii astucia mortalium comprehenditur demonstrare. Prudenter quippe Jonas sapere voluit cum ad predicandum Ninivitorum penitenciam missus quia electis gentibus Iudea desistere timuit predicationis officium implere recusans navem petiit fugere in Tarsis voluit. Sed protinus tempestas oritur sors mittitur ut ex [illegible] cognoscatur cuius mare culpa turbetur. Jonas in culpa deprehenditur in profundum mergitur ceto

sorbente devoratur atque illuc gestante belua pervenit quo ire sponte contempsit. Ecce fugitivum dum tempestas invenit, sors ligat et mare suscepit, belua includit; et quia auctori noluit obedire, remittitur ad locum quo missus fuerat, suo reus carcere portatur. Iubente domino ministrare prophetiam noluit. Comprehendit ergo dominus sapientes in astucia eorum, quia et hoc in usum sue voluntatis redigit per quod sibi voluntas humana contradicit. Perscrutemur adhuc Hebreorum sapientiam, ut videamus quid providendo prohibuit aut quid prohibendo provocavit. Certe cum ad redemptoris nostri miracula credencium turba confluerent, sacerdotes populi invidie facibus accensi mundum post eum ire proclamarent dicentes: Videtis quia nichil proficimus; ecce totus mundus post eum abiit. Ut ab illo vim tante concursionis absciderent, finire eius per mortem conati sunt dicentes: Expedit ut unus homo moriatur et non tota gens pereat. Sed redemptoris mors ad coniunctionem sui corporis valuit, non ad separacionem. Unde et per legem turturis columbe insignia in sacrificio secari guttur precipitur et non penitus abscidi, ut et post mortem corpori caput inhereat. Qui videlicet mediator est Dei et hominum, id est caput omnium nostrum et vere mundacionis hostia, cum pro nobis mortem pertulit, inde nobis verius inhesit. Post sectionem ergo caput turturis suo corpori inheret, quia Christum abscissum nec mors interveniens dividit. Persecutores igitur peregerunt hoc quod perniciose moliti sunt: intulerunt mortem ut ab eo absciderent fidelium devocionem, sed unde fidem se extinguere infidelium credulitas credidit. Cumque se obviantes eius miracula persequendo abscidere, hec nimirum compulsi sunt nesciendo dilatare. Comprehendit ergo dominus sapientes in astucia eorum, quia et hoc ad pietatis sue obsequium redigit quod contra illum humana crudelitas exarsit. Iustus namque et misericors mortalium acta disponens, alia concedit propicius, alia permittit iratus. Atque ea que permittit sic tolerat ut hec in sui consilii usum vertat. Unde miro modo fit ut quod sine voluntate Dei agitur voluntati Dei contrarium non sit, quia dum in bonum usum mala facta vertuntur, eius consilio militant et que eius voluntati repugnant. Hinc enim per psalmistam dicitur: Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. Sic quippe opera eius magna sunt ut per omne quod ab hominibus agitur eius voluntas exquiratur. Nam sepe inde perficitur dum repelli putabatur. Hinc rursum dicit: Omnia quecumque dominus voluit fecit in celo et in terra. ~~Hinc autem Salomon ait~~ Non est sapiencia, non est prudencia, non est consilium contra dominum.

De superba voluntate ingredienda

Restat ergo ut in actis que agimus superne voluntatis inquiramus, cui videlicet cognite debet nostra actio famulari, et quasi ducem sui itineris perspicere, ne ei etiam nolens serviat si hanc superbiens declinat. Vitari enim vis superni consilii nequaquam potest, sed magna se sentencie hanc temperat quisquis subiectis nutibus refrenat. Eius quippe sibi pondera levigat quilibet subiecto cordis humero volens portat. Sed quia persecutorum superius meminimus, fecimus quasi ea que subiecta sunt eorum cecitati congruant ostendamus. ~~Sequitur~~ Per diem incurrent tenebras et quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Per diem tenebras incurrent, quia in ipsa veritatis presencia perfidie errore cecati sunt. Clare quippe per diem ceciderunt per noctem non in nostra facie obstinati. Persecutores igitur redemptoris cum divine virtutis miracula cernerent et tamen de eius divinitate dubitarent, in die tenebras passi sunt, quia visum in luce perdiderunt. Hinc est quod eos ipsa lux admonet dicens: Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebre comprehendant. Hinc est quod voce de Iudea dicit: Occidit eis sol cum adhuc esset dies. Hinc est quod vocem penitencium in se propheta iam suscepit dicens: Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Hinc iterum dicitur: Custos, quid de nocte? Custos, quid de nocte? Dixit custos: Venit mane et nox. De nocte etenim custos venit, quia humani generis protector est manifestus in carne apparuit, et tunc pressa perfidie sue tenebris Iudea nunc agnovit ubi in nocte custodis audiret. Venit mane et nox, per eius presenciam et novo lumine mundo inclaruit et in corde infidelium vetusta cecitas remansit. ~~Hinc~~ autem dicitur: Quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Hoc quippe palpando exquirimus quod oculis non videmus. Iudei autem aperta eius miracula viderant et adhuc eum quasi palpantes inquirebant cum dicerent: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Ecce miraculorum lux ante oculos adherat, sed in cordis sui tenebris offendentes adhuc requirendo palpabant. Quorum nimirum cecitas ad tantam crudelitatem crudelitas et usque ad aperta opera persecucionis exarsit, sed redemptor humani generis persecutorum suorum manibus teneri non potuit dum et primus subdidit. Porro salvum faciet a gladio oris eorum et de manu violenti pauperem. Ipse quippe iste pauper est de quo Paulus dicit: Propter vos egenus factus sum cum esset dives. Et tamen Iudei dum acriendo tradiderunt

Marginalia: prophetiam ministrare noluit; aspirante deo belua; primo; Ioh. 2; Levitica 7; Turtur que per pectus gutture secari; Deus disponit opera electorum

quem tandem gentiles occiderunt. Per
oris gladium accusatio Hebreorum
lingua signatur de quibus per psalmistam dicitur:
Filii hominum dentes eorum arma et sa-
gitte et lingue eorum machera acuta. Qui
eius etiam teste clamaverunt: Crucifige
crucifige. Per manum vero manum potestatis
ipsa crucifigens gentilitas exprimitur,
que in redemptoris mortem Hebreorum
voces opere implevit. Deus itaque hunc
pauperem et de manu et de oris gla-
dio salvum fecit, quia videlicet redemptor noster
et manus gentilium et linguas Hebreorum
moriendo ex humanitate pertulit, sed ex
divinitatis sue potenciam resurgen-
do superavit. Qua videlicet resurrectione quid
aliud agitur nisi ut ad spem vite
subsequentis infirmitas nostra roboretur?
Unde et bene mox subditur: Et erit egeno
spes. Erepto quippe paupere egenus
ad spem reducitur, quia humilis fideli-
um plebs redemptore moriente pa-
vore concutitur, sed resurgente solidatur.
Ipsos namque primos huius pauperis
electos, videlicet predicatores, visa eius mors
perculit, sed resurrectio ostensa reparavit. Sal-
vato ergo paupere spem egenus recipit,
quia fidelis quisque ad eterne vite fiduciam
convalescit. Sed ecce iam fiducia in
manifesta ostensione veritatis venit, iam
mortem carnis pertulit, eam quam resurgen-
do destruxit, iam resurrectionis gloriam
ascensionis honoravit, et tamen Hebreorum
lingua adhuc eum contumeliis lacess-
sere non sinit. Quos minus erga eum
mentis colligit, ut alios tollendo commaculet,
atque alios immune contusos quosque destru-
ens fenerat. Tunc enim lingua infidelium
ab effrenatione sue loquacitatis obmu-
tescet, cum venire eum iustum iudicem vi-
derit, quem nunc iniuste iudicant. Unde
et bene subditur: Iniquitas autem contrahet
os suum. Os enim suum nunc adhuc iniqui-
tas dilatat, quia humani generis redemp-
torem lingua infidelium contumeliis
lacessere nequaquam cessat. Sed tamen hoc os
contrahet, cum hunc quem non vult per studium
persplicum clausit. Et tunc accepit de
iniustis persecutoribus. Post salvato enim
paupere dum egenus ad spem redit, con-
tracto ore iniquitas obmutescit, quia
virtute eius clarescente miraculo dum
copiosa multitudo infidelium credidit,
a redemptoris sui iniuriis contumeliis
quia cessavit. Os enim suum que dentem dendo
aperit iam formidando contra se
sibi hoc moraliter. Post porta mysteriorum
significatione tuscamne atque apertius ge-
neraliter quo agant indagare:—

Hec nunc dicit ... prefatu

Iniquorum quippe bonorum mentes
cum quedam ab eis bona gesta
conspiciunt in obscuro huiusmodi sine cecitate
torquentur, et quanta malicie sue penam
sustinent, cum bonis malis tabescentes
vident. Recte itaque dicitur: Per diem incurrent
tenebras. Quia mens eorum cum de
aliena melioratione affligitur, de radio
lucis obscuratur, quia sepe improbi in eis
bona apta considerant, si qua mala la-
teant investigant et sollicite investiga-
tionis inquisitionibus laborant, si quid
forte quod accusare possent inveniant. Sa-
na quidem membra conspiciunt, sed clau-
sis cordis oculis velut palpantes querunt.
Unde bene subditur: Et quasi in nocte palpabunt.
Quia huiusmodi sine intus tenebras tolerant,
per eum aliqua que reprehendant sa-
tagebant detractionis aditum querunt, sed
quia hunc invenire non valent, ceci-
tatis certe eveniunt. Quod bene cognoscitur cum
Loth protegentibus angelis in domo eius
Sodomite hostium non invenerunt, sicut scriptum
est: Vim faciebant Loth vehementissime,
iamque prope erat ut frangerent fores,
et miserunt manum viri et introduxe-
runt ad se Loth clauseruntque hostium,
et eos qui erant foris percusserunt cecita-
te a minimo usque ad maximum, ita ut ostium
invenire non possent. Post quod adve-
nientibus malis domum Loth reducitur et
invenit, nisi quod iustus quisque dum pravo-
rum insidias sustinet, adveniente redem-
tore et impietas manet. Sodomite autem
viri in domo Loth invenire hostium ne-
queunt, quia corruptores mentium quod
vitam iusti accusationis aditum depre-
hendunt, percussi enim cecitate quod domum
tenent, quia invidentes facta dictaque per-
scrutantur. Sed quia eis de vita fortis
iusti ac laudabilis actio obviat, errantes
nihil aliud quam parietem palpant. Unde ergo
dicitur: Et quasi in nocte sic palpabunt in me-
ridie, quia dum bonum quod vident accusare
nequeunt, ceca ti iniusticia malum quod
non vident accusationem querunt,
ubi et recte subiungitur: Porro salvum fa-
ciet de gladio oris eorum et de manu
violenti pauperem. Pauper quippe est
quisque apud semetipsum elatus non est.
Unde per semetipsam veritas dicit: Beati pauperes spiritu,
quoniam ipsorum est regnum celorum. Duobus
autem modis adversarium quisque pertrahit,
aut delectatione enim ducitur aut terrore
superatur. Gladius namque oris est iniqui-
tas persuasionis, manus autem violenti est
adversitas potestatis. Sed quia veraciter humi-
lis hoc loco pauper vocatur, quo nulla
huius mundi prospera appetit, eo audenter
et adversa contemnit. Recte dicitur: Salvum
faciet de gladio oris eorum et de manu
violenti pauperem. Ac si aperte diceretur:
Sic iustus Deus mentes humilium solidat,
ut eas ad appetendam nequiciam nec

Gen 19.

C Iniuido bonos obnubilat et mala detegere parat

Nolite de percussione Sodomitarum

Humilis dicitur pauper

Matthaei 5

duci

suasionum perstrepant nec dolores supplicio-rum frangant. Spes quippe in eternitate animum erigit et ideo nulla mala exterius que toleratur sentit. ~~Unde et subditur~~ Erit egeno spes. Additus spei videlicet sinceritatem pauper percepit omnis elatus obmutescit. ~~Unde adhuc subditur~~ Iniquitas autem contrahet os suum.

De multis contrariis bonis

Nunc enim malus bonis derogat et recta que agere negligit bene agentibus obtrectando lacerare non cessat. Sed tunc iniquitas os suum contrahit cum iustus. Tunc enim eloquium quia superetur gloria retributionis congnoscit. Tunc enim eloqui contra bonos non vacat qui malorum suorum digna retributione ligna tormenta ligant ~~unde~~ sicut alias prophante dicitur. Pedes sanctorum suorum servabit et impii in tenebris conticescent. De flagellis iustorum quod arguit a Deo manifestatur.

Sed ut electus quisque eterna supplicia evadat ut ad supernam gloriam pauper ascendat. Dum hic assiduis flagellis atteritur quatenus in iudicio valeat purgatus inveniri pondere namque infirmitatis deorsum cotidie ducimur sed mira manu artificis per subvenientia flagella revelamur ~~unde et subditur~~ Beatus homo qui corripitur a Deo. Prima virtus est ne peccata committant. Secunda autem peccata corrigere saltem. Sed plerumque culpas non solum in innocentes minime vitamus verum etiam nec commissas congnoscimus. Et peccatoris mens tanto altius tenebris caret quanto nec dampnum sue cecitatis intelligit. Unde fit plerumque divini muneris largitate ut culpam pena subsequatur et flagella oculos delinquentis aperiant quos inter vicia securitas cecabat. Torpens quippe animus percussione tangitur ut excitetur quatenus qui statum sue rectitudinis securus perdidit afflictus consideret quo iacet. Hinc itaque ipsa asperitas correptionis origo fit nobis venie et reparatione Dei. Omne quod arguitur a lumine manifestatur. Argumentum salutis genus nobis sanitatis doloris. Hinc est enim quod Salomon ait: Correptio cessare faciet peccata maxima. Hinc item dicit: Quem diligit Dominus castigat flagellat omnem filium quem recipit. Hinc voce angelica ad ecclesiam loquitur dicens: Ego quos amo diligo arguo et castigo. Hinc Paulus ait: Omnis autem disciplina in presenti quidem autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddidit iusticie. Cum nobis ergo tormentis simul nequeant dolor et beatitudo concurrere. Recte tamen nunc dicitur: Beatus homo qui corripitur a Domino quia per hoc quod peccator dolore correptionis premitur quandoque ad beatitudinem que nulla interveniente est dolore erudiatur. Sequitur: Increpationem ergo Domini ne reprobes. Quamvis quis pro culpa percutitur sed in querelam sue percussionis exacerbatur. Increpationem Domini reprobat quia hanc iniuste se perpeti accusat. Quam autem non purgatione criminis sed pro fortitudinis probatione feriuntur si causas sue percussionis inquirunt, nequaquam increpationem Domini reprobare dicendi sunt quia in semetipsis satagunt invenire quod nesciunt ~~Domini et beatus~~ Iob ad libitum verba inter percussionis verbera erumpens tanto de se rectius iudicia ferentis in quo in se ipso veras causas passionis ignorat.

Eliphaz itaque quia hunc percussum non probationis examine sed purgationis estimat dum libere ut flagella loquentem reprobasse Dei increpationem credidit. Unde apte et hereticorum tenere speciem divinitus quod omne quod astra contra recte agitur apud iudicium suum per adversitatem non sufficit. Qui ergo bona intentione ad loquendum ducitur sed non curat discretionem loquatur. Adhuc superne dispensationis moderamina perdicando subiungit: Quia ipse vulnerat et medetur percutit et manus eius sanabunt. Duobus modis omnipotens Deus vulnerat quos reducere ad salutem curat. Aliquando enim carnem percutit et mentem dum ciat suo pavore tabefacit. Vulnerando ergo ad salutem revocat electos suos affligit exterius ut interius vivant. Unde per Moysen loquitur dicens: Ego occidam et vivere faciam, percutiam et ego sanabo. Occidit enim ut vivificet percutit ut sanet quod ideo foras admonet verba ut intus valencia delictorum curet. Aliquando autem si flagella cessare videantur intus vulnera infligit quia mentem duriciam desiderio suo percutit sed percutiendo sanat quia terrore sui iaculo transfixos ad sensum rectitudinis revocat. Corda enim nostra male sana sunt cum nullo amore Dei sauciantur. Cum peregrinationis sue erumpnam non sentiunt cum erga infirmitatem proximi nec quo minimo affectu languescunt. Sed vulnerantur ut sanentur quia amoris sui spiculis mentes Deus insensibiles percutit moxque eas sensibiles per ardorem caritatis reddit. Unde ei sponsa in Canticis canticorum dicit: Vulnerata caritate ego sum. Male enim sana anima atque in huius exilii ceca securitate prostrata nec videbat Dominum nec videre requirebat. Percussa autem caritatis eius spiculis vulneratur in intimis affectu pietatis ardet desiderio contemplationis et miro modo vivificatur ex vulnere que prius mortua iacebat in salute. Estuat

Bladimenta

Justus ... iniustus dominatur

in cap.^m a

j. cor. 2°

Divites ... peccata duplice

Pe facit nos agnoscere ... peccatum

Ephe. 7.

Ecc. 7

Pro 3

Apoc. 3

Videtur non esse gaudii sed meroris presentia / ad hebr. 12

anhelat et iam videre desiderat quem fugiebat percussione ergo ad salutem reducitur que ad securitatem quietis iniquae amoris sui perturbatione revocatur. Sauciata mens anhelare in deum cepit cum cuncta mundi huius blandimenta despiciens ad superna se per iram per desiderium tendit ad temperationem ei prosperitatis utitur quod quasi amicum prius in seculo blandum putabatur. Nam qui peccantem amare consueverat recipientem crudeliter impugnat. Et erectus in deo quamvis carnis sue bella tolerat in qua prius vitiis subiciens delectabiliter iacebat voluptates pristine ad memoriam redeunt et contra dicentem mentem gravi certamine affligunt. Sed quia dum transitorio labore atterimur a perpetuo dolore liberamur apte subiungitur: In sex tribulationibus liberabit te et in septima non tanget te malum. Quid enim senario numero quem septimus sequitur nisi presentis vite operatio discursusque signatur? Sexto quippe omnia perficiens hominem condidit deus die septimo deus requievit. Septimus vesperam non habet quia subsequentem requiem nullo iam termino claudit. Perfectis ergo omnibus requiem sequimur quia post bona vite presentis opera retributionem eterne quietis invenimus. In sex itaque tribulationibus nos deus liberat ne in septima malum tangat quia per presentis pietatis eruditionem presentis vite labore nos atterit sed in adventu iudicii verbere abscondit ut tanto tunc ad salutem certiores exhibeat quanto nunc nos flagella divinitus secant. Quam apte mox et mala vite presentis et adiutoria superne protectionis enumerans subdit: In fame eruet te de morte et in bello de manu gladii.

De fame divine locutionis

Sicut fames carnis est subtractum subsidium corporis ita et fames mentis est silentium divine locutionis. Unde recte per prophetam dicitur: Emittam famem in terram non famem panis neque sitim aque sed famem audiendi verbum dei. Et quia contra mentem cum divina allocutione deficit contra eam temptatio carnis invalescit apte subiungitur: Et in bello de manu gladii. Bellum quippe patimur cum carnis nostre temptationibus impugnamur. De quo nimirum bello propheta dicit: Obumbrasti caput meum in die belli. Anima igitur reprobi dum fame verbi deficit et belli gladio transfigitur. Electos suos dominus et in fame a morte eripit et in bello a gladio abscondit. Anima quippe electorum mentes dum verbi sui pabulo reficit contra temptationes corporis fortes reddit. Sed sunt non nulli qui divino eloquio alimenta se fame reficiunt si iam contra temptationum prelia continentie virtute fulciuntur adhuc tamen perversorum linguarum detractionibus metuunt. Et sepe dum linguarum iacula formidant, peccati se laqueis strangulant. Unde apte subditur: A flagello lingue absconderis.

De flagello lingue

A flagello lingue et exprobratio illa te contumelie lingue flagello bonos ferit qui eorum opera irridendo persequitur. Sepe enim lingua a bonis opere dum vituperat revocat et quasi flagellum se ferit quia dorsum timide mentis cedit. Hoc flagellum lingue olim menti insidiari propheta conspexerat cum superni adiutorium pollicens dicebat: Ipse liberabit me de laqueo venantium et a verbo aspero. Venantes enim nihil aliud quam carnem querunt. Sed a venantium laqueo atque aspero verbo eripimur quando insidias carnalium et irrisionum verba despiciendo superamus. Ipsa quippe eorum verba sunt que bonis nostris itineribus adversantur. Sed asperitatem verbi evadere est irrisiones detrahentium dissimulando calcare. Sancta ergo anima a flagello lingue absconditur quia dum in hoc mundo honorem laudis non querit nec contumelias detractionis sentit. Sed sunt non nulli qui iam derogantium verba despiciunt iam irrisiones pro nichilo attendunt adhuc tamen penas corporis cruciatusque pertimescunt.

De antiquo adversario

Antiquus namque adversarius ne a recta intentione nos revocet multiformiter impugnat et temptationem nunc in verbi nunc in fame carnis certamine nunc in flagello sermonis nunc in calamitate persecutionis aggreditur. Sed quia perfectus quisque dum in semet ipso vitia vincit statim mentem contra vulnera passionis attingit apte subiungitur: Et non timebis calamitatem cum venerit.

De multiformi preparatione sanctorum

Solliciti enim viri quia contra multiformem adversarium sepe pugnare considerant semet ipsos incessanter multipliciter parant. Sunt namque contra famem verbi pabulum, contra belli gladium continentie scutum, contra flagellum lingue protectionem patientie, contra exterioris calamitatis dampnum interioris adiutorium. In uno ordine agitur ut quo eos hostis callidius modo simul temptat eo circumspecti dei milites virtutibus ditiores fiant. Et quia electi quique dum presentis vite certamina fortiter tolerant ulteriorem contra venturi iudicii securitatem parant recte subiungitur: In vastitate et fame ridebis. Tunc itaque reprobi vastitatem famemque passuri sunt cum dampnati extremo iudicio a beatitudine patris visione separantur. Scriptum namque est: Tollatur impius ne videat gloriam dei. Et per semet ipsum dominus dicit: Ego sum panis vivus qui de celo descendit. Si

Marginalia: Jensor e flagella corporis operis [illegible] — impugnaciones dyaboli et defensiones iusti multiplices sunt — ys 26 — Jo 6

Simul quos eos vastitas famesque cru-
ciat qui non solum tormenta foras
sentiunt sed intus medie peste moriuntur

De penis gehenne

Vastat gehenna quia concremat
famis inficit quia suam illis
faciem redemptor abscondit Pe-
ne namque retribucionis intus exterius que
recipiunt quia cogitando intus et
operando deliquerunt Unde bene per psalmistam dicitur
Pones eos ut clibanum ignis in tempore
vultus tui dominus in ira sua
conturbabit eos et devorabit eos ignis
Quod enim ab igne devoratur ab exteriore
parte accenditur clibanus vero intus
inflammatur In tempore ergo vultus domini mi-
ti omnes ut clibanus ponuntur ab igne
devorati quia apparente iudice cum a
visione illius eorum multitudo re-
pellitur et intus per desiderium ardet con-
scientia et foras carnem cruciat gehenna

Impii recipient duplicē penā

Potest eciam flagellum lingue sive ul-
time dampnacionis intelligi qua dist-
rictus iudex reprobis dicit Discedite a
me maledicti in ignem eternum qui para-
tus est dyabolo et angelis eius Iustus ergo
a flagello lingue atque a calamitate ve-
nientis absconditur quia in tanta dis-
tinccione sive blanda tunc iudicis voce
refovetur cum dicitur Esurivi et dedistis
michi manducare Sitivi et dedistis mihi
bibere Hospes eram et collegistis me
nudus et operuistis me Infirmus et visitas-
tis me In carcere eram et venistis
ad me Quibus premittit Venite benedicti
patris mei et percipite regnum vobis paratum
a constitucione mundi In vastitate ergo
et fame ridebit iustus quia cum in-
iquos omnis extrema ulcionis percutit ipse
de gloria digne retribucionis hylarescit
Nec dampnatis sed iam tunc consumma-
te compatitur quia divine iusticie per-
spectae vigore in concusso districcionis
intime rigore solidatur Electos namque
in claritate superne retribucionis electorum
mentes nulla miseria afficit quia has
a miseris altitudo beatitudinis alienas
reddit Unde bene et per psalmistam dicitur videbunt
iusti et timebunt et super eum ridebunt et
dicent Ecce homo qui non posuit deum
adiutorem suum Iniquos enim iusti nunc
vident et metuunt tunc vero sunt et ri-
debunt Quia enim nunc ad eorum labi
imitacionem possunt hic sunt formidinem
Quia non dampnati et prodesse nequ-
eunt itaque supplicio dedicatur non esse mi-
serandum in ipsa qua beati sunt iusti
iudicantes Legunt qui quod supplicium fas
non est qualitatem si propter felicitatis
immunitatem si in regno posita nolint quod
nequaquam implere possunt Sed quibus
ad vitam precepta sed dirigit prius quam

proxima etiam preripiat Hic iam inicia
securitatis in perpetuum festivitatis degustat
ut antiquum hostem non metuat in iminente
mortis articulo violentos eius
impetus illatosque perhorrescat Iustis
namque initium retribucionis et ipsa perfecta
est in obitu securitas mentis Unde et recte
subiungitur Et bestiam terre non formi-
dabis Callidus namque adversarius bes-
tia terre dicitur quia ad rapiendas mortis
tempore peccatorum animas violencia crudelitatis
efferatur Quos viventes blandiens
decipit morientes seviens rapit Quo
contra electos ecclesiam per prophetam pollicetur
dominus dicens Mala bestia non transibit per
eam Illi igitur terre bestiam morientes
timent qui conditoris sui potentiam vincentes
non timent Viri autem sancti qui dum
se formidini medullitus subdunt omne
de adventu adversarii pondus timoris
adimunt Hinc est enim quod psalmista dominum exorat
dicens Ne quando rapiat ut leo animam meam
Hic rursus ait Exaudi oracionem meam
cum tribulor a timore inimici eripe a-
nimam meam

De virtutibus que perfecte eruditi timent

Inventes quippe perfecte timent iudi-
cem ne morientes metuant accusatorem
Unde ergo dicitur Et bestiam terre non formi-
dabis Ac si aperte dicatur Quia blan-
dientem modo hostem non vincis sunt se-
mentes postquam mortem non timebis Sed tibi
vivunt valde cavendum est ne mens
despectis ceteris de gloria singularitatis elevet
vel aperte ad memoriam bonum sociale re-
ducitur cum protinus subinfertur Sed
cum lapidibus regionum pactum tuum
Distincte in mundo regiones sunt ecclesie que
cunctis que in una fide posite morum lig-
was unitate diversitate dividuntur Quid ergo
regionum lapides nisi ecclesiarum electos
primus Quibus primi institutoris voce dicitur
Vos autem tamquam lapides vivi superedifica-
mini De quibus sancte ecclesie per prophetam dominus pol-
licetur dicens Ecce ego sternam per ordinem
lapides tuos Cum igitur recte vivit pac-
to se lapidibus regionum iungit Quia inter
mundi desideria superat vitam suam pro-
cul dubio ad sanctorum precedencium imi-
tacionem ligat Sed cum a mundi actione disting-
git malignorum spirituum impugnaciones
crescunt Quae cum quo magis in meliore
quod atterrunt eo conditori humilius subdi-
tur Unde et subiungitur Et bestie terre pacifice
erunt Notandum prius est quod non ait
pacate sed pacifice ut non quia pacem habent
sed quia pacem faciunt Hostes quippe ca-
llidi dum insidiantur affligunt Sed afflic-
ta mens tanto magis ad eternam patriam
redit diligit quanto in hoc exilio penosius
ibo bonos vivit Et veniens se gre sui
adiutoris humiliat cum contra se insidi-
as hostium actores pensat

De pacificis

Terre ergo bestie pacifice erunt tibi sunt quia maligni spiritus cum bonorum corda ad iniquitates deprimunt hoc nolentes ad amorem domini impellunt. Inde ergo cum deo pax robustior oritur unde nobis ab adversariis durior pugna generatur.

De motu carnis

Possunt et per terre bestias motus carnis intelligi quidam mentem nostram irrationabilia suadendo lacessunt contra nos bestialiter insurgunt. Sed cum cor sub divina lege deprimunt et carnis incentiva detumescunt ut et si temptando subminant nequaquam usque ad effectum operum quasi ad apti morsus rabiem exurgunt. Quamvis enim adhuc inhiat corruptione subsistens has terre bestias plene non edomat cum ille ad tercium celum raptus egregius predicator dicat video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et captivum me ducentem in lege peccati que est in membris meis. Sed aliud est has bestias in campo operis frementes aspicere intra cordis caveam frementes tenere redacte namque intra claustra continentie et si adhuc temptando rugiunt usque ad morsum tamen iniquitatis actionis illicite non procedunt. Pacifice itaque sunt terre bestie quia motus carnis et si prava desideria palpitant apta nos tamen contradictione operis non impugnant. Quamvis per hoc ipsum quod pacifice dicuntur et id quod de malignis spiritibus diximus non inconvenienter accipimus. Motus enim carnis pacem nobis cum deo faciunt cum temptando contradicunt. Nam iusti mens in eo quod ad superna dirigitur etiam corruptibili corpore quam bello fatigatur que et si quando a desideriis celestibus huius mundi qualibet minima delectatione tardatur ipso bello sue temptationis impellitur ut illud toto corde diligat quod contradictionis nulla conturbat. Unde fit ut quietem intimam ad memoriam revocet et carnis sue illecebras fugiens ad illam pleno amore suscitet. Considerare enim contemptationem compellitur unde quo cecidit quippe quam pacem dei deserunt rixam vero contra se coniungere semet ipsum sentit et tunc verius videt de secura dei dilectione quid perdidit cum a se dilapsus suam in se continentiam invenit. Pacem ergo nobiscum terre bestie faciunt quia motus carnis dum nos temptando lacescunt ad amorem quietis intime impellunt.

De plena pace

Hic ante subditur et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum in scriptura sacra aliter pax plena dicitur aliter inchoata. Inchoatam quippe veritas discipulis dederat cum dicebat pacem relinquo vobis pacem meam do vobis. Et plenam Symeon desiderabat cum oraverat dicens nunc dimittis servum tuum domine secundum verbum tuum in pace. Pax enim nostra ex desiderio conditoris inchoatur ex manifesta autem visione perficitur. Plena quippe tunc erit mens nostra nec ignorantia cecatur nec carnis sue impugnatione concutitur. Sed quia eius exordia tangimus cum vel mentem deo vel cum carnem menti subiugamus. Tabernaculum iusti habere pacem dicitur quia videlicet corpus eius quod mens inhabitat a perversis desideriorum motibus sub iustitie dispositione refrenatur. Sed quid prodest continentia carnem restringere si mens non est per compassionem nesciat in proximi amore dilatare. Nulla namque est castitas carnis quam non commendat suavitas mentis unde post pacem tabernaculi apte subiungitur:

De specie hominis

Et visitans speciem tuam non peccabis. Species quippe hominis est alius homo. Recte enim species nostra dicitur proximus noster quia in illo cernimus quod ipsi sumus. Corporali enim visitatione ad proximum gressu accedimus spirituali vero non gressu sed affectu discimus. Speciem ergo suam visitat quisquis ad eum quem sibi similem per naturam conspicit passibus amoris tendit ut in alio sua considerans ex se ipso colligat qualiter infirmanti alteri condescendat quomodo ut ipse alterum reficiat se in altero pensat. Hic namque provisor veritatis cum gesta describeret quiddam signabat dicens protulit terra herbam virentem et afferentem semen iuxta genus suum lignumque faciens fructum et habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Semen producit cum mens nostra ex se considerationem in alterum colligit et recti operis germen parit. Hinc quidam sapiens dicit quod tibi non vis fieri alii ne feceris. Hinc in evangelio dominus dicit que vultis ut faciant vobis homines et vos eadem facite illis. Ac si aperte diceret speciem vestram in alio visitate atque ex vobis incipite agnoscite quid quod vos oporteat aliis exhibere. Hinc Paulus factus sum iudeis tamquam iudeus ut iudeos lucrarer et hiis qui sub lege sunt quasi sub lege essent cum ipse non essem sub lege ut eos qui sub lege erant lucri facerem et hiis qui sine lege sunt quasi sine lege essem cum sine lege dei non essem sed essem in lege Christi. Et paulo post omnibus omnia factus sum ut omnes facerem salvos. Neque enim egregius predicator ut quasi fieret iudeus ad perfidiam cecidit neque ut quasi sub lege esset ad carnale sacrificium rediit. Neque ut omnibus omnia fieret simplicitatem mentis in erroris varietate commutavit sed condescendendo appropinquavit infidelibus non cadendo

Notes in the left margin: "qui enim" · "[illegible]" · "Asscribitur"

Notes in the right margin: "Castitas per compassionem in proximi dilectione decore" · "20 cap[m] a" · "Speciem suam visitat" · "Gen. 1°" · "Lignum quippe secundum speciem suam" · "Thabie 4°" · "Thobie 4°" · "i Cor. 9"

dendo ut videlicet singulos in se suscipiens et se in singulis transfigurans compaciendo colligeret. Si ita ut prius diximus impendi sibi ab aliis voluisset, et tanto se[illegible] cuiusque erranti concurreret quanto saluti eius motum ex propria consideracione didicisset. Bene ergo dicitur: Et visitans speciem tuam non peccabis. Quia tunc proximi plene vincitur cum eorum similitudine unusquisque perpendit quo in proximi dilectione dilatetur. Cum vero animus carnis restringitur, tum mens virtutibus porrigitur. Restat ut loquendo quisque doceat quod vita [in] moribus format. Hic nam uberes fructus predicacionis colligit qui se in ordine bone operacionis premittit. Bene post pacem tabernaculi et speciei sue visitacionem recte subiungitur: Et scies quoniam multiplex erit semen tuum et progenies tua sicut herba terre. Post pacem tabernaculi post speciei visitacionem semen [illegible] multiplicatur. Quia dum post membrorum maceracionem ac mortis magnitudinem tanto ei facundie uberius predicacionis tribuitur quanto hoc in eius pectore perfecti operis exactione premunitur.

De facundia bene loquendi

Ille namque bene loquendi facundiam accipit qui sinum cordis per arte vivendi studia [illegible] nec loquentem conscientia impedit cum vita linguam antecedit. Hinc est quod egyptii famino publico Joseph dispensante subiecti cum iura regis servituri ipsos tradentes humiliant iumenta et ad semen percipiunt frumentum. Quippe ad esum et liberi accepimus tri[ticum] et sacro eloquio pascimur et cum ad quedam que in hoc mundo appetimus in vitiis voluptatibus vagamur. Sed semen sancti ad semen frumenta percipimus quia dum deo plene subditur etiam verbo predicacionis replemur et cum magna proles fidelium sermo sancte predicacionis progignitur post multiplicitates seminis recte subiungitur: et progenies tua sicut herba terre. Iusti progenies herbe terre comparatur quia de eius imitacione nascitur dum arentem presentis vite gloriam despicit spe eterna viridescit. Vel certe iusti progenies sicut herba oritur quia dum vivendo innotescit predicando crescit multitudo sequencium imitabilis consurgit. Sed quisquis iam terrena desideria despicit quisquis se active vite opera subdit, nequaquam ei sufficit magna exterius agere nisi etiam per contemplacionem valeat intima penetrare. Unde apte protinus subinfertur: Ingredieris in habundancia sepulchrum sicut infertur acervus tritici in tempore suo.

De vita activa et contemplativa

Quid enim sepulchri nomine nisi contemplativa vita signatur? Que nos quasi ab hoc mundo mortuos sepelit dum a terrenis desideriis susceptos in intimis abscondit. Ab exteriori quippe vita mortui et iam sepulti per contemplacionem fuerant quibus paulus dicebat: Mortui enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Activa quoque vita sepulchrum est quia a pravis nos operibus mortuos tegit. Sed contemplativa perfectius sepelit quia a cunctis mundi actionibus funditus dividit. Quisquis ergo iam in se contumelias carnis edomuit superest ut mentem per studia sancte predicacionis exerceat. Et quisquis iam mentem per sancta opera dilatat superest ut hanc usque ad secreta intime contemplacionis extendat. Neque enim perfectus predicator est qui vel propter contemplacionis studium operanda negligit vel propter operacionis instanciam contemplanda postponit. Hinc est enim quod abraham coniugem mortuam in sepulchro duplici sepelivit, quia nimirum perfectus quisque predicator extincta a pravis vite desideriis animam suam sub bone operacionis tegumine et contemplacionis abscondit, ut a carnali concupiscencia sub activa contemplativaque vita quasi insensibilis lateat, qui prius mundi desideria senciens mortaliter vivebat. Hinc est quod humani generis redemptor per diem miracula in urbibus exhibet et ad oracionis studium in monte pernoctabat, ut perfectis videlicet predicatoribus innuat quatenus nec activam vitam amore speculacionis funditus deserant nec contemplacionis gaudia penitus operis immensitate contempnant sed quieti contemplantes sorbeant quod occupati erga proximos loquentes refundant. Speculando quippe in dei surgitur amore sed predicando ad proximi utilitatem reditur. Unde apud moysen dum in sacrificio vacca mactatur offerri cum ysopo ligno quoque cedrino bis tinctus cocco precipitur. Vaccam quippe mactamus dum carnem a lascivia sue voluptatis extinguimus. Quam cum ysopo ligno quoque cedrino offerimus ac cocco quia cum maceracione carnis sacrificium fidei spei caritatis adolemus. Ysopus quippe interna nostra mundare consuevit et per Petrum dicitur: Fide mundans corda eorum. Lignum cedrinum nulla putredine deficit quia spem celestium finis non consumit. Unde per Petrum dicitur: Regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Ihesu Christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et immarcessibilem. Coccus vero rubeo colore flammescit quia quos implet caritas accendit. Unde veritas dicit: Ignem veni mittere in terram. Sed bis tinctum coccum offerre precipitur ut videlicet ante interni iudicis oculos caritas nostra dei et proximi dilectione coloretur, quatenus conversa mens nec sic per amorem proximi occupacioni inserviat

[Dei] quiete diligat ut curam proximi utilitatis quasi postponat nec sic pro amore proximi

Alius quippe perdi[illegible]

Bona vita docenda est

Vita et lingua concordare debent

21 capitulum

Predicatoris vita videt homines ad seculas

Vita contemplativa et activa dicitur sepulchrum

22 capitulum

hoc quietem funditus deserens ignem intime superni amoris exstinguat. Unusquisque ergo qui semetipsum Deo iam sacrificium obtulit, si perfecta desiderat curare, necesse est ut non solum se in operationis suae latitudinem, verum etiam ad culmina contemplationis extendat. Sed in hoc magno opere sciendum est quia valde inter se diversae sunt conspersione mentes. Nonnulli namque hominum ita otiose mentis sunt, ut si eos labor occupationis exceperit, in ipsa operis inchoatione succumbant. Et nonnulli ita inquieti sunt, ut si iam vacationem laboris habuerint, gravius laborent, quia tanto deteriores cordis sui tumultus tolerant, quanto eis licentius ad cogitationes vacat. Unde necesse est ut nec quieta mens ad exercitationem se immoderati operis dilatet, nec inquieta ad contemplationis studium angustet. Saepe enim qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus pressi ceciderunt; et saepe qui occupati bene humanis usibus viverent, gladio suae quietis exstincti sunt. Hinc namque est quod nonnulli inquieti spiritum plus exquirunt contemplando quam capiunt, usque ad perversa dogmata erumpunt, et dum veritatis discipuli esse humiliter negligunt, magistri errorum fiunt. Hinc per semetipsam Veritas dicit: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et proice abs te. Bonum est tibi cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Duae quippe vitae, activa videlicet et contemplativa, dum conservantur in mente, quasi duo oculi habentur in facie. Dexter namque oculus contemplativa vita est, sinister activa. Sed sunt nonnulli, ut diximus, qui discernere invicem summa et spiritalia nequaquam possunt, et tamen alta contemplationis assumunt, atque ideo in [illegible] foveam intellectus per errorem dilabuntur. Hos itaque contemplativa vita assumpta ultra vires cogit a veritate cadere, quos in statu suae rectitudinis humiliter poterat sola activa custodire. Quibus recte hoc quod praefati sumus Veritas dicit: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et proice abs te. Bonum est tibi cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. ~~Ac si aperte dicat~~ Cum ad contemplativam vitam idonea discretione non sufficis, solam securius activam tene. Cumque in hoc quod pro magno eligis deficis, eo contentus esto quod pro minimo attendis, ut si per contemplativam vitam a veritatis cognitione compelleris cadere, regnum caelorum per solam activam valeas saltem luscus intrare. ~~Hinc rursus dicit~~ Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris. Quid per mare nisi saeculum, quid per molam asinariam nisi actio terrena signatur? Quae dum colla mentis per stulta desideria stringit, hanc in laboris circuitu mittit. Sunt itaque nonnulli qui dum terrenas actiones deserunt et ad contemplationis studia humilitate postposita ultra intelligentiae vires surgunt, non solum se in errorem deiciunt, sed infirmos quosque a gremio veritatis dividunt. Qui ergo unum de minimis scandalizat, melius illi fuerat ut ligata collo mola asinaria in mare proici, quia nimirum perversae menti expeditius esse potuisset ut occupata mundo terrena negotia gereret, quam per contemplationis studia ad multorum perniciem vacaret. Rursum nisi quibusdam mentibus contemplativa vita plus quam activa congrueret, nequaquam Dominus per prophetam diceret: Vacate et videte quoniam ego sum Deus.

Sed inter haec sciendum est quia et pigras mentes ad opus amor excitat, et inquietas in contemplatione timor refrenat. Anchora enim cordis est pondus timoris. Et plerumque fluctu cogitationum quatitur, sed per disciplinae suae vincula retinetur; nequaquam hanc tempestas suae inquietudinis ad naufragium pertrahit, quia undique amoris litore perfecta caritas astringit. Unde necesse est ut quisquis ad contemplationis studia properat, semetipsum prius subtiliter interroget quantum amet. Machina quippe mentis est vis amoris, quae hanc dum a mundo extrahit, in alta sustollit. Prius ergo discutiat si summa inquirens diligit, si diligens timet, si novit incognita aut comprehendere, aut non comprehensa timendo venerari. In contemplatione etenim mentem si amor non excitat, tepore sui torpor obscurat; si timor non aggravat, sensus hanc per inania ad nebulam erroris levat. Et cum clausa ianua ei secretorum ianua tardius aperitur, ab ea longius ipsa sua praesumptione repellitur, quia irrumpere appetit hoc quod non inveniens quaerit. Cumque superba errorem [illegible] pro veritate percipit, quo quasi intus gressum porrigit, foras tendit. Hinc enim est quod legem daturus Dominus in igne fumoque descendit, quia et humiles per claritatem suae visionis illuminat, et superborum oculos per caliginem erroris obscurat. Prius igitur mens ab appetitu gloriae temporalis atque ab omni carnalis concupiscentiae delectatione tergenda est, et tunc ad aciem contemplationis erigenda. ~~Unde et cum~~ Leo decipitur ... ut videlicet qui infirmis adhuc mentibus terrena desiderant, considerare sublimia non praesumant. Unde et recte dicitur: Si bestia

De contemplativa vita activa praeponitur et de operatione vinearum ... ipas

Exo 19.

Exo 27

tetigit montem lapidabitur. Bestia enim montem tangit cum mens irrationabilibus desideriis subdita ad contemplacionis alta se erigit. Sed lapidibus perimitur quia summa non sustinens ictibus superni ponderis necatur. Qui enim culmen apprehendere perfectionis nituntur, cum contemplacionis arcem tenere desiderant, prius se in campo operis per exercicium probent, ut sollicite sciant si nulla iam mala proximis irrogant, si irrogata a proximis equanimiter portant, si obiectis bonis temporalibus nequaquam mens leticia solvitur, si subtractis non nimio merore sauciatur. Ac deinde perpendat si ad semetipsos introrsus redeunt, in eo quod spiritualia rimantur, nequaquam secum rerum corporalium umbras trahunt, vel fortasse tractas manu discretionis abigunt, si incircumscriptum lumen videre cupientes cunctas circumscriptionis sue ymagines deprimunt, et in eo quod supra se contingere appetunt vincunt quod sunt. Unde recte nunc dicitur: Ingredieris in habundancia sepulchrum. Vir quippe perfectus sepulchrum in habundancia ingreditur, quia prius active vite opera congregat et postmodum carnis per contemplacionem sensum mortuum huic mundo funditus occultat. Unde et apte subditur: Sicut infertur acervus in tempore suo. Actionis namque tempus prius, contemplacionis vero ultimum est. Unde necesse est ut perfectus quisque virtutibus mentem prius exerceat atque hanc postmodum in horreum quietis condat. Hinc est enim quod is quem legio demonum domino iubente dereliquit, ad salvatoris sui pedes residet, verba doctrine percipit et de regione sua simul discedere cum salutis auctore concupiscit. Sed tamen ei ipsa que salutem contulit veritas dicit: Revertere primum in domum tuam et narra quanta tibi fecit dominus. Cum enim quantulumcumque de divina cognicione percipimus redire ad humana iam nolumus et proximorum necessitatibus onerari recusamus. Querimus contemplacionis quietem, nil aliud nisi hoc quod sine labore reficit amamus. Sed sanatos nos veritas ad domum mittit, narrare que nobiscum acta sunt precipit, ut videlicet prius mens exsudet in opere et postmodum reficiatur per contemplacionem. Hinc est quod iacob pro rachel servit et lyam accipit, eique dicitur: Non est consuetudinis in terra nostra ut minores ante tradamus connubio quam maiores. Rachel namque visum principium, lya autem laboriosa dicitur. Et quid per rachelem nisi contemplativa, quid per lyam nisi activa vita signatur? In contemplacione quippe principium quod deus est queritur, in operacione autem sub gravi necessitatum fascibus laboratur. Unde et rachel pulchra sed sterilis, lya autem lippa est sed fecunda, quia nimirum mens cum contemplandi ocia appetit plus videt sed minus deo generat filios. Cum vero ad laborem se predicacionis dirigit, minus videt sed amplius parit. Post lye ergo complexus ad rachelem iacob pervenit, quia perfectus quisque ante active vite ad fecunditatem iungitur et post contemplative vite ad requiem copulatur. Quia enim contemplativa minor quidem tempore sed merito maior est quam activa, sancti evangelii verbis ostenditur, in quo due mulieres diversa egisse referuntur. Maria quippe redemptoris nostri verba audiens ad pedes illius residebat. Martha autem corporalibus ministeriis insistebat. Cumque contra marie ocium martha quereretur, audivit: Martha martha sollicita es et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea. Quid enim per mariam que verba domini residens audiebat nisi contemplativa vita exprimitur? Quid per martham exterioribus obsequiis occupatam nisi activa vita signatur? Sed marthe cura non reprehenditur, marie vero et laudatur, quia magna sunt merita active vite sed contemplative potiora. Unde nec auferri umquam pars marie dicitur, quia active vite opera cum corpore transeunt, contemplative autem gaudia melius ex fine convalescunt. Quod unum ac breviter ezechiel propheta exprimit cum [?] sancta animalia contemplata ait: Similitudo manus hominis sub pennis eorum. Quid enim per pennas animalium nisi contemplaciones possimus sentire sanctorum, quibus ad summa transvolant et terrena deserentes se se in celestibus librant? Quid per manus nisi operaciones accipimus? Que cum in proximi amore se dilatant bona que prevalent et corporalia administrant. Sed manus eorum eciam sub pennis sunt, quia actionis sue opera virtute contemplacionis vincunt. Potest eciam per sepulchrum non solum in hac vita nostra contemplacio sed quies eterne et intime retribucionis intelligi. In qua tanto verius quisque [?] quanto in nos corrupcionis vita perfectius necatur. In habundancia autem sepulchrum ingreditur qui post congesta vite sue opera immortali sic plene mortuus in secreto vere lucis occultatur. Unde et propheta dicit: Abscondes eos in abscondito vultus tui a conturbacione hominum. [illegible] Cum subditur: Sicut infertur acervus in tempore suo. Frumentum quippe in segete sole tangitur, quia in hac vita humana anima respectu superni luminis illustratur, plenitas percipit, quia ve-

Activa et contemplativa vita

.119.

vitatis eloquio pinguescat veniet gratis quia temptationibus excitatur et secum ari- centes paleas portat quia neqmere se totum vita peccatum tolerat. Alleg- adarcam deductum trituracionis pon- dere premitur ut appareat quod ide- soliatur quia mens iusti celesti disci- pline supposita divine correctionis flagel- la papie associetate carnalium undi- que excedit et relictis paleis ad horreum ducitur quia foris remanentibus repro- bis electa anima ad superne mansionis gaudia eterna sublevantur. Sed quod dici- tur ingrediens in habundancia sepulchrum sicut infertur acervus in tempore suo quia dum post afflictionem iusti premia pa- trie celestis inveniunt quasi post pres- suras ad horreum grana deferuntur. Et in alieno quidem tempore passionis senti- unt sed in suo a percussione requiescunt. Electis quippe tempus alienum est in vita presenti. Unde quibusdam adhuc infidelibus veritas dicit: Tempus meum nondum venit. Tempus autem vestrum semper est pa- ratum. Et rursum: Hec est hora vestra et potestas tenebrarum. Sepulchrum ergo in tempore suo sicut frumenti acervus ingreditur quia ille eternam requiem percipit qui prius hic ut ad compungendis pulveris liber- sit disciplinę pressuras sentit. Eliphaz vero quia in prologus sue sentencie taber- naculum lapides bestias semen herbas sepulchrum nominat quod non hoc inno- centem dixerit ipse iam innuit qui post cir- cuitum sub iungit: Ecce hoc ut investi- gavimus ita est. Liquet profecto quod in- tus in abscondita superficiem di- cta minus aut faciem non iacet quod investigatur. Cum ergo se investi- gasse se iudicat quia in verbis exteri- oribus interiora quesierit demonstrat. Sed post cuncta ad stulticiam iactancie pe- venit quia protinus subdit: Quod auditum mente pertracta. Ex tali doctrina mens polleat gravius eius inpericia est velle docere meliorem vero et ea que ab amicis recte prolata sunt ab iniquo arbitrio non recta iudicantur.

De congruo tempore

[I]llo namque virum sue rectitudi- nis amittunt quod auditori non con- gruunt quia et medicamina vires perdunt cum sanis membris apponun- tur. In omni ergo quod dicitur necesse est ut ea tempore et persona pensetur si verba sine veritas roborat si suo tempore congruum postulat si et veritatem sine et congruenciam temporis persone qualitas non impugnat. Ille enim laudabiliter victa enuntiat qui prius hostem quem ferat conspicit. Ille namque arcu va- lidi cornua subigit qui sagittam for-

titer dirigens cui ferit.

Explicit liber sextus. Incipit liber septimus. Capitulum [a]

[Q]uorundam mentes plus fla- gella quam gratia cruciat quorundam vero plus gratia quam flagella castigant. Nam sepe cum nos quibuslibet penis divinis tormenta verborum semitum cum ... ad defensionem erigunt in impa- cienciam sunt. [~~Unde beato~~] Iob ne de ex- temptacione nulla potius non solum sunt flagella desuper ferunt sed grati- mora plagis amicorum colloquia af- fligunt ut sancti viri anima hinc inde perfecta ad motum iracundie elacionis eriperet et quod quidem unde vixerat per contumaciam superbe locucionis inquinat. Sed tactus plagis gravis retulit lacessitus verbis vera iudicit et perculsus in necessitate quod primum salutaris sunt loquens quod indicat quam sa- piens tacebat. Sed quedam eius verbis admixta sunt que apud humana iudicia pacte sunt transire videntur que nos vero intelligimus si superni sumus in dicis in eorum condemnacione pensemus. Ipse quippe beatum Iob et prius contra ad- versarium protulit dicens: Vidisti servum me- um Iob quod non sit ei similis super terram vir simplex et rectus ac timens Deum et recedens a malo. Ipse post probacionem amicos eius redarguit dicens: Non estis locuti coram me rectum sicut servus meus Iob. [~~Restat~~] ergo ut cum mens inter Iob sermonibus fluctuat eorum pondus eiusdem hystorie initio ac fine pen- dat. Abeo enim iudice nec casibus laudari potuit nec lapsus perimi. Si igitur in ambiguitatis tempestate depre- hensi primam hinc hystorie et postre- mam conspicimus navis cordis considera- cionis sue finibus qui apta principi resti- gitur ne erroris saxa penetratur. Nullis ergo ignorancie ne procellis obruimur sed tranquillum superne sine- bitur tenemus. Ecce enim dicit quod sue non modica lectoris animum moneat. Sed quis hoc non recte dicere audeat quod in dei auribus rectum sonat. Utinam appe- derentur peccata mea quibus iram merui et calamitas quam pacior in statera. Quasi arena maris hec gravior ap- paret. Cuius alius statere nomine nisi Dei et hominis mediator expri- mitur? Cui ad pensandum vite nostre meritum venit ac secum iusticiam simul et misericordiam detulit. Sed nec lance ponderaturus culpas nostras parcendo leviganti.

De statera

[U]tinam enim prius quasi statera ... mini libravimus factus sum et in se calamitatem meam et iniquitatem peccata

Marginalia: "mea" ; "cum" ; "Correctio eadem non est omnibus adhibenda" ; "Cap. 6" ; "2um capitulum a" ; "Christus qui dicitur statera" ; "iusticiam" ; "Notandum" ; "iusticie" ; "tradat"

suspendit. Sed gravius ponderis calamitatibus monendo innotuit et apparuit immo leve esse peccatum relaxando manifestavit. Qui hoc primum gratie contulit quod penam mali nobis cognoscibilem fecit. Homo namque ad contemplandum auctorem conditus, sed conditionis sue ab intimis gaudiis deiectus, in erumpnam corruptionis veniens, cecitatem exilii sustinens, culpe sue supplicia et tolerabat et nesciebat, ita ut exilium patriam crederet, et sic sub corruptionis pondere quasi in salutis libertate gauderet. Sed is quem intus homo reliquerat, assumpta carne foris apparuit Deus. Cumque se exterius prebuit, expulsum foras hominem ad interiora revocavit, ut iam dampna sua videret, iam penam cecitatis ingemisceret. Calamitas ergo hominis in statera gravius apparuit, quia mali quod pertulit non nisi in presentia redemptoris agnovit. Luce quippe nesciens dampnationis sue tenebras voluptuose tolerabat. Sed postquam vidit quod diligeret, intellexit et quod doleret. Et grave sensit quod pertulit, quia dulce innotuit quod amisit. Vir igitur sanctus collocutoris eius sententiis acclamantibus silentium compescens, et spiritus prophetici fonte affluentia repletus dicat sua, dicat humani generis voce: Utinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, et calamitas quam patior in statera. Quasi arena maris hec gravior appareret. Quod si apte dicitur dampnationis nostre malum leve creditur, quia nec dum cognita redemptoris equitate pensatur. Sed veniat et erumpna tanti exilii nunc sue lance suspendat, et quid pro exilio regnantibus edoceat. Sed i.e. insinuat immo testatur quid amisimus gravius esse infinitum quam toleramus. Unde autem hec eadem peregrinationis nostre calamitas maris arene comparatur. Arena enim maris undarum estu extrinsecus pellitur, quia et delinquens homo quam temptationum fluctus mobiliter pertulit, contra se ab intimis exivit. Arena autem maris est ponderis, sed calamitas hominis arena maris gravior dicitur, quia dura fuisse pena ostenditur, dum per misericordem iudicem culpa que relaxatur agnoscitur. Et quia quisquis gratiam redemptoris agnoscit, quisquis ad patriam reditum diligit, eo ditius sub pondere peregrinationis gemit, postquam statere desiderium ire subiungit: Unde et verba mea dolore sunt plena. Qui peregrinationis patriam diligit, dolere et inter dolores nescit. Iusti autem verba dolore plena sunt, quia quousque presentia tolerat, ad aliud loquendo suspirat.

Omne quod peccans pertulit conspicit, atque ut ad statum rectitudinis redeat, solicite iudicia quibus affligitur pensat. Unde et subditur: Quia sagitte domini in me sunt.

De sagitta domini

Sagittarum quippe nomine aliquando predicatorum verba, aliquando percussionis sue designantur. Predicationis namque eloquia sagitte vocantur, quia in eo quod vitia feriunt, male viventium corda transfigunt. De his sagittis venienti redemptori dicitur: Sagitte tue acute, potentissime; populi sub te cadent in corde. Unde et Ysayas dicit: Mittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes in mari, in Affrica, in Lydia tenentes sagittas, in Ytalia et Grecia. Rursum sunt sagitte aliquando divisionis percussio designatur, sicut Ioab rex prophete Heliseum dicitur: Iace sagittam. Quo iaciente ait: Percuties Siriam donec consumas eam. Vir igitur sanctus quia peregrinationis sue erumpnam respicit, quia sub percussionibus divine animadversionis ingemiscit, dicat: Unde et verba mea dolore sunt plena, quia sagitte domini in me sunt. Ac si aperte dicat: Ergo in mortali dampnatione non gaudeo, sed sub iudicio positus doleo, quia vim percussionis agnosco. Plerique autem sunt quos tormenta cruciant, sed non emendant. Quo ea apte subiungitur: Quarum indignatio ebibit spiritum hominis ebibunt cum superbe elationis meum. Quid enim est spiritus hominis nisi spiritus elationis? Sagitte autem domini spiritum hominis ebibunt, cum superbe conversationis sue afflictam mentem ab elatione compescunt. Sagitte domini spiritum hominis ebibunt, quia intentum ex terroribus intra se suis trahunt. Et hoc potatus namque David spiritu fuerat cum dicebat: In deficiendo a me spiritum meum tu cognovisti semitas meas; et rursum: Renegavi consolari animam meam; memor fui Dei et delectatus sum, et exercitatus sum et defecit paululum spiritus meus.

De indignatione sagittarum

Sagittarum ergo indignatio iusti spiritum bibit, quia sive electos quos in peccato invenerint dominum vulnerant, immutant ut duritiam suam transfixa mens deserat atque ex salutifero vulnere sanguinis confessionis emittat. Pensant namque unde quo lapsi sunt, pensant a quanta beatitudine ad que corruptionis sue tormenta ceciderunt. Et non solum gemunt in his que sustinent, sed insuper metuunt hoc quod districtus iudex delinquentibus gehenne ignibus minatur. Unde et subiungitur: Et terrores militant contra me. Iustorum mens non solum pendit quod tolerat, sed etiam pavet quod restat et videt

qualia inhaerens vita patitur, metuit ne post haec graviora patiatur. Humanum genus quia ex vitio a paradisi gaudiis cecidit, timet ne et cum culpam relinquimus, mors etiam subsequatur. Iam ergo summam tolerat in poena, sed minas adhuc venturi iudicii formidat ex culpa. Hinc psalmista ait: In me transierunt irae tuae et terrores tui conturbaverunt me. Irae quippe iudicis per hoc quod iam transierunt et terrores perturbant, quia iam aliud de damnatione patimur et adhuc aliud de aeterna damnatione formidamus. Vir igitur sanctus perpendens mala quae tolerat dicat: Sagittae Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. Sed graviora inspectum me terroris adiungat: Et terrores Domini militant contra me. Ac si aperte diceret: Percussus quidem de percussionibus doleo, sed hoc in dolore fit gravius, quia et in poena positus adhuc supplicia etiam pertimesco. Sed quia iam stare in tuto desiderat, iam mala in quibus humanum genus cecidit pensat. Quamvis in gentili natione positus, nunc tunc prophetici spiritus plenus, quo ardore redemptoris adventum vel gentilitas vel Iudaea sitiat verbis sequentibus demonstrat dicens: Numquid rugiet onager cum habuerit herbam, aut mugiet bos cum ante praesepe plenum steterit? et cetera. Sequitur.

De mugitu bovis et cetera. 2

Quid namque per onagrum, id est agrestem asinum, nisi gentilis populus designatur? quem sicut natura extra stabula disciplinae edidit, ita vagus in voluptatis suae campo permansit. Quid per bovem nisi plebs iudaica figuratur, quae iugo dominationis supernae supposita ad spem praelectos colligens per corda quae noluit vomerem legis traxit. Et beati Iob vita attestante cognoscimus et expectasse redemptoris adventum multos ex gentilibus credamus. Et nascente Domino Symeone spiritu in templum veniente dicimus quanto desiderio ex plebe israhelitica sancti viri incarnationis eius mysterium videre cupierunt. Unde per eundem redemptorem discipulis dicitur: Dico vobis, multi iusti et prophetae desideraverunt videre quae vos videtis, et non viderunt. Herba ergo onagri et fenum bovis est haec ipsa mediatoris incarnatio, per quam similiter gentilitas et Iudaea satiatur. Quia enim per prophetam dicitur: Omnis caro fenum, vivificatrix divinitas nostra substantia carnem suscipiens fenum fieri voluit, ne nostra in perpetuum fenum caro remaneret. Tunc ergo herbam onager invenit, cum gentilis populus gratiam dominicae incarnationis accepit. Tunc bos vacuum praesepe non habuit, cum plebi iudaicae eum tamquam

Lex voluit quod diu expectantium prophetarum fide et natus Dominus in praesepio ponitur, ut videlicet signaretur quod sancta animalia quae ieiuna diu apud legem invenerant, sumptae incarnationis eius feno satiarentur. Praesepe enim natus implevit qui cibum semetipsum mentibus mortalium praebuit dicens: Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo. Sed quia diu et electorum gentilium vota dilata sunt, et cohibita populi sancti quique longo tempore redemptorem suum expectando gemuerunt, vir beatus Iob prophetiae mysteria et maerentis contritionis causa afflictionis insinuat dicens: Numquid rugiet onager cum habuerit herbam, aut mugiet bos cum ante praesepe plenum steterit? Ac si aperte dicat: Idcirco gentilitas gemit, quia eam necdum redemptoris gratia reficit. Atque ideo Iudaea mugitus dilatat, quia legem tenens sed legis auctorem non videns stans ante praesepe ieiunat. Mugivit bos, quia ante mediatoris adventum nequaquam spiritualiter sed carnaliter tenebatur, recte sibi mugitum. Aut poterit comedi insulsum quod non est sale conditum? In lege sal sic est virtus intelligentiae occulta. Quia igitur obsequiis carnalibus intenti sale intelligentiae spiritualis noluit, quid aliud quam insulsum cibum comedit? Sed hoc in cibo sal veritas congruenter misit, cum latere in lege saporem occultae intelligentiae docuit dicens: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi; de me enim ille scripsit. Et rursum: Habete sal in vobis et pacem habete inter vos. Sed quia ante mediatoris adventum Iudaea carnalem legem tenuit, praeceptis eius diversa in his tibus gentilitatis subditionis. Insulsum ergo cibum comedere noluit quem vivis quod spiritus comedunt condimentum praeparet. Sicut enim habuit expavit. Namque gentilium hoc quod illic praecipitur fieret, filiorum carnem pro obsequio religionis incidere, uxorum culpas morte resecare. Aut gustare aliquis potest quod gustatum affert mortem? Lex namque carnaliter degustata mortem detulit, quia commissa delinquentium districta animadversione distribuit, et mortem detulit, quia et praeceptum culpam in notitiam per gratiam non delevit, Paulo attestante qui ait: Nihil ad perfectum adduxit lex. Et rursum: Lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. Et Paulo post: Peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Ad Christum vero conversa gentilitas, quia quod sonare per verba legis intelligit, atque tota desideriis suis eam quam vehementer diligit inter praecepta

Luc. 2 — Jo. 6. — Sal quod signat in lege — Jo. 5 — Mt. 9 — Levitici 20 — Lex docuit mortem — Heb. 7 — Ad Ro. 7 — sicut preceptum datum est — cap^m xv a

Iob 6
Spiritualiter verba sunt magis intelligenda et mystice

(119)

carnalia spiritualiter requirunt. Unde et continuo mox ex persona prophete spiritu subditur: Que nunc prius tangere nolebat anima mea nunc pre angustia cibi mei sunt. Valde namque in errore labitur qui beati Iob verba ad solam prolata historiam suspicatur. Dicat igitur sciens et tot conditionis sue percussionibus fultus quam magnum vel potius quid verum diceret si insulsum cibum comedi non posse dixisset aut quis eius esum mortifera alimenta obtulerit ut subiungat quod potest quis gustare quod gustatum affert mortem. Que si de amicorum eloquio dicta sentimus ab intellectu hoc summa subiecta compescimur qua ait: Que prius tangere nolebat anima mea nunc pre angustia cibi mei sunt. Absit enim ut vir sanctus in statu sue incolumitatis contemptis amicorum suorum alta dicta despexit qui sicut ipso attestante post dicimus consimilis sunt verba eius amicis non vacant que sicut ex fine historie dicimus et internus arbiter laudat que neque quam cum tanta veneratione usque ad mundi terminum devenissent si intellectu mystico gravida non fuisset. Vir igitur Iob quia membrorum est sancte ecclesie eius etiam loquitur voce dicens: Que prius tangere nolebat anima mea nunc pre angustia cibi mei sunt. Quia Israeliticus amor suis escibus antiqua cibum scripture veteris conspersa gentilitas esurit quem dudum superba despexit. Que tamen et iudee vocibus congruunt si paulo considratius discutiantur. Ipsa quippe ex legis eruditione ne communis dei agnitione salvari et civitas gentes non aliter quam alia bruta despexit. Sed quia societatem gentibus adiungi ipsam recipere preceptis legis eruditam contempserat quid aliud quam insulsum cibum sine sale fastidiebat. Sua quippe summa precepta morte vetuit ne per se insulticia sed cum alienigenis ingereret et vitam sancte religionis inquinaret. Unde et subditur: Aut gustare aliquis potest quod gustatum affert mortem. Sed quia ad fidem redemptoris hec eadem iudea conversa post conversa est licet cum qua convenientes predicare per sanctos apostolos sine prolis infidelibus satagebat. Cuius autem predicationis ordinem hebreorum superbia repulisset verbum mox ad collectionem gentium ad exhortationis sue verba declinavit sicut et per eosdem apostolos dicitur: Vobis oportebat primum loqui verbum dei sed quoniam repulistis illud et indignos vos iudicastis eterne vite ecce convertimur ad gentes. Unde hoc loco apte subiungitur: Que prius tangere nolebat anima mea nunc pre angustia cibi mei sunt. Iudea quippe intra gentilium dedignata eas dudum quas tangere noluit eius societatem recipere sprevit. Sed ad redemptoris gratiam veniens ab infidelibus repulsa dum per sanctos apostolos ad collectionem se gentium dilatat quid hoc in verbo esuriens accepit quod dudum prius fastidiosa despexit. Predicationis enim sue angustias pertulit quum apud hebreos despici quod loquebatur vidit. Sed pre angustia cibos quos dudum contempserat comedit quia repulsa a cordium duricia gentilia suscipere per illos quos desperat concupiscit. Quia ergo hoc figuraliter diximus restat nunc ut moraliter requiramus. Dum scit redemptor adventum substantie appellatione desiderans dum se perloquitur apit nos admirendi studium erudit. Dum sua narrat quedam intra indicat dum de se que recognoscamus infirmat nos ad spem trepidos infirmos quos confirmat. Iam quippe per se mediationis vivimus sed tamen adhuc pro compurgatione vitiorum dura castigationis inter flagella sustinemus. Unde et post statim desiderium subdit: quia sagitte domini in me sunt quarum indignatio ebibit spiritum meum. Sed ecce in superius dictum est et die correptionis percussione affligimur et tamen adhuc illud gravius quod deteriore venturi iudicis eterna animadversione formidamus. Unde et protinus subinfert: Et terrores domini militant contra me. Debet tamen amentia et dolore anima conteri et ad sola eterne pene desideria extendi. Nunc enim nobilitatem sue conditionis ordinis si sit premii diligimus que nunc simul mente ut denum formidamus. Unde paulus dicitur

g

eius

iiii cap a

Iudei propter legem despiciebant ceteras naciones

Exo. 3
Deutero. 3

6 cap iii a

b

c

Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore
sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in
quo clamamus abba pater. Pondus itaque
formidinis mens electi postquam ponat in vir-
tute se amoris exercitat renovationis
sue dignitatem desiderat adoptionis sui
speciem anhelat. Quem quousque larva
aspicere non valet eternitatem eius necesse est eidem
in tantum cibum suum esuriens expectet
dum in aperto subditur. Numquid rugiet ona-
ger cum habuerit herbam aut mugiet bos cum
ante presepe plenum steterit. Qui alii
onagri appellatione signati sunt nisi hii qui
in campo fidei constituti nullius offici-
loris ligantur vel quos bonis significatio
exprimit nisi hos quos intra sanctam ecclesiam
ad predicationis officium suscepit ordinis
iugum premit. Herba vero onagri et pabulum
bovis est interna refectio populi fidelis. Alii
namque more bovis intra ecclesiam suscepti of-
ficii loris tenentur. Alii more onagri sa-
cerdotis stabula nescientes et in campo pro
voluntate degunt. Sed cum quis extra
secularia interne visionis desiderio estuat
cum refectionis interne pabulum concu-
piscit cum ieiunium se inpegrinationis
huius cecitate considerans quibus valet fle-
tibus resistit qui herbam non inveniens
onager rugit. Alius quoque necessario sus-
cepti ordinis tolerat in labore predica-
tionis consudat et penam iam contempla-
tionem refici appetit sed quia redemptoris
sui speciem necdum conspicit quasi bos
ad presepe vacuum ligatus gemit. Anima
cum longe ab interna sapientia posita eius
hereditatis viriditatem non cernimus nec
bruta animalia desiderata herba ieiuna
mus. De qua nimirum herba redemptor
noster dicitur. Per me si quis introi-
erit salvabitur et ingredietur et egre-
dietur et pascua inveniet. Plerumque
esse amantibus gravius solet sanctis bonorum
studiis malorum vita contradicit.

De verbis ac moribus iustorum.

Est enim mens ad celeste desiderium
rapitur sed cepta intentio inter-
rumpentibus stultorum verbis ac moribus
reverberatur ita ut que iam pro contempla-
tionis instinctu ad summa evolaverat ad ex-
pugnandam pravorum stultitiam sese

in infimis contra certamina attingat. Sed
et subditur aut poterit comedi insulsum
quod non est sale conditum. Verba quippe
pe moresque carnalium quasi cibus se
nobis mentibus ingerunt ut in delecta-
tionis ventre rapiantur. Sed electus quisque
insulsa non comedit quia pravorum
dicta factaque iudicans ab ore cordis re-
pellit. Paulus ad eum interim insi-
insulsa prohibens cum discipulis dixit
sermo vester semper in sale sit conditus et per se-
quensque verba reproborum in cordis ore
insulsa sapuerant cum diceret. Vacar-
rament in inanem fabulationes. Sed non
ita ut loco dicit. De verbis carnalium.

Sepe autem verba carnalium dum se
importune nostris auribus ingerunt
in corde bella temptationis gignunt.
Et quamvis hec et ratio respuat et lingua
reprehendat cum labore tamen iniq-
vitatem cum quod foris cum auctoritate di-
iudicatur ~~dum~~ necesse est ut nec ad au-
res veniat quod mens a cogitationis a-
ditu vigilans repellat. Sancti igitur
viri cum eternis desideriis anhelant in
tanta altitudine vite se sublevant ut
ea audire que mundi sunt graves ac de-
primentes pondus credant. Valde namque
insolens atque intollerabile estimant
quid quod illud non sonat quod intus
amant. Sed sepe mens iam per desiderium
ad sublimia rapitur iam funditus a strepi-
ta terrenorum hominum locutione separatur et
cum adhuc pavore vitat ad proferendos
pro vite cruciatus attingit iam superna
appetit iam in infimis stulta contempnit.

De tollerando insipientes.

Sed necdum se ad proferende ad
insipientes tollerantiam dirigit. Sed
et subditur. Aut potest aliquis gus-
tare quod gustatum affert mortem. Dum
quippe est appetere quod cruciat sed quod
vitam fugat. Sed plerumque mens iusti
ad tantum se dum culmine extendit ut
et apud se et intus ratione arte preside-
at et quorundam foris stultitiam tolle-
rando gustat. Quos non ad forcia trahe-
re intimus eorum necesse est ut in fina tolle-
remus quia non iacentem erigit nisi
qui status sui rectitudinem per compassionem

Verba carnalium sunt adulterina

figura de colo

De verbis carnalium

Electi fugiunt temporalia

flectit. Cum vero aliene infirmitati compatitur valencius caritatis roboratur ut amore fratrum ad pericula adversa mentis se prosternat et cruciatus corporis quos timebat expetat. Vir autem namque de desideriis celestibus (vita prius angustatur). Cumque eterne patrie quanta sit dulcedo considerat, per ea prius vite amaritudines ardenter amat. Unde post insulsi cibi fastidium post impossibilem mortis gustum recte subiungitur. De mente iusti.

Que prius tangere nolebat anima mea nunc pre angustia cibi mei sunt. Mens enim iusti proficiens que prius dura sola propria curabat sic aliena fastidiebat que eius alienis compaciens communicare contra adversa non poterat. Cum iam ad tolleranda proximi infirma se extendit ad ea ipsa superanda convalescit ita ut pro amore intacta prius vite cruciatus tanto post fortius appetat quanto prius infirma fugiebat in elevacionem sua erigit attricione crudita compassione roborata. Cumque in amore se proximi dilatat qui commeditacione colligit quanta fortitudine in auctorem surgat. Caritas namque que nos ad vicem compassionis humiliat altius in culmine contemplacionis levat. Et multiplicata iam maioribus desideriis estuat iam pervenire ad intima superna et maceratus corporis anhelat. Que ergo prius tangere nolebat hoc post pre angustia comedit quia desideria sua vix capiens et ipsas quas dudum timuerat iam pro amore celestis patrie penas amat. Cum enim mens in desiderio superni intentione dirigitur quicquid quod hic in hac vita amarum fit dulce estimat. Omne quod affligit requiem putat. Transire et per mortem appetit ut obtinere plenius vitam possit, funditus in infimis contingi desiderat quo verius ad summa conscendat. Sed hec decenglibus iusti animo. Hec debiti Iob mente melior nisi ipse subiungat. Quis det ut veniat peticio mea et quod expecto tribuat michi Deus. Qui fecit ipse me conterat solvat manum suam et succidat me, et hec michi sit consolacio ut affligens me dolore non parcat. Sed fortasse hec per arrogantiam expetit, fortasse meo grave per se contingi desiderat in iusticiam

sentencie iactat. Absit hoc. Nam quia in te id expectat verbis sequentibus declarat dicens: Nec contradicam sermonibus sancti. Nec quam quod in iusticia penitens murmurat qui percussorem suum inter verbera sanctum vocat. Sanctorum vero est quia alii nos adversarius alii autem contemnunt Deus. De contricione domini quod fracti amicis in virtute roborentur.

Ex contricione quippe adversariorum aliquando estimus per contricionem vero Domini fracti ac viciis in virtute roboramur. Hanc contricionem propheta conspicit at dicit: Cum diceret, Reges eos in virga ferrea et tamquam vas figuli confringes eos. In virga nos Dominus regit et conterit quia dispensacionis sue fortitudine cum nos intus affligit. Nam quia ventrem carnis humiliat intencionem spiritus exaltat. Unde et hec eadem contricio figuli vasi compatitur sicut per Paulum dicitur: Habemus thezaurum istum in vasis fictilibus. Qui simul contricionem et regimen exprimens ait: Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem. Sanctus igitur vir qui appropinquare Deo eciam per flagella desiderat per spiritum humilitatis dicat: Qui cepit ipse me conterat. Plerique vero conversacionem in nobis agendo inchoat sed cum mens corpore concordie per se extollitur, se iam quasi de virtutibus erigit. Semencia quasi se adversario ad decipiendum qui cordis intima penetrans omne quod in eo de studio bone inchoacionis invenit confringit tantoque se vehemencius ... conspiracione collidit quanto et gravius quia vel ad modicum fuat pietas dolet. Unde teste eius voce et veritas adulatam domum consciencie spiritus qui solus exiit cum spiritibus viii redit. Ne ergo post dierum correpcionis exordia antiquus hostis subripiat adque ad intimum contricionem trahat, Sanctus vir exorat dicens: Qui cepit ipse me conterat. Ac si aperte dicat: Hoc quod in me exorsus est per fiae ferendo non desinat ne destitutum me adversario ad contricionem tradat. Ubi et apte subdit: Solvat manum suam et succidat me. Sepe namque fiducia longe per presentis instanti in quodam statu elacionis erigimur, cumque nos extolli conditor conspicit, sed amorem suum erga nos per verba non

Marginalia:

s. anhelabat ut adversis

Amor dei et proximi facit pacienter tollerare tribulaciones mundi

: est prius vite cruciatus tanto post fortius

d. e. f. g. h. b. c.

Capitulum xi

corrigit qui ad ferienda nostra vicia manum ligatam tenet. An non afflictus sibi in animo ligaverat cum peccanti populo dicebat iam non irascar tibi et zelus meus recessit a te. Solvat ergo manum qui dicitur coerceat afflictum. Recte autem subiungitur et succidat me etc.

De appeticione sanctorum

Quia enim securos nos ac dementer affluencia elatos repentinus vel flagelli dolor vel infirmitatis temptacio percutit, protinus a statu sui verticis mentis elacio succisa cadit ut deserens ipsa nil audeat sed infirmitatis sue ictu prostrata manum levantis querat. Hinc est quod viri sancti cum de occulta erga se disposicione suspecti sunt plus prosperitatem pertimescunt, temptari appetunt, flagellari concupiscunt quatenus in tanta mentem metus et dolor erudiat ne inhiat peregrinacionis via hoste in insidiis erumpente sua eam detinens securitas sternat. Hinc psalmista ait: Proba me domine et tempta me. Hinc iterum dicit: Ego ad flagella paratus sum. Quia enim sancte mentes sue compunctionis vulnus sine merore dine non esse considerant libenter se sub manum medici a sectiones parant ut aperto vulnere virus peccati exeat quod sana cute intus occidebat. Unde et adhuc subditur: Et hec mihi sit consolacio ut affligens me dolore non parcat. Electi quippe cum perpetrasse se illicita noverint perscrutantes inveniunt quia nulla felicitatis adversa pressi sunt in immense formidinis tabescunt pavore, estuant sinistris agitati suspicionibus, laborant ne meritum gratie deserat quos impieti vita mali superstitibus nulla custodit. Timent ne idcirco suspendatur gravior in fine sentencia fine patria correpcione. Desiderant et dolorem vulneris medicamina salutis putant. Recte ergo nunc dicitur: Hec mihi sit consolacio ut affligens me non parcat. Ac si aperte dicatur: Quia idcirco hic quibusdam parcit ut eos in perpetuum feriat, ideo hic me feriat ut non percussio in perpetuum parcat. Ex afflictione enim consolor quia compunctionis suavem pertitudinem sciens ad spem salutis convalescens redditur. Quia non ... menti sed quia mente credidit subiungendo ut pridem innuimus patefecit dicens: Nec contradicam sermonibus sancti. Plerumque ad nos verba dei non sunt de cordis sonitus sed effectus operacionum. In eo enim nobis loquitur quod erga nos tacitus operatur. Beatus igitur iob sermonibus dei contradiceret si de eius percussionibus murmuraret. Sed quid de percussore suo senciat indicat qui sicut iam diximus quem ferientem tolerat sanctum vocat. Sequitur: Que est enim fortitudo mea ut sustineam aut quis finis meus ut pacienter agam.

De fortitudine iustorum et reproborum

Sciendum quod alia iustorum atque alia fortitudo reproborum. Iustorum quippe fortitudo est carnem vincere propriis voluptatibus contradicere delectacionem vite presentis extinguere huius mundi aspera pro eternis premiis amare prosperitatis blandimenta contempnere adversitatis metum in corde superare. Reproborum vero fortitudo est transitoria sine cessacione diligere contra flagella conditoris insensibiliter perdurare ab amore rerum temporalium nec ex adversitate quiescere ad inanem gloriam eciam cum vite detrimento pervenire malicie augmenta exquirere bonorum vitam non solum verbis ac moribus sed et gladiis impugnare in semetipsis spem ponere iniquitatem cottidie sine ullo desiderii defectu perpetrare. Hinc est quod electis per psalmistam dicitur: Viriliter agite et confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino. Hinc propheta reprobis dicit: Ve qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem. Hinc per salomonem dicitur: Electi quippe sancti quique sine ulla debilitate desiderii internam requiem contemplantur. En lectulum salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israel. Hinc per se reprobos in passione positi vocem redemptoris insinuans ait: Ecce occupaverunt animam meam, irruerunt in me fortes. Et unde utramque fortitudinem videns explosus est dicens: Qui confidunt in domino mutabunt fortitudinem. Quam enim nequaquam sumerent sed mutabunt dixit propheta patenter innotuit aliam esse que ponitur et aliam que inchoatur. An non et reprobi fortes sunt qui ad perpetrandum vite concupiscencias tot laboribus currunt preciis se audenter

Deus per opera sua sua nobis noti fiunt voluntatem

Timor iustorum et reproborum ... diversus et ita eorum fortitudo

ps 26 — Ys 5 — Cant 3 — ps 20

abiciunt pluris contumelias ferunt ab appetitu suo libidine nulla quieti contrarietate resiliunt percussionibus dure sciunt et mala mundi tollerant pro mundo eius sunt ita divina gaudia querentes perdunt nec tamen hec pro deo fatigantur. Unde bene eorum ... vox per Jeremiam dicitur

Inebriavit me absinthio. [Tren. 3 c] Ebrius quippe quod patitur nescit. Absinthio ergo est ebrius qui pro amore presentis seculi assumpto ... est alienus deum quod quod pro mundo sustinet bene deputat laboris amaritudinem quam tollerat ignorat. Nimis delectabiliter ad cuncta ducitur in quibus penalis fatigatur. At contra vir iustus ad mundi pericula pro mundo tolleranda se debilis studet finem suum conspicit vitam presentis quam sit transitoria attendit per carnem eius labores superat renuit eius intrinsecus delectacionem vicit. Beatus igitur iob presentis vite adversitatibus pressus dicit quasi sua dicat quasi omnium voce iustorum

Que est enim fortitudo mea ut sustineam aut quis finis meus ut paciencter agam. Ac si aperte insinuat dicens mala mundi pro mundo tollerare nequeo quia iam mentis desiderio fortis non sum. Dum enim presentis vite finem conspicio temporalibus eius paciorem eius appetitum calco. Et quia in iusti quique ut diximus tanto forcius labores illius perferunt quanto amoris eius delectacione pascuntur recte mox eandem reproborum fortitudinem subdit dicens [10 capitulo] Nec fortitudo lapidum fortitudo mea nec caro mea enea est. Quid hoc loco ere ac lapidibus nisi insensibilium hominum corda signant. Qui sepe et supernos ictus accipiunt et tamen nulla discipline percussione molescunt. Unde quosdam (?) electos per prophetam pollicente domino dicitur [Eze. 36] Tollam a vobis cor lapideum et dabo vobis cor carneum. Paulus quoque ait [Pa ad Cor. 12] Si linguis hominum loquar et angelorum caritatem autem non habeam factus sum velut es sonans aut cimbalum tinniens. Scimus autem quia percussi lapides clarum sonum reddere negligunt es vero tamen percutitur canorus valde sonitus ex eius percussione formatur. Quid quibus in lapidibus vita caret sensum insonitu non habet.

[Quidam percussione lapidis et quidam metallo]

Et sunt non nulli qui lapidibus silent ita ad pietatis precepta domini [levit] tamen cos eos superne admonicionis ... nequaquam sonitum humilis confessionis reddunt. Quidam vero metallo eris in modo despiciunt cum flagella superne percussionibus accipiunt pie confessionis sonitum emittunt sed quia simulatis vocis ex corde non proferunt ad statum salutis reduci nesciunt quod promisit. Illi ergo more lapidum percussi nec voces habent isti autem in modo eris imitacionem fingunt

qui in percussione pia bona que non senciunt loquuntur. Illi veneracione fervent et verba denegant isti pollicentes que non implent sine vita clamant. Vir igitur sanctus reproborum duriciam inter verba fugiens dicat Nec fortitudo lapidum fortitudo mea nec caro mea enea est. Ac si aperte fateretur dicens Reproborum fortitudinem sub disciplina verbere fugio quia nec more lapidum ita obduresco ut sub percussionis stimulo amissterio confessionis obmutescam nec in more eris confessionis vocem resono et sensum vocis ignoro. Sed quia ad percussionem et reprobi debiliter forte sunt eciam ... autem ... valent in summi verbis iob dominum fortem se per fortunam non esse asserit. Forte ...sse per ... salutis in notescit. Ne ergo hanc eandem fortitudinem pro tanta insinuet nisi se vires quas habet arroget potentes ad mortem currat plerosque enim verbis hyra ... quam si decet inficiat quia dominum ad fiduciam mentem erigit hanc elacionis gladio transfigit. Unumque eam quasi roborando vivificat elevando necat. Ad dominum videlicet pertrahit quod prosperitatem ab intrinsecus fortitudinis fiducia enellit. Sed quia beatus iob et virtute pollet et in semetipso fiduciam non habet atque ut ita dixerim vires in summis sed apte subiungit dicens Ecce non est auxilium michi in me patiam adeunt spem percussi animo retractum in se vires esse auxilium denegat. Sed quia in summum se in semetipso in ... ad maiorem adhuc fortitudinis nutritum quo etiam proximus destituatur ad ingenium aquirit. Et necessarii quoque mei recesserunt a me sed ecce despectus exterius intus solo iudicio presidet et iam eum dereliqunt se asserit proximus ad suas ... dicens Qui tollit ab amico suo misericordiam timorem domini derelinquit. Cuius hoc loco amici nomine nisi quemquam proximus designatur. Quem eo nobis fideliter iungit quo precepto mutuo bono opere ad obtinendam post etiam patriam ... ancillatur.

De duobus preceptis

Quia autem duo sunt precepta caritatis dei videlicet amor et proximi per quasdam mores dei amor proximi gignitur et per amorem proximi dei amor nutritur. Nam qui amorem dei negligit profecto diligere proximum nescit. Et tunc plenius in dei dilectione proficimus si in eius sem dilectionis gremio prius proximi caritatem lactamur. Quia enim amor dei amorem proximi generat dicturus per legem dominus Diliges proximum premisit dicens Diliges dominum deum tuum ut in mentibus nostris prius amor suam radicem figeret quatenus per ramos post modum dilectionis fraterna germinaret. Et rursum

uicinum quia amor Dei et proximi
amore conualescit testatur Iohannes
qui increpat dicens: Qui non diligit fra-
trem suum quem uidet, Deum quem non
uidet quomodo potest diligere? Quam tamen diuina di-
lectione per timorem nascitur sed in affectum
crescendo permutatur. Saepe nos omni-
potens Deus ut quantum quisque a carita-
te eius ac proximi longe sit uel quan-
tum proficiat innotescat miro ordine
cuncta dispensans alios flagellis depri-
mit alios successibus fulcit. Et cum
quosdam temporaliter laesit in quorumdam
cordibus quod mali latet ostendit. Nam
plerumque hos miseros insectantur qui
felices sine comparatione coluerunt. Cum
enim quis potius in prosperitate dili-
gitur incertum ualde est utrum prosperi-
tas an persona diligitur. Amissio autem
felicitatis interrogat uim dilectionis. Un-
de quidam sapiens dixit: Non agnos-
citur in bonis amicus et non abscondi-
tur in malis inimicus. Nec prospe-
ritas quippe amicum indicat nec ad-
uersitas inimicum celat. Quia et ille sae-
pe prosperitatis nostrae reuerentia te-
gitur, iste occasione aduersitatis
aperitur. Hinc igitur iustus in flagellis
positus dicit: Qui tollit ab amico suo
misericordiam timorem Domini derelinquit. Quia
nimirum qui ex aduersitate proximum despi-
cit aperte conuincitur quod hunc in pros-
peris non amauit. Et cum omnipotens
Deus ideo quosdam percutiat ut et per-
cussos erudiat et non percussis exemplum
boni operis praebeat quisquis percussum
despicit occasionem a se uirtutis repellit
et tanto se nequius contra auctorem
erigit quanto hunc nec per suam salutem
propria nec misericordiam in alieno uulnere cog-
noscit. Intuendum uero est quod beatus Iob
sic sua loquitur ut totius quoque ecclesiae ip-
sius (?) uita signetur. Quia enim eius-
dem ipsius membrum est. Cumque ipse pa-
titur narrat ea etiam quae sustinet
ille denuntiat dicens: Fratres mei prae-
terierunt me sicut torrens qui rap-
tim transit in conuallibus. Sequitur.

-:- De mente reproborum -:-

Reproborum mens quia sola
propria diligit plerumque in
tanto aliena quaerit auferre quanto propria
continere remanet abstinere (?). Et superba
iustos despicit quos paterna miseri-
corditer seueritas affligit. Saepe non

reprobi eandem fidem qua uiuimus re-
tinent eadem fidei sacramenta percipi-
unt eiusdem religionis unitate contine-
tur sed tamen compassionis uiscera nesciunt
unum caritatis (?) quia in dum flagitiis pro-
ximum non agnoscunt. Recte ergo et fratres
et praetereuntes uocantur quia ex uno
matris nobiscum gremio prodeunt
sed in bono caritatis studio erga Deum et
proximum non figuntur. Qui et apte torrenti
qui raptim transit conuallibus
comparantur. Torrens namque ex monta-
nis ad yma defluit et collectus hyema-
libus pluuiis aestiuis solis arescit.
Qui enim terrena diligentes spem sup-
ernae patriae deserunt quasi a montibus
ualles petunt quos tamen prosperitas
praesentis uitae multiplicat sed aestas uen-
turi iudicii exsiccat quia cum sol
supernae districtionis incanduerit reprobo-
rum laetitia in ariditatem uertit. ~~Qui at-~~
~~dicit~~ raptim transit in conuallibus.
Torrenti quippe ad conualles rap-
tim transire est prauorum mentes ad
yma desideria sine ullo obstaculo
ac difficultate descendere. Omnis namque
ascensus in labore est descensus
in uoluptate quia per arduum gressus
ad superiora tenditur, per remissionem
uero ad inferiora declinantur. Ad montem
enim ubi terra saxum subuehere magni
laboris est id autem assumimus ad yma
dimittere labor non est. Sine mora
uidelicet corruit quod magnis conatibus ad
summa peruenit. Longo studio seges sen-
titur sole atque ymbre diutino nutritur
sed tamen una subita scintilla consumitur.
Paulisper aedificia alta proficiunt sed
repentinis casibus terram petunt. Ro-
busta arbor in aera per tarda incremen-
ta se erigit sed quod diu ad alta pro-
ficit semel et semel cadit. Quia ergo
ascensus in labore est descensus in
uoluptate recte in eo dicitur: Fratres mei
praeterierunt me sicut torrens qui rap-
tim transit in conuallibus. Quod
tamen sentiri et aliter potest. Si enim conual-
les ima poenarum loca intelligimus iniu-
sti quique sicut torrens raptim ad con-
ualles transeunt quia in hac uita quod
totis desideriis appetunt diu stare ne-
quaquam possunt. Nam quot aetatis dies acci-
piunt qui tot cottidie gressibus ad finem
tendunt. Augeri sibi optant tempora
sed quia concessa subsistere nequeunt

Per usi (?) dicunt fratres et praetereuntes

per fidem

Ambrosi et ad temporalia conatu ... cadunt

Exempla naturalia probacia

12 cap m

Per usi desiderat semper tempore augeri

quot augmenta vivendi percipiunt spacio totidem perdunt. Momenta ergo perditorum que fecerint fugiunt que accipiunt amittunt. Raptim itaque ad qualitates transeunt qui in longum quidem voluptatum desideria porrigunt. Sed ad inferni claustra repente reducuntur. Extrema enim hoc tempore eciam longevitate extensum est sine fine clauditur. Longum non est et sine infinitum colligunt breve fuisse quod amittendo terminavit. Unde bene per Salomonem dicitur: Si multis annis vixerit homo et in hiis omnibus letus fuerit meminisse debet tenebrosi temporis et dierum multorum qui cum venerint vanitatis arguuntur preterita. Stulta etenim mens cum malum repente invenit quod nequaquam cogitat eternitatem eius tollerando intelligit quia quod preterire potuit nam fuit. Tacendum non est quod plerumque agere recta desiderant. Sed sunt nonnulla que infirmius eorum mentibus cepta vita contradicant. Cumque adversa in infimis perpeti metuunt in supremi iudicii [illegible] offendunt. Unde et recte subditur: Qui timent pruinam irruent super eos nix. Pruina quippe inferius gelascit nix [illegible] despectionibus [illegible] et sepe nonnulli dum temporalia adversa pertimescunt districtioni se eterne animadversionis obiciunt. De quibus bene per prophetam dicitur: Illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Sed

b · c · d — *Ecc. xi* — *n assurgunt*

De defensione veritatis

Iste namque veritatem iam libere defendere appetit sed tamen in ipso suo appetitu trepidus indignationem potestatis humane pertimescit cumque interna honorem contra veritatem pavet eiusdem veritatis iram celitus sustinet. Ille peccatorum suorum conscius ea que possidet indigentibus iam largiri desiderat sed tamen ne datis rebus egeat ipse formidat. Cumque carnis subsidia reservando trepidus servat ab alimento vite animam necat. Et cum pati metuit inopiam metuit etiam sibi habundanciam superne refectionis abscidit. Unde ergo dicitur: Qui timent pruinam irruet super eos nix quia qui conculcanda in infimis metuunt a summis metuenda patiuntur. Et cum transire nolunt quos calcare poterant iudicium despicientes occupant quod tollerare nequaquam possunt. Sed hec agitur mundi gloriam temporaliter obtinet. Quod ante tempore vocationis sue facti sunt cum cuncta pariter simul deserunt que hic cum gravi timore servarunt. Unde apte subditur: Tempore quo fuerint dissipati peribunt. Quos enim presentis vite sollicitudo coarctabat amisso dissipat. Et tunc etiam ocius pereunt qui interius dudum eterna negligendo perierunt. De quibus recte additur: Et ut incaluerint solventur de loco suo. Iniquus quisque et cum tamen incaluerit de loco suo solvitur quia iudicio intime districtionis appropinquans cum iam per congruentem pene fervore tepide aberat cui dudum inheserat carnis sue delectationem separatur. Hinc est enim quod per prophetam contra reprobos dicitur: Et tamen modo sola vexacio intellectum dabit auditui quia ut eterna non intelligunt nisi tamen per tribulationes iam sine emendatione premunt. Nunc mens estuat et insinctiose pravis se ignibus inflammat dum ad supplicium timet presentem vitam ex desiderio retinet. Sed de loco suo solvitur quia oblectamenta carnis deserens eius divina per supplicium linquitur. Sed tamen iniqui omnes [illegible] sue tempore paciantur audiamus adhuc aliqua quibus libertatis sue spacio implicantur audiamus. Sequitur: Involute sunt semite gressuum eorum. Omne quod involvitur in se ipso replicatur.

Timor tuus facit occultare vi[illegible] — f — *Ysa* — b · c · d

De superbia et ceteris vitiis

Et sunt sunt nonnulli qui seductoribus vitiis obviare qui tota intencione deliberant sed [illegible] tempore temptationis articulo in deliberationis proposito non perdurant. Alius namque pravo usu superbie inflatus cum magnum esse primam humilitatis considerat ad virtutem se erigit et qui timorem tangendi fastus deposuit. Exhibite sequenti sed contumeliis humilem permittit sed cum reprehendit hunc virtus in iniuria ubi pulsaverit ad consuetam protinus elationem reddit. Sicque ad maiorem ducitur ut nequaquam qua humilitatis bonum prius [illegible] recordetur. Alius avaricia estuans augendis facultatibus anhelans

cum preterire omnia velociter conspicit vaga(n)tem per concupiscentias mentem figit. Decrevit iam nichil appetere adepta tamen in modo sub magni moderaminis studio possidere. Sed cum repente sumit occasiones oblata que placeant in ambitione primus mens exestuat in semetipsam non capit ad dispiciendi hic occasionem quas tunc et oblata commenta quam secum pe- pigerat cogitacionum se stimulis per desi- deria acquisitionis inquietat. Alius luxurie labe pollutus et longa iam consuetudine captivus tenetur quanta autem sit castitatis iudicia conspicit et de semet- libidini et carnem vincit tempore deprehen- dit. Restringere ergo voluptatem fluxa deliberant et resultare consuetudini igi- tur totis sensibus parat. Sed vel obiecta oculis species vel ad memoriam reducta tamen subita temptatione contingit prius assistima preparacione dissipatur. Et qui contra hanc clipeum deliberacio- nis erexerat delectationis iaculo con- fossus iacet. Sicque enim luxuria ener- vem superat ac si nulla contra eam intencionis arma preparasset. Alius ire flammis accenditur et usque ad inferendas proximis contumelias effrenatur. Cum vero nulla furoris occasio animum pulsat quanta sit man- suetudinis virtus quanta pacie(n)tie altitu- do considerat seque etiam contra contu- melias patienter parat. Sed suborta quantulacumque commocionis occasio nascitur repente ad voces et contumelias me- dullitus inflammatur ita ut non solum ad memoriam pacientia premissa non re- deat sed et semetipsam mens et ea que lo- quitur cognicia non cognoscat. Cumque furori plene satis fecerit quasi post ex- ercicium ad tranquillitatem redit et tunc se consilium(?) cauti(?) recolligit cum lingua non pacia sed procacitatis sine satisfactione sunt posita. Irigitur sero post convicia illata se colligit, quia et cursu sepe spu- mantes equos non presidentes(?) deprecantur(?) sed campi cursu colliguntur. Unde ergo de reprobis dicitur Imbolite sunt semite gressuum eorum quia recta quidem de- liberando appetunt sed ex consuetudine mala se quasi ex se tracti semetipsos pertrahunt(?) redeunt qui bona quidem cupiunt sed

animalis nequiciam recedunt tunc sequitur.

Esse quippe humiles sed tamen sine des- pectu esse contenti propriis sed sine necessitate esse casti sed sine maceratione corporis esse patientes sed sine contumeliis voluerunt. Cumque adipisci virtutes querunt sed labores virtutum fugiunt quid aliud quam et belli certamina in campo nesciunt et triumphare in urbibus de bello concupiscunt. Quamvis hoc quod eorum semite involute memorantur adhuc intelligi et aliter possit. Sepe namque nonnulli contra quedam se vicia vehementer attingunt sed quedam subigere negligunt. Cumque se contra ista non erigunt et illa contra se reparant que subegerunt. De divitiis

Alius namque iam carnis luxuriam perdomuit sed tamen adhuc mentem ab avaricia non refrenavit. Cumque se in mundo provectum avaricia retinet luxuriantibus actibus non recedit erumpente occasionis articulo etiam in luxuria labitur quam iam subegisse videbatur. Alius avaricie estum vicit sed nequaquam tamen luxurie subditur. Cumque explende luxurie precium preparat iugo quoque avaricie quam dudum edomuit cordis cervicem subdit. Alius rebellantem iam impacientiam stravit sed inanem gloriam nec dum vicit. Et cum se per hanc mundi honoribus inserit confixus causis stimulis ad impacientiam captus redit. Cumque inanis gloria ad defensionem sui animum erigit et illam victus tolerat quam superavit. Alius inanem gloriam subdidit sed tamen impacientiam nec dum stravit. Et cum multa resistentibus per impacientiam minatur erubescens non implere que loquitur sub inanis glorie iugo revocatur. Et hoc victus palam tolerat. Quod plene se vicisse gaudebat. Sic ergo per evicta fugitivum sinum inicia retinent et quasi iam amissum subditum iure recipiunt atque ad indicitam(?) se inissimi(?) trahunt. Perversis itaque involute sunt gressuum semite quia et si devicta una nequicia pedem retrahunt regnante tamen altera hunc iacent et que debuerunt implicant. Unde vero involuti gressum semitis et non nulla culpa devincitur et alia pariam(?) perpetratur. Nam sepe sunto ne-

Virtus sine labore consideratur non potest

Vicium retentum trahit ad vicium iam dimissum

negacionis fallacia tegitur et sepe cul
pa fallacie primi reatu cumulatur
Sepe quodlibet vicium impudenti presump
cione committitur et sepe quod omni culpa
sit gravius ex commisso vicio superbitur Nam
quamvis de virtute nasci elacio soleat
non nunquam tamen stulta mens deprehen
tivata se nequicia exaltat Sed cum
culpa culpe adiungitur quid aliud quam
in volutus semite atque innodatur vincu
lis peccatorum gressus ligantur Sub bu
tone perversam mentem sub iudee specie
per Ysaiam dicitur Erit cubile draconum
et pascua strucionum et occurret demonia
onocentauris et pilosus clamabit alter ad
alterum Quid namque per dracones nisi ma
licia Quid vero nomine strucionum nisi
ypocrisis designatur Strucio quippe
speciem volandi habet sed usum volandi non
habet Quia et ypocrisis cunctis se intuentibus
ymaginem de se sanctitatis insinuat sed
tenere vitam sanctitatis ignorat In perversa
igitur mente draco cubat et strucio pas
citur quia et latens malicia callide te
gitur et intuentium oculis simulacio bo
nitatis antefertur De nomine onocentauri

Quid vero onocentaurorum nomine
nisi et lubrici signantur et elati
Greco quippe eloquio onos asinus
dicitur et appellacione asinorum luxuria
designatur propheta attestante qui ait
ut carnes asinorum carnes eorum Centau
ri autem vocabulo elacio superbie demon
stratur sicut voce dominica de iudeis super
bientibus per psalmistam dicitur Thauri pingues
obsiderunt me onocentauri ergo sunt
qui subiecti luxurie viciis inde cervice
erigunt unde humiliari debuerunt qui
carnis sue voluptatibus servientes ex
pulsa longe verecundia non solum se
amittere rectitudinem non dolent sed ad
huc et de opere confusionis gaudent
Onocentauri autem demonia occurrent
Quia maligni spiritus valde eis adno
cum desiniunt quos de his gaudere
conspiciunt que flere debuerunt Sed
et apte subiungitur et pilosus clama
bit alter ad alterum Quid namque alii pi
losi appellacione signantur nisi hii quos
greci panos latini vero incubos vocant
Quorum nimirum forma ab humana effigie
incipitur sed bestiali extremitate ter
minatur Pilosi ergo nomine cuiuslibet peccati
asperitas designatur quia et si quis quid ab ho
nestatis racionis incipit semper tamen ad irra
cionabiles motus tendit Et quasi in bestiam ho
mo desinit dum culpa per racionis yma
ginem inchoans usque ad irracionabilem
effectum trahit De perversa mente

Nam sepe edendi delectacio sub ne
cessitate et per inde se simulat indige
natione Cumque ventrem in ingluvies
extendit membra in luxuriam erigit
Pilosus autem alter ad alterum clamat cum
perfecta nequicia perpetrandam aliam
provocat et quasi quadam cognicionis
voce commissa iam culpa culpam ad
huc que committatur invitat Sepe namque
ut diximus gula dicit si habundanti ali
mento corpus non reficis in nullo
utili labore subsistes Cumque mentem
per desideria carnis accendit mox quasi
luxuria verba propre suggestionis facit di
cens Si misceri deus homines corpora
nostra membra ipsa coeundi apta usibus
non fecisset Cumque hoc quasi ex racio
ne suggerit mentem ad libidinum effre
nacionem trahit Que sepe deprehen
sa protinus morbo fallacie et negacionis in
quinat ream se esse non estimat si
menciendo vitam defendat Pilosi ergo
alter ad alterum clamat cum sub aliqua ra
cionandi specie perversam mentem culpa
subsequens excusacione culpe prece
dentis illaqueat Cumque hanc peccatorum dur
ra atque aspera deprimit quasi commocati
inter concorditer pilosi clamant Sicque
fit ut semper se gressum semite detinens
involvant dum mentem reproba culpa
per culpam ligat Sed inter hec sciendum
est quod alii prius oculis intellectus obtu
ditur et postmodum captivus animo per ex
teriora desideria vagatur ut ceca mens
quo ducitur nesciat et carnis sue illece
bris se se libenter subdat Alii vero prius
desideria carnis ebulliunt et post longum
usum illicati operis oculum cordis clau
dunt Nam sepe mens recta cernit nec
tamen audenter contra perversa se erigit et
reniteris vincitur dum hoc ipsum quod a
git dum dicatur carnis sue delecta
cione superatur Quia enim plerumque oculus
contemplacionis prius amittitur et post car
nis desideria homo mundi laboribus
animus subiugatur testatur Sampson
ab allophylis captus qui post quam o

Margin notes (left):
Vbia (?) pt nasci de vito vitute
Ys 32
ypocrita est strucio draco
cap[itulu]m 14 a
Eze 23
ps 21 b
Iniculi dicit deos ipsius nos carnalibus desideriis eludentes Iniculi dicit de se confessantes Dominicum vero dicit ut se confessi

Margin notes (right):
Job 28
Ju[dicum] 16

oculos perdidit, ad molam deputatus est. Quia nimirum maligni spiritus per quaedam temptationum stimulos intus aciem contemplationis effodiunt, foris in circuitum laborum mittunt. Et nimirum quia saepe et ipsa operatio exterius perditur, et tamen adhuc operationis lumine in corde retinetur, propheta Ieremias insinuat. Qui dum Sedechiae captivitatem narrat, ordinem captivitatis intus denuntiat dicens: Et occidit rex Babylonis filios Sedechiae in oculis eius in Reblatha, et omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis; oculos quoque Sedechiae eruit. Rex quippe Babylonis est antiquus hostis, possessor intimae confusionis, qui prius filios ante intuentis oculos trucidat, quia saepe sic bona operatio interficit, ut haec se amittere ille qui captus est dolens cernat. Nam gemit plerumque animus, et tamen carnis suae delectatione devictus bona quae gemit amans perdit; ea quae patitur damna considerat, nec tamen virtutis brachium contra regem Babylonis levat. Sed dum videns nequitiae ~~prava~~ perpetratione pertrahitur, ad hoc quandoque lumine privatur. ~~Rex~~ Babylonis rex extinctis prius filiis Sedechiae oculos eruit, quia malignus spiritus subductis prius bonis operibus postmodum et intelligentiae lumen tollit. Et recte Sedechias in Reblatha patitur. Reblatha quippe multa haec interpretatur. Et quia quasi ex iniquitatis suae multitudine gravatur. Quando autem culpa prodeat vel quibuslibet occasionibus crescat, reproborum tamen semper in volutabro sunt, ut prius concupiscentiis dediti aut bona nulla appetant aut appetentes infimo desiderio adhaereant, nequaquam mentis liberos gressus tendant. Recta enim aut non incipiunt aut in ipso fracti itinere adhaerent. Unde propinque ~~dum~~ fit plerumque ut ad amorem summi cassati redeant, se se admonitione animi in caris voluptatibus sternat, sola quae transeunt cogitent, nulla quae secum permaneat. Unde ~~videlicet apte~~ subditur: Ambulabunt in vacuum et peribunt. In vacuum quippe ambulant qui nil secum de fructu sui laboris portant. Alius namque ad distendendos honoribus consudat, alius multiplicandis facultatibus aestuat, alius promerendis laudibus anhelat. Sed quia cuncta haec quisque moriens deserit, labores in vacuum perdidit qui secum ante iudicem nichil tulit. Unde bene per legem dominus dicit: Non apparebis in conspectu meo vacuus. Qui enim promerendae vitae mercedem bene agendo non providet, in conspectu domini vacuus apparet. Hinc de iustis per psalmistam dicitur: Venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos. Ad examen quippe iudicii portantes manipulos veniunt qui in semetipsis recta opera quibus vitam mereantur ostendunt. Hinc de uno quoque electo per psalmistam dicitur: Qui non accepit in vano animam suam. In vano namque animam suam accipit qui sola praesentia cogitans quae se sequantur in perpetuum non attendit. In vano animam suam accipit qui eius vitam negligens ei curam carnis anteponit. Sed animam suam in vano iusti non accipiunt, quia intentione continua ad eius utilitatem referunt quicquid corporaliter operantur, quatenus in usu temporalis operis causa non transeat, quae vitae post transitum perpetuam parat. Sed haec cuncta reprobi negligunt, quia per fas ambulantes in vacuum vitam sequentes fugiunt, in venientes perimunt. Quod melius nos aperimus, si eorum imitatione compescimus, si cordis damna consilio pensamus. ~~Unde bene~~ cum exhortatione subiungit: Considerate Thema, itinera Saba, et expectate paulisper. Thema quippe auster, Saba rethe interpretata. Quid hic per austrum nisi afflata temporibus membra dissolvit nisi fluxa vivendi remissio? Quid per rethe nisi actionis obligo designatur? Qui enim dissoluta mente ea quae terrena sunt appetunt, ne gressu libero ad deum prodeant, ipsis se suis inordinatis cogitationibus ligant. Cunctique fluxis confusa cogitationibus suae actibus implicantur, quasi retiaculis innexis pedes ponunt. Ut enim paulo superius quosdam iam ad devictas iam culpas recti proposita quaedam et non devicta vitia devolvunt, non nulli adeo quae reliquerant reddeunt per quaedam quae vel honestatis nomine vel laudis honore palliantur.

De hys qui aliena non appetunt

Nullum sunt plerumque iam aliena non appetunt, atque ab huius mundi negotiis inchoato quietis amore dividunt. Et divini sacris eloquiis student vacare, summis contemplationibus concupiscunt nec-

Ier. 52

Exo. 23.

Alia qui accipit in vano vel non

Serenitas

Per palliata sub specie boni

qui in cap. 2

no

tamen praesentia alliberate curaque rei fami
liaris deserunt. Alii saepe dum licita
perimunt et illicitis huius mundi negotiis im
plicantur. Cumque terrenas res studi
ose tenere desiderant, cordis regimen
deserunt quod quaerebant. Et cum substantia
fugiens continua provisione protegitur,
conceptus in animo divinae scientiae sermo
dissipatur, quia in nota vitat simul
abortum semen spinae opprimunt, cum verbum
Dei a memoria imprimere terrenarum rerum
sollicitudines expellunt. Dissoluti itaque
gressibus inertiae ambulant, qui dum
mundi prospere non desinunt, semetipsos
gradiendo obligant ne gradiantur.

De illis qui sua dant.

Et sunt plerique qui non solum
aliena non appetunt, verum etiam
cuncta quae possederant in mundo re
linquunt, semetipsos despiciunt, nulla
praesentis vitae gloriam requirunt, ab huius
mundi se actionibus separant, et paene quic
quid praesentia afficit calcant. Sed
tamen adhuc vinculo carnalis cogita
tionis obligati, dum amori propinqui
tatis indiscrete defluunt, ad ea saepe
per affectum cognationis redeunt quae iam
et cum proposito despectu subegerunt. Cumque
plus quam necesse est carnis propinquos di
ligunt, retracti a cordis pariete di
vidunt.

De studio distribuendis

Nullum saepe quosdam videmus quae
tamen aeternum studium expectat
iam praesentis vitae desideria non habere, mun
dum et ope et possessione reliquisse, sed
tamen per inordinatos affectibus propinquorum
praedia invadere, terrenarum rerum iur
giis vacare, libertatem intimae quietis
relinquere et mundi in se studia iam diu
dum non destructa reparare. Quo itaque
isti nisi in inertiae ambulant, quos apud
saeculo inchoata iam vitae profectu sol
verunt, sed inordinatus timor terrenae cogna
tionis ligat. Qui enim districto studio et
non solum gressibus aeternae sponsionis
primum fecerunt, sic semetipsos ut proximo
timore despiciunt, sic cuncta quibus
se sentiunt impediri postponunt et corpore
donec necesse est ut quibus habent conect
ministrat pro deo praestata obsequia etiam
propinquis negant. Hinc est enim quod
quondam cum diceret: Permitte me primus
ire et sepelire patrem meum, Veritatis ore
protinus audivit: Sine ut mortui sepe
liant mortuos suos; tu autem vade
et annuntia regnum Dei, et sequitur.

De dilectione et odio.

Quid a nire notandum est quia
electus discipulus dum a patris se
pultura compescitur, hoc devotio quae
hic exhibere pro mortuo exassentit carna
lis nisi pro domino non licet quod pro deum et
ceteris debet. Hinc rursum Veritas dicit: Si
quis venit ad me et non odit patrem suum
et uxorem et filios et fratres et sorores, ad
huc autem et animam suam, non potest meus
esse discipulus. Quo in loco videlicet dum propin
quos odio carnis quoque me odium sub
infert, patenter ostenditur quia sic pro
pinquos sicut nosmetipsos odio persequi
primus, ut hos ad aeterna rapientes carnaliter
carnalem gloriam cum impedit propriae pene
tes discamus impietatem eos discretionis
arte et convenienter diligere et salubriter
odio habere, quatenus sic sciat per amorem odi
um surgere ut valeamus eos vere per
odium amare. ~~Hinc rursum per Moysen~~
dicitur: Qui dixit patri suo et matri suae, nescio
vos, et fratribus suis, ignoro illos, et nes
cierunt filios suos, hi custodierunt
eloquium tuum et pactum tuum servaverunt. Ille
enim scire deum familiarius appetit qui pro
amore pietatis nescire desiderat quos car
naliter scivit. Utramque enim dampno scie
ntia divina minuitur si cum carnis notitia
partitur. Extra cognatos ergo quisque ac pro
ximos debet fieri si vult parenti omnium
iunctius iungi, quatenus eosdem quos pro deo
utiliter negligit tanto solidius diligat quanto
in eis affectum solubilem copulae carnalis
ignorat. Debemus quidem et temporalibus
subsidiis quibus credimus indigent plus ceteris
providere, quia et flamma amoris rebus vicina
dum porrigit, sed hoc ipsum prius mens nas
citur incendit. Debemus copulam terrenae
cognationis agnoscere, sed tamen hanc cum
cursum mentis impedit ignorare, quatenus
fidelis animus in divino studio accensus nec
ea quae sub se sunt inferius cuncta despi
ciat, et haec apud semetipsum recte ordinans
summi amore transcendat. Solerti ergo
cura providendum est ne carnis gratia sub
repat quae actiones cordis gressum
deflectat, ne vim summi amoris impediat.

et surgentem mentem super imposito pon
dere dextrorsum premat. Sicque et ei quos
ex propinquis deserit necessitatibus compati, ut tamen
pro compassionem non sinat vim sue
intentionis impediri, ut affectus qui
dem mentis viscera repleat, sed tamen
spirituali proposito non deviat. Neque enim
sancti viri ad impendenda necessaria propin
quos carnis non diligunt, sed amo
re spiritualium ipsam in se dilectionem
vincunt, quatenus sic eam discretionis
moderamine temperent, ut per eam in
parvo saltem ac minimo a recto itinere
non declinent. Quos bene nobis per
significationem vacce insinuant, que sub
archa domini ad montana tendentes
affectu simul et rigido spiritu gradiuntur,
sicut scriptum est: Tollentes igitur
duas vaccas que lactabant vitu
los iunxerunt ad plaustrum, vitulosque
earum clauserunt domi, et posue
runt archam dei super plaustrum, et
~~paulo post~~ Ibant in directum vacce
per viam que ducit Bethsames, itinere
uno gradiebantur pergentes et mugien
tes, et non declinantes neque ad dextram
neque ad sinistram. Ecce enim reclusis
domi vitulis vacce que sub archa
domini plaustro religantur gemunt et per
gunt, dant ab intimis mugitus et tamen
ab itinere non dimittunt gressus. Amorem quidem per passionem senci
unt, sed colla postius non deflectunt.
Sic sic necesse est ut incedere debeant
qui sacre legis iugo suppositi iam per
internam scientiam domini archam portant,
quatenus pro hoc propinquorum necessitatibus
condolentes accepte rectitudinis itinere non
declinent. Bethsames quippe domus
solis dicitur. Archam ergo suppositam
Bethsames pergere est cum superna scientia
ad interne lucis habitaculum propinquare.
Sed tunc vere Bethsames tendimus
cum rectitudinis gradientes ad
iunctiva erroris latera nec passu pig
norum declinamus. Amorem nimirum gra
mentem intrans tenere debet, sed reflectere non
debet. Nec hec eadem mens aut si af
fectu non tangitur dura sit, aut plus
tacta si inflectitur remissa. Intueri li
bet cum Job in quo domini amorem in
gem colla cordis atterat. Subito

discretionis moderamine divine scientie archa
portat. Amissis namque vitulis mugiit, qui
audita morte filiorum scissa tunica tonso capi
te corruit. Sed recto tamen itinere mugiens
graditur, quia ob eius ingemitum ad dei
laudes aperit, cum protinus dicit: Dominus
dedit, dominus abstulit; sicut domino placuit ita
factum est; sit nomen domini benedictum. Sed
indiscrete mentes hanc vivendi regu
lam nesciunt, et quo magis dei disponente re
plicantur. Recte igitur sanctus vir per the
ma semitas Saba itinera memorat,
quia quos austri repositi temporis solu
tos nimius recte implicationis tenet. Bene
aut parvorum facta describens considera
ri hec admonet, quia prava agendo di
ligimus, sed hoc visa in aliis diiudicamus,
et que in nobis minus iudicanda credimus,
quam sint turpia in aliorum actione
congnoscimus. Sicque fit ut ad semetipsam
mens redeat, et agere quod reprehendit
erubescat. Quasi enim aspectu foeda
facies displicet, cum mens aliena similiter
in se ipsa quod admiserit videt. ~~Tu ergo~~ Con
siderate semitas Theman, itinera Saba,
et expectate paulisper. Ac si aperte dicat:
Dampna alienum temporis attendite, et
tunc spem destituti in fine sumite, si recto
cordis oculo quod in aliis displiceat vi
detis. Bene autem dicit: expectate paulisper.
Sepe enim dum praesentis vite brevitas qui
dem prosperitatem diligitur, ab eterna spe a
nimus frangitur, et delectatus praesentibus desperatio
nis sue caligine reverberatur. Cumque
longum putat quod ad vivendum est spacium,
restat repente vita deficiens, eterna ve
nit que vitari iam nequeat. Hinc est
enim quod per quendam sapientem dicitur: Ve his
qui perdiderunt sustinentiam. Sustinen
tiam videlicet perdunt, qui dum diu se in
moraturos visibilibus estimant, spem invi
sibilium derelinquunt. Cumque mens in
presentibus figitur, vita terminatur. Et repente
ad supplicia improvisa veniunt, que decep
ti suis persuasionibus aut nunquam se con
tingere aut tarde crediderunt. Hinc veri
tas dicit: Vigilate itaque, quia nescitis
diem neque horam. Hinc rursum scriptum
est: Dies domini sicut fur in nocte ita veniet.
Quia enim ad rapiendam animam appropin
quans minime conspicitur, fur in noc
te comparatur. Tanto ergo aspici semper ven

Job 1°
appetunt eo ad mundi itinera sectare
Judicium alienum peccata facit propria peccata displicere
19 cap.
Eccl. 2 b
Mt 27
1a ad Thess 7

eius metu quanto a nobis non valet re
tinea prestim. Sancti viri qui breuita
tem vite indesinenter aspiciunt qui coti
morientes viuunt tanto se solidius
mansuris preparant quanto et nulla esse transi
toria semper ex fine pensant. Hinc quippe
psalmista veloci cursu fugere vitam peccatoris
aspiciens ait: Pusillum adhuc et non
erit peccator. Hinc iterum dicit: Homo
sicut fenum dies eius. Hinc ysaias ait: Omnis
caro fenum et gloria eius sicut flos feni.
Hinc mentes presumencium iacobus cor
ripit dicens: Que est vita vestra vapor
est ad modicum parens. Recte ergo dicitur:
Expectate paulisper quia et eum in men
sura quod sine termino sequitur et paruum
est quod fine terminatur. Longum quippe nobis
videri non debet quod cursu sui temporis
tenditur ut non sit quod dum per momenta
ta singula que differunt impellunt atque vn
tenei tenetur inde agitur ne teneatur.
Sed aut beatus iob per quam breuitatem
presentis vite despiciens intulit contra ini
quos protinus in voce omnium electorum
surgit adiungens: Confusi sunt quia speraui
ac si aperte dicat. De reprobis igitur et malis bonis.

Cum bonis mala reprobi ingerunt
si hos aspere intima labefactare co
nantur effectu decepcionis hylarescunt.
Fructum namque maximum erroris sui propa
gacionem deputant quia hic se ad perdicionem
socios conflant. Cum vero bonorum spes
intimis figitur et nequaquam malis co
nitoribus ad ima reclinatur prauorum
mentem confusio occupat quia dum per
uenire ad afflictorum intima neque
unt incassum se conterere crudeles eru
bescunt. Sanctus igitur vir dicat ex voce
sua dicat omnium sub se electe afflicte ge
mentis quia constantia que inter aduersa re
proborum superne retribucionis gaudium sine
ullo mentis defectu desiderat atque ad
iniquitatem monendo perdomat. Confusi sunt
quia speraui ac si aperte dicat: Dum ma
(virum)
nus persecucionibus reprobi mei rigorem
non emolliunt erubescentes procul
dubio laborem sue crudelitatis perdunt
Sed et mox venture retribucionis bona
que iam presencia conspicit et qui reatus
in iudicio reprobos maneat attendit
subdens: Venit quoque usque ad me et
pudore cooperti sunt usque ad sancta

quippe extremi iudicii iudicium reprobi ve
niunt quia usque ad eius tunc conspici
endam gloriam perducuntur ut ad maio
rem reatus sui supplicia repulsi vide
ant quod perdiderunt. Tunc vero iniquos
pudor cooperit cum eos in conspectu
iudicis testis consciencia addicit. Tunc in
dex extimus terrebit si accusator intimus
tollerabitur. Tunc omnis ante oculos culpa
reducitur et mens super gehenne incen
dia suo gravius igne cruciatur de quibus
recte per prophetam dicitur: Domine exal
tetur manus tua ut non videant vi
deant et confundantur. Intellectum quip
pe reprobi bonorum in vita obscurant
sed tunc cognito reatus illuminat ut et
modo sequenda non videant et tunc
ea perdita que amiserunt cernunt. Nunc quip
pe etiam intelligere negligunt vel ap
petere intellecta contempnunt sed tunc ea
intelligentes procul dubio desideran
tes quod conspiciunt tunc desiderata asse
qui nequaquam possunt. Vnde et beatus iob
vana amicorum eius spiritalis congruunt qui
dum obiurgacionibus vi animi labefactare co
nabantur ait enim: Confusi sunt quia
speraui ac si aperte dicat: Dum me stul
tis increpacionibus ad desperacionem
flectere nequeunt ipsi temeritatis sue
insania confunduntur. Venit quoque
usque ad me et cooperti sunt pudore. Ac
si dicat: videntes corporis vulnera sed men
tis constanciam nescientes dum me
de iniusticia increpare ausi sunt usque
ad me veniunt. Sed dum me in
vectione pulsantes. Dum stare animum
inter aduersa deprehendunt qui ad me ve
nientes erubescunt. Ego enim ad me ve
niunt quo me in intimis agnoscunt. Ibi
eos cooperit ubi me stantem fortiter
exterior iactura non tangit. Sunt vero
non nulli qui tunc deum nesciunt
nisi cum eis vel ipse cepta vel malis cognita
aduersitate tenet. Quos per sua prospera pauida
ciam elevant contraria per infirmitatem
turbant. Ex quorum. s. numero amicos
suos esse beatus iob redarguit cum pro
tinus subdit dicens: Nunc venistis et
videntes plagam meam timetis. Ac si
aperte dicat: Ego tunc deum timui cum
fultus prosperis flagellorum detrimenta
non sensi. Vos autem quia ex amore dei

Marginalia (left margin): Finis temporalium omnium transitorium nichil esse · ysaias 40 · Jacobi 4 · Ducit ipsa hac monita · De malis hominibus socios in malum · .i. in die iudicii veniunt mali usque ad iustos

Marginalia (between/right of columns): d · e · f · g · Zo(ta) a · b · c · Vicia... fit... iudice · ysaias 26 · pudor · Iniusticias... ... dei

Marginalia (foot): Anthapla(sis) ... vt loquitur iob ad amicos suos ... timere

non metuit ex sola enim ubertate percus
sione formidat. Sequitur Numquid dixi
afferte michi et de substantia vestra dona
te michi vel liberate me de manu hos
tis et de manu robustorum eruite me.
Sed ad personam sancte ecclesie hec verba re
ferimus quia amicos beati iob hereticorum
tenere speciem diximus recte se asserit eorum
verba non indigere. Hereticorum quippe
substantia carnalis sapientia non
inconvenienter accipitur quia dum per
se fulciuntur quasi in rebus se divites
ostendunt quam eo sancta ecclesia non querit
quo hanc spiritali intellectu transcendit.
Sepe vero heretici dum prava de fide asse
runt non nulla contra antiquum hostem
subtiliter de variis temptationibus loquuntur.
Nam non nunquam eo ipse qui sana mem
bra operacionis ostendunt quo in side
veritatis serpentis morsu in capite tene
tur. Sed sancta ecclesia audire ab hiis subtili
a de temptationibus non vult quia dum
vera quedam de gustacione asserunt ad
falsa perfidie pertrahunt. Unde recte nunc dicitur
Numquid dixi afferte michi et de substantia vestra
donate michi vel liberate me de manu hostis
et de manu robustorum eruite me. Contra
rii quippe hostis sathane fortitudinem
notat et manum robustorum vires ma
lignorum spirituum appellat. Quos recto
robustos memorat quia dum ad nos sub
infirmitate carnis sunt conditi prava
rum ad usibus in vecilitate que mira non ad hec
obruit. Hic vero quod subdit Docete me et
ego tacebo et si quid forte ignoravi in
struite me. Subtiliis distinctionis libe
ramine pendeat metum videtur verum ad hunc
submittitur sit quod intulit numquid dixi et
cetera distincta superioribus sunt premittitur
qua premptacionem dicat docete me et
ego tacebo et si quid forte ignoravi in
struite me. Quod tamen neque distinctioni con
venit quod abiunctiva sani tramite penc
tura recedit. Sed quia hec iuxta sensum
per allegoriam diximus restat ut moraliter
hystorie verba persequamur. Sed

Moraliter

Beatus iob rerum dampna pertulerat
lecat malignorum spiritum percussioni
bus traditus dolores vulneris senciebat.
Sed sapientem dei stulticiam diligens stul
tam dei sapientiam mente despiciebat

caveat. Igitur contra mundi divites pau
per contra potentes oppressus contra sapi
entes stultus dicitur ecclesia. Quia nec pau
per eorum subsidium nec oppressus adiu
torium contra robustos nec stultus doc
trinam sapientie carnalis querit. Dives et enim
vir quia mente superiorum rapitur
et paupertatis inopia non angustatur et op
pressus iniuste patitur et voluntarie stultus
carnalem sapientiam non imitatur. Hinc est
enim quod oppressus alius pauper dicat Op
primimur sed non destituimur persecutionem pa
timur sed non derelinquimur. Deicimur sed
non perimus. Hinc est quod sapiens se stulti
cie in summas ait Que stulta sunt mundi
elegit deus ut confundat sapientes.
Et si quis videtur inter nos sapiens esse
in hoc seculo stultus fiat ut sit sapiens.
Hinc est gloriam oppressionis et divitias desi
derate paupertatis aspiciens dicit Quasi mori
entes et ecce vivimus ut castigati et non
mortificati. Quasi tristes semper autem
gaudentes. Sicut egentes multos autem
locupletantes. Tamquam nichil habentes et omnia
possidentes. Libet vero hec oculos mentis
attollere et oculos dei extimus oppressos quam
intus certus arte persideant videre. Cuncta
quippe que foris eminent oculis eorum
obtutibus per despectum iacent. Nam sup
se intus rapti magno ea timent figunt et queque
in hac vita patiuntur qui longe in infra habun
cia atque ase aliena conspiciunt atque ita
diversum dum mente extra carnem fieri
delectavit pene ipsa que tollerant igno
rant. Illorum profecto oculis quid quid
temporaliter eminet altum non est. Nam ve
lut in magno vertice montis siti prenitentes vite
plana despiciunt sed ipsos per spiritalem
celsitudinem transcendentes subiectam
mentem intus vident quem per carnalem glo
riam tumentem foris. De pertulibus non peccando.

Valde et nullis contra veritatem per ta
tibus premunt sed quos atolli per
elationem conspiciunt per superius antem p
[illegible] Hinc est enim quod adesto moyses
ve[illegible]mes Egypti exercitte agre
di[illegible] dicens Hec dicit dominus deus he
bre[illegible]orum Usquequo non vis subici michi
dimitte populum meum ut sacrificet in Quod du
plagis perfossus pharao dicit Ite sacrificate
deo vestro intra hanc terram. Primus aucto
ris veritate dixit Non potest ita fieri abhominationes

2° ad Cor 4

Ieronimus

1° ad Cor 1 2°
ibidem 3

2 ad Cor 6

T

Veritas reddit homines securos

ibid

Exo 3

Exo 8

tones eius egyptiorum in moabitis domino deo suo. Hinc est quod peccantem regem nathan aggrediens cum prius similitudine perpetrate prevaricationis obviens eiusque reum proprii iudicii voce tenens postmodum admonuit dicens: Tu es vir ille qui fecisti hanc rem.

2 Re. 12

Hinc est quod vir dei ad destruendam ydolatriam samarie missus roboam regem super altare thura iacentem non regem reveritus non formidine mortis pressus contra altare intrepidus audacter libere vocis exercuit dicens: Altare hec dicit dominus: Ecce filius nascetur domui david iosias nomine et immolabit super te sacerdotes excelsorum.

3 Re. 13

Hinc est quod achab superbus idolorum furore subactus cum increpare heliam presumeret dicens: Tune es vir ille qui conturbas israel? helias postmodum superbi regis stulticiam obiurgationis libera audacter percussit dicens: Non ego turbavi israel sed tu et domus patris tui qui dereliquistis mandata domini et secuti estis baal.

3 Re 18

Hinc est quod eliseus veram magni celsitudinem sequens eundem achab ad se cum iozaphat rege venientem ex reatu perfidie confundit dicens: Quid tibi et michi est? Vade ad prophetas patris tui et matris tue. Et vivit dominus exercituum in cuius conspectu sto quod si non vultum iosaphat regis inde erubescerem nec attendissem quidem te nec respexissem.

4 Re. 3

Hinc est quod idem vir naaman ad se cum equis et curribus venientem ad ostium domus fixit et talentorum copia ac vestium sullo non excepit nam ianuam domus non aperuit sed ut lavaret septies in iordane debuisset precipiens iussit. Unde idem naaman iratus recedebat dicens: Putabam quod egrederetur ad me.

4 Re. 5

Hinc est quod petrus cum eum sacerdotes ac principes et per flagella sevientes in ihesu nomine loqui prohiberent cum magna pertinacia audacie respondit dicens: Si iustum est in conspectu dei vos potius audire quam deum iudicate. Non enim possumus que vidimus et audivimus non loqui.

Act. 4

Hinc est quod paulus ... residentem contra veritatem sacerdotem principem cum excideret eum quod minister illius alapa percussisset non maledictum perturbatam intulit sed spiritu repletus libera voce prophetavit dicens: Percutiet te deus paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundum legem et contra legem iubes me percuti.

Act. 23

Hinc est quod stephanus contra turbam persequentium audacter vocis exercere nec monitus corripuit dicens: Dura cervice et incircumcisis cordibus vos semper spiritui sancto resistitis sicut et patres vestri et vos.

Act. 7

Et quia sancti viri adversus tante altitudinis zelo veritatis non ante vicio elationis extollunt ipsi pateriter indicant qui suis dictis quod aliis et quanta humilitate polleant et erga eos quos redarguunt quanta caritate fuerant manifestat. Superbia quippe odium generat humilitas amorem. Verba itaque que amor compassionis profecto ex fonte humilitatis manant. Unde ergo stephanus verba increpationis prelatorum protulit qui pro eisdem quos increpaverat ad deteriora crescentibus se lapidantibus flexis genibus oravit dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum.

Act. 7

Unde paulus contra gentis sue sacerdotem ac principem asperitatis verba superbiens intulit qui humilitate se et discipulorum furore sustinuit dicens: Non enim nos met ipsos predicamus sed ihesum christum dominum nostrum nos autem servos vestros per ihesum.

2 Cor. 4

Unde petrus prelatorum principibus restitit quorum errori ignorancie reatum velut compensans dicens: Scio quia per ignoranciam fecistis sicut et principes vestri. Deus qui prenunciavit per os omnium prophetarum pati christum suum implevit sic. Unde nos ad vitam misericorditer trahit dicens: Penitemini igitur et convertimini ut deleantur peccata vestra.

Act. 3

Unde eliseus inde naaman elatione noluit qui non solum se conspici sed tenere et amicum permisit de qua scriptum est: Cumque venisset ad virum dei in monte apprehendit pedes eius et accessit giezi ut amoveret eam. Et ait homo dei: Dimitte illam anima enim eius in amaritudine est.

4 Re. 4

Unde helyas superbo regi increpationis verba pre timorem intulit qui ante eius currum humiliter cucurrit sicut scriptum est: accinctis lumbis currebat ante achab.

3 Re. 18

Unde vir dei ieroboam principem ex elacione despexit qui arentem eius dexteram sanitati pristine pro compietate restituit.

3 Re. 13

nit sicut scriptum est Cumque audisset iro sermonem hominis dei quem inclamauerat contra altare de iubethel extendit manum suam de altari dicens apprehendite eum et exaruit manus eius et paulo post Oratione dei faciem dm̄ et reuersa est manus eius ad eum et facta est sicut prius fuerat Quia enim superbia gignere uirtutes nescit quanta ex humilitate prodijt uox increpacionis ostenditur qui signa comitantur Unde nathan contra dauid regem per uerba increpacionis tumuit qui cum incre pande culpa deceret inciam se eius conspectui pronus strauit sicut scriptum est Nunciaverunt regi dicentes Adest nathan propheta Cumque introisset ante conspectum regis adorauit eum pronus in terram Unde moyses regi egipto libere resistens eum despicere potuit qui deo familiariter colloquens sequentes sedulo cogitatu humilis adorauit obediam prebuit ut post secreta dei colloquia magnum ualde duceret quod fors a bore hominis audiret Tunc Sequitur

De libertate sanctorum

Ex alijs ergo sanctorum factis distinguimus quid de alijs pensare debeamus Sancti enim uiri nec exaltacione sunt liberi nec ex timore submissi sed tum rectitudo eos ad libertatem uocis erigit considerata infirmitatis sue ex humilitate custodit Culpas quippe delinquencium et si causalto increpantes feriunt semet ipsos tamen apud se subtilius indicantes qui in abiectis ponunt et quo prima in alijs insequitur eo ad reprimendos se atrociores redeunt Rursumque quo semet meliora a gentibus nequaquam percuncta eo uigilancius aliena facta reprehendunt Quod enim debita potestate increpari extimus poterunt qui semet ipsos quasi despiciunt et cum in tunc pene iam arcem sublimitatis apprehendunt Ideo bene foris dimidicant altitudinem tenere celsitudinis quia intus ex eis non grauat pondus timoris Unde et bene iob cum in amicis dura loquentibus terrenam prudenciam uires sibi dumque despiceret dicens Numquid dixi afferte michi et de substancia uestra donate michi uel liberate me de manu hostis uel de manu robustorum eruite me Docete me et ego tacebo et si quid forte ignoraui instruite me quid de semet ipso senciat paulo inferius manifestat dicens Super pupillum irruitis et subuertere nitimini amicum uestrum quibus uerbis clarius patet quantum se in fundo humilitatis conspiciat quem pupillum uocat Sequitur Quare detraxistis sermonibus ueritatis cum ex uobis nullus sit qui possit arguere me Humidus ipse esse amicis dicit qui curat aliena corrigere ut terrena non cogitet ut desiderijs in summis non sit succumbat quatenus tanto per speculacionis alijs fugienda uidat quanto hec ipse per sciam et iuxta ueius declinat Quia nequaquam primam maculam in membro considerat oculus que pulius grauat et superiectas sordes tergere non ualeat manus que lutum tenent Unde inmo antiquo testamentis seruerum bene ad dauid circa cotidiana bella laborantem per significatorem dicta uox innuit cum dicat Non tu edificabis michi templum quia uir sanguinis es Dei ante templum edificat qui corrigendis atque instruendis proximorum mentibus uacat Templum quippe dei nos sumus qui ad ueram uitam eterne in habitacione construimur paulo attestante qui ait Templum dei sanctum est quod estis uos etc

De erubescencia doctoris

Sed uir sanguinum templum deo edificare prohibetur quia qui adhuc actis carnalibus incubat necesse est ut instituere spiritualiter proximorum mentes erubescat Bene ergo dicitur Quare detraxistis sermonibus ueritatis cum ex uobis nullus sit qui possit arguere me Sic scriptum dicitur Quia temeritate audita reprehenduntur quia persuasione increcacis ignorantes adhuc reprehensibilia proferunt Sequitur Ad increpandum tamen eloquia concinnatis et in uentum uerba

De importuna locucione

profertis Duo sunt genera locucionum importuna et ualde noxia genera humano unum quod curat et peruersa laudare aliud quod studet et recta corripere Illud decorsum cum fluuio ducitur hoc uero contra fluenta ueritatis obseruare et aliena conatur Illud metus premit hoc elacio erigit Illud graciam conscienciabus captat hoc uero ut conclamare ostendatur coagitat Illud in proposito subiacet hoc se exdem timet Eorum uero qualitate bene iob amicos

Corrector aliorum suam per uitam pondere non grauetur.

ex

ex

exº par. 28

I ad cor. 3

Qui actis carnalibus incubat necessarie mentes spiritualium debet erubescere

Locucio importuna duplex est et noxia genere humano

A[2]

hos
suos fuisse redarguit cum dicit: Ad in-
crepandum in eloquia contineatis sed (?) verum
ipsius ad increpationis audaciam prorum-
punt. Primus in notitiam cum subiunxit
et in ventum verba profertis. Invenitur verba
proferre est otiosa dicere. Nam saepe dum
ab otiosis verbis nequaquam lingua com-
pescitur, ad temeritatem quoque stultae in-
crepationis effrenatur. Quibus nimirum
sic gradibus desidiosa mens
in foveam lapsus impellitur. Nam dum
otiosa verba negligimus, ad noxia per-
venimus, ut prius loqui aliena libeat,
et postmodum detractionibus eorum vitam
de quibus loquitur lingua mordeat; quandoque
autem usque ad apertas contumelias erum-
pat. Hinc seminantur stimuli, oriuntur ri-
xae, accenduntur faces odiorum, pax
tota extinguitur cordium. Unde bene per Salo-
monem dicitur: Qui dimittit aquam, in
caput suum est iurgiorum. Aquam quippe
dimittere est linguam in fluxum elo-
quii relaxare. Quo contra et in bonam partem
asserit dicens: Aqua profunda ex ore viri.
Qui ergo dimittit aquam, caput est iurgio-
rum; quia qui linguam non refrenat,
concordiam dissipat. Unde e diverso scrip-
tum est: Qui imponit stulto silentium,
iras mitigat. Quia autem multiloquio
quisque deserviens rectitudinem iustitiae tenere non
possit, testatur propheta qui ait: Vir ling-
uosus non dirigetur in terra. Super ter-
ram. Hinc Salomon iterum dicit: In multi-
loquio peccatum non deerit. Hinc Isaias
ait: Cultus iustitiae silentium, videlicet indi-
cans quia mentis iustitia desolatur,
quae ab immoderata locutione non parcit.
~~Hinc Iacobus~~ dicit: Si quis putat esse
se religiosum, non refrenans lin-
guam suam, sed seducens cor suum, huius
vana est religio. Hinc rursum ait: Sit
omnis homo velox ad audiendum, tar-
dus autem ad loquendum. Hinc item
adiungit: Lingua inquietum malum, plena
veneno mortifero. Hinc per semetipsam
Veritas admonet dicens: Omne verbum
otiosum quod locuti fuerint homines,
reddent de eo rationem in die iudicii suo.
Otiosum quippe verbum est quod aut
ratione iustae necessitatis aut intentione
piae utilitatis caret. Si ergo ratio de otioso

valde
sermone exigitur, pensandum est quae
poena illud multiloquium sequitur, in quo
et per superbiae verba peccatur. Sciendum quoque
est quod ab omni rectitudinis statu deperit
qui per noxia verba dilabitur. Huma-
na enim mens aquae more circumclau-
sa ad superiora colligitur, quia illud re-
petit ~~unde descendit~~ et relaxata deperit,
quia se per infima inutiliter spargit.
Quot enim supervacuis verbis a silentii
sui censura dissipatur, quasi tot rivis ex-
tra se ducitur. ~~Unde~~ et redire intimus non
sufficit, quia per multiloquium extrinsecus
sparsa vim in se intimae considerationis amittit.
Totam se igitur insidiantis
hostis vulneribus detegit, quia nulla se
munitione custodiae circumcludit. ~~Unde scriptum~~
est: Sicut urbs patens et absque mu-
rorum ambitu, ita vir qui non potest
in loquendo cohibere spiritum suum. Quia
enim murum silentii non habet, patet inimi-
ci iaculis civitas mentis; et cum se per
verba extra semetipsam eicit, apertam
se adversario ostendit. Quam tanto ille si-
ne labore superat, quanto et haec eadem
quae vincitur contra semetipsam per multi-
loquium pugnat. ~~Capitulum~~

De immoderato silentio

Sed inter haec sciendum est quia ali-
quando pavore nimio a loquela restrin-
guntur, interdum plus quam necesse est inter
claustra silentii coartamur, et dum
linguae vitia incaute fugimus, occultis
deterioribus implicamur. Nam saepe dum
a beloquio immoderate compescimur,
graviore multiloquium in corde toleramus,
ut eo plus cogitationes in mente fer-
veant, quo illas violenta custodia in-
discreti silentii angustat. Plerumque tan-
to latius defluunt, quanto se esse securius
aestimant, quia foris a reprehensoribus
non videntur. Unde mens nonnumquam
in superbia tollitur, eosque quos loquen-
tes audit quasi infirmos conspicit. Cumque
os corporis claudit, quantum se in vitiis
superbiendo aperiat non agnoscit. Lin-
guam enim premit, cogitationem erigit, et cum
se per negligentiam minime considerat, tanto
apud se cunctos liberius quanto et secre-
tius accusat. Plerumque autem nimis ta-
citi cum nonnulla iniusta patiuntur

Marginalia: 2 R[egum] ta[...]; Verba ociosa sunt initium pravitatis; Verba ociosa nos trahunt ad peiora; Prov. 17; Prov. 18; Ps. 26; Prov. 10; Iacobi 1; Mt 12; Verbum otiosum.

eo in ardore doloris prodeunt quo ea que sustinent non loquuntur. Hinc est quod si illatas molestias lingua tranquille diceret a conscientia dolor emanaret. Vulnerata namque causa plus dolent quia cum putredo que intus est fuerit eiecta ad salutem dolor aperitur. Plerumque nimis tacentes dum quorumdam mala respiciunt et tamen in silentio linguam premunt quasi conspectis vulneribus usum medicaminis subtrahunt et eo mortis auctores fiunt quo virus quod poterant eicere loquendo noluerunt. Unde valde immoderatum silentium si inculpa non esset prophecia non diceret. Ve michi quia tacui. Quid igitur inter hec nisi studiose lingua sub magni moderaminis libratione frenanda est non insolubiliter obligandia ne aut laxata in vicio defluat aut restricta etiam ab utilitate torpescat. Hinc namque per quemdam dicitur: Sapiens tacebit usque ad tempus ut nimirum cum opportunum considerat postposita censura silentii loquendo que congruunt in usu se utilitatis impendat. Hinc Salomon ait: Tempus tacendi et tempus loquendi. Discrete quippe vicissitudinum pensanda sunt tempora ne aut cum restringi lingua debet per verba se inutiliter solvat. Aut cum loqui utiliter potest semetipsam pigre restringat. Quod bene psalmista considerans breviter postulando complexus est dicens: Pone domine custodiam ori meo et ostium circumstantie labiis meis. Ostium namque aperitur et clauditur. Qui igitur ori suo nequaquam ponere obstaculum sed ostium petiit aperte edocuit quod ex disciplina retineri lingua debebat et ex necessitate laxari quatinus os discretum congruo tempore vox aperiat et rursum congruo taciturnitas claudat. Quod quia vel amici beati Iob vel omnes heretici quorum hi speciem tenent servare nesciunt in uncto verba proferre prohibentur quia nimirum dicta que discretionis pondus non solidat arcum levitatis portat.

Explicit liber septimus. Incipit Octavus.

Explicit liber septimus incipit octavus.

1 cap[ii]
A

Precedenti iam libello tractavimus quod beatus Iob virum nobis sancte universitatis innotescit dicens super pupillum irruitis et subvertere nitimini amicum vestrum. Quia te namque universitatis se impendat insinuat quem pupillum vocat. Quia non ab adorare recedens et lesa caritate nescit et sub vertere se queritur et tamen amicum se esse testatur. Cuius verba ut sepe iam diximus sic eidem spectant congruunt ut tamen per hec ex prophetico spiritu et sententie fidelis populi ex voce ecclesie universalis exprimantur. Qui hereticorum diversitate tollerans et in finem se prohibiliter [illegible] conspiciat et tamen a sinuade dilectionis [illegible] magnitudine non recedit. Quando [illegible] quippe ecclesie pupillus quia mortuum patris ex filius pupillus non incogitare dicitur cum resurgentis iam quidem per fidem sequitur sed nondum per speciem contemplatur. Super pupillum non heretici irruunt cum universitatem fidelis populi importunis falsis quod allegationibus affligunt et tamen amicus est quem intima ecclesie evertere querunt fideles dei populus ipsos quoque quos persequendo tollerat amando non desinit ad vitam vocare. Quod inter hec sciendum est quia sibi nunc sustinere falsa per infirmitate metuit nunc lesi uniusque aviditate conticescit. Unde et subditur: Verum tamen quod cepistis explete prebete aurem et videte an mentiar. Quia nimirum adversa perpeti non timet dicat verum tamen quod cepistis explete quia non ipsis suis persecutoribus veritatis predicamenta non subtrahit. Adiungit: Prebete aurem et videte an mentiar.

V

Districti quippe iudicis ostensi suppliciorum minas concutit, pavore animum ferit, pudore confundit, motus illicitos increpat, quietem noxie securitatis turbat, que ei conditor bona contulit, que ipse bonis illius mala reddidit enumerat, quam mire ab eo conditus, quam gratuito munitus, quam vocis superne modicatione ditatus est, quod conditionis gratiam sequi ipse et vocatus noluit, quod vocantis iussa nec sic dum sanctitatis consentiens deseruit, quod illuminatus donis, quod sua sponte pravis actibus et pro dona cogitatus est, quod cecitatis sue erroribus paterne sollicitudinis flagellis expiatus, quod a flagellorum doloribus ad salutis gaudia iam medicamento reductus est, quod quibusdam culpis etsi non gravibus subiacens, pariter tamen et inter flagella non desinit, quod peccatorem suum superna gratia nec contempta dereliquerit. Cum igitur afflictam mentem modo per replicationem donorum Dei, modo per improperia actionis sue tanta severitate increpat, fit in corde iustorum amaritudo anime lingua sua que tanto eis subtilius loquitur quanto et intus audit. Unde et nequaquam dicitur, fabulabor in amaritudine anime mee, sed confabulabor cum amaritudine anime mee, quia intus dolor que peccata singula repuntans, torpentem animum ad lamenta excitat, quasi ad eum verba confabulationis facit. In quibus semetipsum correptus inveniat et ad sui iam custodiam sollicitior exsurgat. Dicat itaque vir iustus ex voce sua, sed ecclesie typum tenens dicat omnia: Confabulabor cum amaritudine anime mee. Ac si apertius insinuat dicens: Contra me etiam cordis mei dolore colloquor, sed ferens me ambire iudicis me abscondo. Sed mens penitencie doloribus pressa in semetipsa constringitur, atque a curis delectationibus carnis presenti cognitione separatur, ad summa perficere appetit et tamen adhuc de corrupcione corporis contradictionem sentit. Unde apte mox subditur: Numquid mare sum ego aut cetus, quia circumdedisti me carcere? Capitulum.

De carcere capitulum

Carcere homo circumdatur quia plerumque et sub virtutum processibus ad alta conatur intimum et tamen carnis sue corrupcione prepeditur. Quia sub eorum pondere depressus dicens: Educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo. Quid vero appellatione maris nisi corda carnalium tumidis cogitationibus fluctuosa? Et quid ante ceti nomine nisi antiquus hostis exprimitur? Qui dum mentes secularium possidendo penetrat in meorum libera cogitatione natat. Sed cetus carcere stringitur quia malignus spiritus in inferioribus deiectus ne ad celestia evolare prevaleat, pene sue pondere coartat. Petro attestante qui ait: Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciandos reservari. Cetus carcere restringitur quia temptare bonos quantum deside-

vocatus

ac qui cum amaritudine anime sue confabulatur

peccatores per mare, cetum dyabolus designat

Secunda Petri 2o

8

rat prohibere. Carcer quoque maris cetum
datur. quia carnalium mentium tumida et in-
sana que desideria ad peragenda que ap-
petunt mala impossibilitatis sue angus-
tia gravantur. Sepe enim quidam elationibus
concupiscunt sed tamen eis divino iudicio cir-
ca mirabiliter disponente subiecti sunt.
Nocere bonis elati desiderant et eum
subiecti ab eis solacia sperant. Pro-
sperandis voluptatibus vite presentis cupi-
unt sed tamen ea sub celeritate rapiuntur. De
quibus bene per psalmistam dicitur. Statuit aquas
quasi in utre. Aque quippe in utre
sunt cum labentia eorum desideria quia
operis effectum non inveniunt sub carnali
corde deprimuntur. Cetus ergo ac mare
custodia carceris premitur. quia vel ma-
lignus spiritus vel sequaces illius in quorum-
que mentibus colligit atque in eis inclusas
tumentium cogitationum nolunt ut implere
mala que appetunt nequeant summa
eos districtio angustat. Sancti autem
viri quo intimo corde celestium archa-
na considerant eo ad hec contra ardo-
ribus anhelant. Ibi iam plene saciari
desiderant. ubi adhuc parum aliquid ore
contemplationis degustant. Pre car-
nis eripiunt stimulum subderi vel inquieta-
tione illicitum de eius iam corruptione
tollerare. Sed quia scriptum est. corpus quod
corrumpitur aggravat animam et deprimit
terrena habitatio sensum multa cogitantem. inte-
rione iam quidem ultra semetipsos eun-
tes sed tamen adhuc infirmitatis sue
metis motibus subditi. corruptionis se
carcere clausos dolent. Ait ergo Numquid
mare sum ego aut cetus. quia circum-
dedisti me carcere. Ac si aperte diceret. Numqui[d ma]-
re vel cetus iniqui ut eorum quorum auctor
malignus spiritus. quia effrenari ad so-
lam perpendi in iniquitate licencia ap-
petunt. ita pene sue carcere constrin-
guntur. Ego autem qui iam excelsitatis
tue libertatem desidero. cur adhuc
mee carcere corruptionis premor? Et
tamen nec angustiis superbe reguntur
quia amore veritatis accensi. infirmi-
tatis sue angustias transgredi perfecte
concupiscunt. nec ab auctore iustorum
iniuste disponitur. quia electorum suorum
vota discernens cruciat cunctos (?)
purgat ut ad percipiendum quod deside-
rant quique melius ex dilatione conva-
lescant. Electi autem quousque ab intima
quiete deserunt. ad cor suum redeunt
ibique actionis sue tumultibus abscon-
si quasi amenissimum secretum petunt.
Sed in eo sepe temptationis aculeos
senciunt carnis incentiva patiuntur
et ibi gravissimos labores inveniunt
ubi magnam requiem a labore quesierunt.
Unde sanctus vir pro insinuatione carnis sue
carcerem ad quieta cordis spacia redire
festinans. quia eandem rixam et in in-
timis invenit quam actionibus fugit.
Protinus subdidit dicens. Si dixero conso-
labitur me lectulus meus et relevabor
loquens mecum in stratu meo. terrebis me
per sompnia et per visiones horrore concuties.
In sacro namque eloquio lectus vel cubile
vel stratum secretum solet cordis intelli-
gi. Hinc est enim quod sub omni eiusque ame-
speciei sponsa occultis stimulis sui amoris
excitata in canticis canticorum dicit. In
lectulo meo quesivi per noctes quem di-
ligit anima mea. In lectulo quippe et per
noctem dilectus queritur. quia nimirum
invisibilis conditoris species repressa omni
corporee visionis ymagine in cubili
cordis invenitur. Unde et eisdem suis di-
lectoribus veritas dicit. Regnum dei intra vos
est. et rursum. Si ego non abiero pa-
raclitus non veniet. Ac si aperte diceret.
Si abstractionis vestre oculis corpus non
subtraho. ad intellectum vos invisibilem
per consolatorem spiritum non perduco. Hinc
per psalmistam dicitur. Exultabunt sancti in gloria le-
tabuntur in cubilibus suis et cetera. Sequitur.

De leticia cordis

Quia enim mala actionibus fu-
giunt secum intus in secreta gaudi-
um. sed tunc leticia cordis perfecta erit cum
carnis contra spiritum pugna non fuerit. Nam
quousque caro illicit quia quasi domi-
nus (?) paries quatitur et cubile turbatur
et recte per eundem psalmistam dicitur. Universum
stratum eius versasti in infirmitate eius.
Cum enim nos temptatio carnis co-
ncutit tremefacta mentis in firmita-
te mentis cubile confundit. Quid vero
hoc loco sompnia vel visiones accipi-
mus nisi ymaginationes venturi districti iu-
dicii quas iam ut eius per timorem ce-
rnimus sed tamen ut est veraciter non
videmus. Sancti itaque viri ut dixi-
mus ad cordis secreta se redeunt cum in
hoc mundo vel nulla nocentium prospera
vel nulla iniquos adversa patiuntur atque
exterius laboribus fessi quasi stratum
vel lectulum cubilia mentis petunt. Sed
dum quibusdam ymaginationibus co-
gitationum qui sunt subtilia divina iu-
dicia conspiciunt. quasi in ipsa strati sui
requie sompnii visione turbantur.
Contemplantur enim quod districtus iudex
veniat qui dum in mente magnitu-
dinis cordium secreta illuminat omnis
ante oculos culpas reducit. pensant
quanta sit verecundia in conspectu
tunc totius hominum genus angelorum

Desiderium puerorum

Desiderium iustorum

Cap. 9

omnium archangelorumque confundi perdunt qui post confessionem criminis reatum manet. at tamen reatus animum in mortalitate morientem et indeficientem: deficientem carnem gehenna consumat. Cum itaque tam pavida ymaginatione mens quatitur quid aliud quam instantis tristicie sompnium videtur. Dicat ergo. Si dixero consolabitur me lectulus meus et relevabor loquens mecum in stratu meo terrebis me per sompnia et per visiones horrore concuties. Ac si aperte dicat. Si exteriora fugiens introrsus redeo et in cunctis requiescere in cordis cubili concupisco ibi in dominum districtionis tue contemplationes obicis vehementer me per pavores mee providencie ymaginationes terres. Unde autem dicitur et relevabor loquens mecum in stratu meo. quia nimirum cum admentem nostre silencium fessi redimus qui in stratu colloquentes occulta intra nos cogitationum verba versamus. Sed sicut ipsa intra collocucio ad imparacionem intrat quia compulsa vehemencius instituis nobis qui terrorem districti iudicis in notescat et intente aperitur.

De ymaginibus sompniorum

Necesse vero hoc studeat intra veram perscrutari cognoscendi magna opera est quot modis tangant animum ymagines sompniorum. Aliquando namque sompnia ventris plenitudine vel inanitate. Aliquando vero revelacione aliquando illusione aliquando cogitatione simul et revelacione generantur. Sed duo que prima diximus omnes experimento cognoscimus. Subiuncta autem quatuor sacre scripture paginis invenimus. Sompnia etenim nisi plerumque ab occulto hoste per illusionem fierent nequaquam hoc vir sapiens indicaret dicens multos errare fecerunt sompnia et illusiones vane. Vel certe non auguriabimini nec observabitis sompnia. Quibus profecto verbis cuius sint detestationis ostenditur que auguriis coniunguntur. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul et illusione procederent. Salomon minime dixisset. Multas curas secuntur sompnia. Et nisi aliquando sompnia ex misterio revelacionis orirentur. Joseph preferendum se fratribus sompno non videret nec Marie sponsum ut ablato puero in Egyptum fugeret per sompnium veritas admoneret. Rursum nisi aliquando sompnia cogitatione simul et revelatione procederent nequaquam Daniel propheta nabuchodonosor visionem disserens a radice cogitationis inchoasset dicens. Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo quid esset futurum post hec. et qui revelat misteria ostendit tibi que ventura sunt. et paulo post. Tu rex videbas et ecce quasi statua una grandis statua illa magna et statura sublimis stabat contra te etc. Daniel itaque dum per sompnium implendum reverenter insinuat et ex qua origine sit cogitatione manifestat patenter ostenditur quod hoc plerumque ex cogitatione simul et revelatione generentur. Sed nimirum cum sompnia tot rerum qualitatibus alternentur tanto eis difficilius credendum quanto et ex quo impulsu veniant facilius non elucet. Sepe namque malignus spiritus hiis quos amore vite presentis vigilantes intercipit prospera etiam dormientibus promittit et quos formidare adversa considerat eis hoc dirius sompnii ymaginibus intentat quatenus indiscretam mentem diversa qualitate afficiat eamque extenuat et electorum corda afficere sompniis non desistit ut ab intentione cogitationis solide adeptum saltem momentum quod dormientes exercentur. Omnis ipsi protinus ab illusione ymaginationis animum distrahunt. Sed hostis insidians quo eos vigilantes minime superat eos dormientes gravius impugnat. Quem tamen hec maligne agere superna dispensatione benigne permittit. ne electorum cordibus ipse saltem a passionis premio sompnus vacet. Unde ergo recte rectori omnium dicitur. Si dixero consolabitur me lectulus meus et relevabor loquens mecum in stratu meo terrebis me per sompnia et per visiones horrore concuties. Quia nimirum deus cuncta mirabiliter dispensat et ipse facit quod malignus spiritus iniuste facere appetit qui hoc fieri non nisi iuste permittit. Sed quia iustorum vita et per vigilias temptatione quatitur et per sompnium illusionem fatigatur foris corruptionis sue molestias tolerat intus aperte semetipsam grauiter illicitas cogitationes portat. quid est quod faciat ut pedem cordis a tot scandalorum laqueis evellat. Ecce beate vir quanta undique premeris tribulatione seu perturbatione cognovimus. Sed quod consilium contra hanc invenias audiamus. Quamobrem elegit suspendium anima mea et mortem ossa mea. Quid namque paciam nisi mentis intencio. quid per ossa nisi carnis fortitudo figuratur. Omne autem quod suspenditur procul dubio ab imis elevatur. Anima ergo suspendium elegit ut ossa moriantur. quia dum mentis intencio ad alta se sublevat. omnem in se fortitudinem vite exterioris necat etc.

De electione suspendii

Sancti etenim viri certissime sciunt quia hic in hac vita requiem nequaquam possint et ideo suspendium eligunt. quia nimirum desideria terrena deserentes ad alta animum tollunt suspensi ante mortem suis ossibus moriuntur quia amore celestis pre

Sompnijs non est credendum cum tam sit ignota

Ex spe sublimiore a deprimendo tribulatione confidat saepe

Dum in temptatione perseverat eos dormientes gravius impugnat hostis

Anima et ossa quid significent

et utrum studiis accincti hoc quod fortes
prius in mundo fuerant contra se militantes
inseruntur. Unum libet quod animam pau
lus suspenderat qui dicebat Vivo
autem iam non ego vivit vero in me Christus
Et rursum desiderium habens dissolui et
esse cum Christo et michi vivere Christus est et mori
lucrum. Cuius gesta tenere fortitudinis
ad memoriam revocamus quam quedam
ipse ossa mirabatur dicens. Hebreus ex
hebreis secundum legem phariseus secundum emulacio
nem persequens ecclesiam dei. Sed suspen
dium anime quo hec ipse ossa interficit
proximus aspicit qui subiungit Sed que in
fuerunt lucra hec arbitratus sum propter Christum
detrimenta. Cuius adhuc ossa ipse in
ipso iam firmat vehemencius extincta
cum subdit propter quem omnia detrimen
tum feci et arbitror ut stercora. Mor
tem [illegible] ossibus [illegible] [illegible] pende sus
pendit qui illico subiungit dicens
ut Christum lucrifaciam et inveniar in illo
non habens meam iusticiam que ex lege
est sed eam que ex fide est Ihesu Christi
Sed quia constat eius testimoniis pau
lum ad alta suspensum mundo mor
tuum testari similiter nunc beatum Iob si
plenius eodem spiritu extiorum vite
concupiscenciam fugiat ondamus
Ossa desperavi nequaquam ultra iam vivam

De iusta desperatione

Sunt non nulli iustorum qui sic
celestia appetunt ut tamen a terre
num spe minime frangantur largita
divinitus promia adnecessitatis subsidium
possident honores sibi temporales impe
sos tenent aliena non ambiunt sua
licite utuntur. Qui tamen ab eisdem re
bus quas habent alieni sunt quia ad
habet ipsa que possident ex desiderio
non tenent. Et sunt non nulli iu
storum qui ad comprehendendum cul
men perfectionis accincti dum altiora
intimus appetunt exterius cuncta dere
linquunt qui rebus se habitis nudat gla
horis expoliant qui iuniorum deside
riorum passibilitatem se amici me
roris afficiant. Hii devotionibus conso
lacionem nolunt qui intimis gaudiis me
tem apriant vita ipse fundite cor
poree delectacionis necant. Talibus
namque per paulum dicitur Mortui enim estis
et vita vestra abscondita est cum Christo
in deo. Horum voce ex psalmo per eum
dicebat Concupiscit et defecit anima
mea in atria domini. Concupiscit enim
sed non defecit qui iam quidem
celestia appetunt sed adhuc terrene
alterorum delectacionibus minime lan
guntur. Concupiscit vero et in di anima

deficit qui tamen eterna desiderat in amorem
temporalium non perdurat. Hinc prius item dicit
Defecit in salutare tuo anima mea. Hinc
per semet ipsam veritas admonet dicens Si quis
vult post me venire abneget semet ipsum
Et rursum Nisi quis renunciaverit
omnibus que possidet non potest meus esse
discipulus. Horum igitur modo sanctus vir
divisa a terrenis desideriis mente se ipse
rit qui ait Desperavi nequaquam ultra iam vivam

De iusta desperatione

Iusto quippe desperare est prius vite
bona extimatur electione deserere ma
xima querere et in rebus temporalibus fiduciam
non habere. Qui hoc agens nequaquam
olet se vivere aspicit quia vivificat
te morte certus amicta se passionis occi
dit. Absit enim ut vir sanctus dedime
mine largitate desperet ne gressum cordis
a precetu intimi itineris subtrahat ne
amorem conditoris deserens quod amicte de
scien[illegible] tus in via remaneat et confos
sus gladio largitionis desperacionis in
at. Sed ne eius dicta admi intellectu arbi
trium videamur violenter inflectere debemus
a posterioribus premissa pensare. Quo
enim sensu hec dixerit ipse protinus indicat qui
subiungat Parce michi nichil enim sunt dies
mei. Neque enim duo hec verba conveniunt de
sperare et parcere. Nam qui desperat non iam
sibi parci postulat et qui adhuc sibi
parci desiderat profecto minime desperat. Unde
de quo est quod desperat. Aliunde vero quod parci
sanctus vir postulat. Quia nimirum de
bona vite tuisemet per desperacionem des
ad optimenda que permanent ipse robus
tior convigit. Desperando itaque melius
ad spem venire dicitur qui eo certius ven
turam appetit quo precia nec eius corde
spacione delinquit. Et notandum quod unum
sui cordis insinuans unam quidem desi
sinaz protulit sed hanc tercio insinuando re
plicavit. Qui enim superius dixerat Elegit
suspendium anima mea hoc replicans
dicit desperavi atque eterna concupiscendo
et temporalia post ponendo hoc postremo in
tulit parce michi et quod superius dixit morte
ossa mea hec nimirum subdidit nequaquam
ultra iam vivam hoc ultimum protulit
nichil enim sunt dies mei. Sancti autem
dies suos nichil esse considerat quia ut
paulo superius sepe iam diximus sancti
viri quo eternis summa agnoscunt eo
sublimius terrena despiciunt. Et videns pre
vite dies nil esse conspicit quia illum
te mentis oculos in consideracione ete
rnitatis figunt. Deque dum ad se redeunt
quid se esse nisi pulverem agnos
cunt et infinita sue consciencia districti
indican metiunt eiusque vim tanti

Ad Gal. 2
Ad phil. 1
Ad phil. 3
habito
19 capitulum
Usus temporalium ordinatus non tollit sanctitatem
Ad Col. 3

vigoris aspiciunt trepidant examinari
quod sunt. Unde adhuc apte subiungit: Quid
est homo quia magnificas eum aut
quid apponis erga eum cor tuum. Hominem
deus magnificat quia largitate verbi
ditat infusione gratie visitat honore col-
late virtutis exaltat. Cumque per se in se ipsum
nichil sit esse tamen eum congnicionis
sue participem benignitatis intime conce-
dit. Sed erga eundem magnificatum homi-
nem cor suum deus apponit quia post eius do-
na iudicium exerit multa subtiliter pensat
data pondera vehementer examinat et
tanto ab eo post districcius penas exigit
quanto hunc nunc per ea intime largius
prevenit. Vir igitur sanctus in immensitatem
sue magestatis aspiciat atque ad infir-
mitatem propriam consideracionis oculum re-
ducat. Videat quia caro capere non valet
hoc quod de semetipsa veritas dicit spiritum docet.
Videat quia et sublevatus hominis spiritus
iudicium collatum non sufficit quod deus sub
examine districte retribucionis intendit
et dicat: Quid est homo quia magnifi-
cas eum aut quia apponis erga eum cor
tuum. Ac si aperte exclamet dicens: Mag-
nificatur homo spiritali munere sed tu carnem
et vias eius post munera districte consi-
deras. Sed tamen si remota pietate iudicetur
pondus quod eterna subtilitate imminet
sic nec sublevatus ad iusticiam spiritus valet.
Quia et si habet unde circa se tua dona di-
latant ad inquisicionem tamen tui examinis
sua infirmitas angustat. Unde et adhuc
apte subiungit: Visitas eum diluculo et
subito probas illum. Quis enim nesciat
quia diluculum dicitur cum iam nocturna
tempora in claritatem lucis mutantur. Nos itaque
noctis tenebris premimur cum perpetracione
iniquitatis obscuramur. Sed nox in lucem
vertitur cum corda nostra iusticie fulgor er-
roris nostri obscuritas vitatur congnicione
radiatur. Nox in lucem vertitur cum cor-
da nostra iusticie fulgor illuminat quem ex-
citate culpe deprimebat. Hoc diluculum dis-
cipulorum mentibus oriri Paulus aspe-
xerat cum dicebat: Nox precessit dies
autem appropinquat. Diluculo ergo nos deus
visitat quia erroris nostri tenebras lucis
sue illustrat congnicionis contemplacionis
munere sublevat et in arcem virtutis exaltat.

De probacione hominis.

Sed notandum quod deus postquam diluculo
visitat subito hominem probat quia
et attendendo corda nostra adiutores pre-
venit et recedendo continuo temptacione
permittit. Si enim post virtutes munera nulla
temptacione concuteretur haberet se
de semetipso gloriatur. Ut ergo et infirmitatis
dona habet habeat et infirmitatem suam sciendo

agnoscat post accessum gratie ad alta sustol-
litur et post recessum quid de semetipso sit
probatur. Quod bene nobis ex hystoria sa-
cre leccionis innuitur quia Salomon et
dimitus accepisse sapienciam et tamen post accep-
tam eandem sapienciam meretricum statim
pulsatus questione memoratur. Qui enim ut
gratiam tante revelacionis accepit ista-
men tempore mulierem pertulit quia nimirum
sepe cum mentem nostram concessis vir-
tutibus respectus intime largitatis illu-
minat hanc protinus et levibus cogitaciones
turbant ut que sublevata in summo
intime consulat etiam temptacione pul-
sata quid sit inveniat. Sic Elias et vi-
sitatus diluculo sermone celos aperuit et
tamen probatus subito in summis per deserta
fugiens unam mulierem expavit. Sic Pau-
lus adtertium celum ducitur paradisi pene-
trans secreta considerat et tamen ad semet-
ipsum rediens contra carnis bellum labo-
rat legem aliam in membris sustinet
eiusque rebellione fatigari legem spiritus dolet.
Diluculo ergo deus visitat sed subito post
visitacionem probat quia et collato munere
sublevat et abstracto ad parvum ipsum sibi
hominem demonstrat. Sed eo usque penal
dubio patimur quo defecti funditus la-
be peccati ad primisse incorrupcionis
statum reformemur. Unde adhuc apte sub-
ditur: Usquequo non parcis michi nec dimittis
me ut glutiam salivam meam. Saliva
nobis ex capite labitur ab ore in ventrem
ducitur cum glutitur. Quid itaque est
caput nostrum nisi divinitas per quam condi principium
fuimus ut creatura simus Paulo
attestante qui ait: Caput viri Christus caput
autem Christi deus. Quid autem venter nostrum
est nisi mens. Que dum cibum suscipit
susceptum vi intellectum suscipit refecta procul
dubio omnia membra actionum regit
nisi enim sacra eloquia alii mentem
nomine ventris exprimerent Salomon
utique non dixisset: Lucerna domini spiraculum
hominis que investigat omnia secreta
ventris. Quia nimirum dum nos gratia
supremi respectus illuminat cuncta etiam
mentis nostre abscondita nobis manifestat.
Quid ergo saliva nomine nisi sapor
intime contemplacionis accipitur que
a nobis accipitur defluit quia
de celsitate conditoris adhuc nisi ad vitam
nos positos vix gustu revelacionis
tangit. Unde et redemptor veniens
saliva luto miscuit et ceci nati ocu-
los reparavit quia superna gratia car-
nalem cogitacionem nostram permixtio-
nem sue contemplacionis irradiat et
ab originali cecitate hominem ad in-
tellectum reformat. Nam cum quia ipsa

20 capitulum · R · b · 3 Reg 11 · Salomis meretrices · 3 Reg 19 · 2 ad Cor 12 · S · 21 capitulum · Deus est caput eius · 1 ad Cor 11 · b · Prov 20 · c · Jo 9

dis gaudiis copulatum, nichil iam exilio natura edidit. Quia antea homo sine oculis processit. Sed sicut vir sanctus insinuat, his saliva ad os quidem labitur, ut vero ad ventrem usque pervenit, non glutitur; quia divinitatis contemplacio sensum tangit, sed plene mentem non reficit, quam perfecte animus conspicere non valet, quod adhuc quia caligo corrupcionis prepedit, raptim videtur.

Saliva (Marginal note)

De mente electorum

Electa enim electorum mens iam terrena desideria subicit, iam cuncta que considerat preterire transcendit, iam a bonis terrenorum delectacione suspenditur, et que sunt bona invisibilia rimatur atque hoc agens plerumque dulcedine superne contemplacionis rapitur, iamque de intimis aliquid quasi per caliginem conspicit, et ardenti desiderio interesse spiritalibus angelorum ministeriis conatur. Visu incircumscripti luminis pascitur, et ultra se quieta ad semetipsam relabi dedignatur. Sed quia adhuc corpus quod corrumpitur aggravat animam, inherere diu luci non valet quam raptim videt. Ipsa quippe carnis infirmitas transcendentem se animam retrahit atque ad cogitanda ima ac necessaria suspirantem reducit. Saliva ergo ex capite destillans os tangit, sed ad ventrem minime pervenit, quia liquore superne contemplacionis iam quidem intellectus noster infunditur, sed nequaquam mens plene saciatur. Iuxta quod enim gustus est, in nobis sacietas. Salivam itaque glutire non possumus, quia superne claritatis bono saciari non permittimur, quod adhuc ex infirmitate gustamus. Sed quia hoc ipsum quod utcumque iam superna cognoscimus ex pietate percepimus est. Quod nos hic percipere perfecte non possumus, adhuc ex pena iuste dampnacionis venit. Unde dicitur: Usque non parcis michi, nec dimittis me ut glutiam salivam meam. Ac si aperte diceretur: Tunc homini plene parcis cum hunc ad perfectionem tue contemplacionis ut claritatem tuam raptus intimus videat, et cum carnis sue corrupcio oculos non repellat. Tunc permittis ut salivam glutiam, cum me sapore tue claritatis usque ad habundanciam saciatis infundis, ut nequaquam iam prodigenciam gustu oris existimem, sed interioribus irrigato mentis ventre subsistam. Sed qui pervenire vult ad bonum quod appetit, debet mala confiteri que fecit. Unde: Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum. Recte fatetur malum quod egit, et in recompensacione debet offerre non omne bene, quia ad abluendam culpam quelibet humane accionis virtus infirma est nisi hanc pietatis gracia foveat et non iusticia recte iudicans premat. Unde recte per psalmistam dicitur: Melior est gracia tua super vitam. Gracia videat innocens apud districtum iudicem, gracia nos vita tamen non liberat si ei reatus sui debitum misericorde benignitas non relaxat. Vel certe cum dicitur Quid faciam tibi, pacientis ostenditur; quia si ipsa bona que agere percipimus, non preceptori sed nobis prosunt. Unde rursum per psalmistam dicitur: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non indiges. Similiter ante nostre destitucionis exprimitur, cum deus hominum custos vocatur. Quia si eius nos custodia minime protegit, antiqui hostis insidias nostre sollicitudinis oculus vigilans dormit, propheta hoc rursum testante, qui ait: Nisi dominus custodierit civitatem, in vano vigilant qui custodiunt eam. Nos namque cecidimus, sed ut resurgere viribus non valemus. Culpa nos voluntarie semel deprimit, sed penam culpe deinceps coacte deprimunt ad amissam rectitudinem surgere studiorum conatibus intensis sed meritorum ponderibus gravamur. Unde et apte subditur: Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum michimet ipsi gravis? Tunc sibi contrarium deus hominem ponit, cum deum homo peccando derelinquit. Serpentis quippe persuasionibus captus hostis eius extitit, cuius precepta contempsit. Iustus vero conditor hunc ut sibi contrarium posuit, quia in tumida elacione deputavit. Sed ipsa hic contravencio culpe facta est hominum pondus pene ut corrupcionis sue male liber serviat qui bene sine corrupcionis libertate gaudebat. Ad liberam quippe similitudinem artem deserens ad infirmitatem ingenii superbiendo pervenit et custodem cordis erigendo supposuit, quia qui subesse divinis iussionibus noluit subiectus se necessitatibus succumbit [illegible].

De pondere carnis ac mentis

Quod melius ostendimus si ea que de ie sustinet et pondus carnis et pena pondera mentis exprimamus. Nec enim tactamus hoc quod dolores tolerat, quod febribus anhelat, sua quadam egritudine constringitur ipsa, quam in corpore quasi salus vocatur egritudo est. Nam otio tabescit, opere deficit, inedia deficiens cibo reficitur ut subsistat, refectione lacessens abstinencia relevatur ut ingerat, aqua perfunditur ne arescat, linteis tergitur ne ipsa nimia perfusione liquefiat. Labore vegetatur ne quiete torpeat, quiete refovetur ne laboris exercitatione succumbat. Fatigata vigiliis recreatur, ne quiete sua per sompnus lassetur. Vestibus tegitur ne frigoris asperitate penetretur, quesito calore deficiens ariditatem flatus refovetur. Cumque inde moles

tias in vertit. Unde vitare molestias que
sunt male sanata, ut ita dixim, de ipso
suo medicamine languescunt. Remotis
ergo febribus cessantibusque doloribus
ipsa sua salus egritudo est, cum curan-
tibus dei necessitas nulla iam deest. Quod
enim solacia adinvenimus, quasi tot ire
egritudini medicame-
tis obviamus. Sed ipsum quoque medicame-
in longius vertitur, quia conquisito reme-
dio paulo diutius inherentes, ex eo gra-
vius deficimus, quo providere ad refectionem
paravimus. Sic nimirum debuit presumptio
corripi, sic superbia sterni spiritum. Anima
enim elati semel supposuimus spiritum, ex tunc
defluentis corrupcione per terrarum lucem. Ipsa
quoque mens nostra a sue institutionis statu
gaudio exclusa, modo spe decipitur, modo
pavore vexatur, modo despiciendo dolo-
re deicitur, modo falsa hilaritate relevatur.
Transitoria pertinaciter diligit, sed eorum amis-
sione incessanter atteritur, quia et incessan-
ter cursu rapiente permutatur, rebus autem
mutabilibus subdita et a semetipsa variatur.
Nam quesivimus quod non habet, anxia perquirit.
Cumque hoc habere cepit, tedet habuisse [illegible]
pisse quod quesivit. Amat sepe quod despex-
erat, despicit quod amabat. Cum labore
que eterna sunt discit, sed eorum repente ob-
liviscitur, si laborare desierit. Diu querit
ut parvum quid de summis inveniat, sed
ad consueta citius relabens, nec parum in
his que invenit perseverat. Eruditionem
appetens vix suam ignorantiam superat,
sed erudita gravius contra se gloriam pug-
nat. Vix carnis sue sibi tirannidem
subicit, sed tamen adhuc intus ymagines cul-
pe tolerat, cuius iam foris opera vincendo
restrinxit. In auctoris sui inquisitione
se erigit, sed rebellantem hanc corporea
rerum [illegible] caligo confundit.
Semetipsam qualiter incorporea corpus re-
gat, invenire vult et non valet. Requirit
unde quod sibi inde non sufficit, et sibi eo
ignara deficit quod prudenter requirit.
Ampla est et simul angusta, considerans
qualem se veraciter estimet ignorat.
Anima si non ampla esset, nequaquam
quam tam investiganda requireret, et
rursum si angusta non esset, hoc ipsum
saltem quod ipsa requirit inveniret. Bene
ergo dicitur: Posuisti me contrarium tibi et fac-
tus sum mihi met ipsi gravis, quia deum
repulsus homo et certe molestias et
amente gemes tolerat, grave nimirum
pondus semetipsum portat, undique labo-
ribus premitur, undique infirmitatibus in-
getur, ut qui relicto deo se sibi ad requi-
em sufficere credidit, nil inveniret nisi tu-
multus perturbationis in semet inveniret.

quod se fugere querit, sed auctore contemp-
to quo se fugiat non habet. Cuius infir-
mitatis pondus bene quidam sapiens con-
templatus ait: Et grave iugum super
filios adam a die exitus de ventre ma-
tris eorum usque ad diem sepulture in matrem
omnium. Beatus autem iob ista considerans
et quare ista ita ordinata sunt ingerens,
non iustitiam redarguit, sed in illam
inquirit, ut percunctando ipse humiliter
proficiat, quod precando divina pietas intimat.
Ideo sic apte dicit: Cur quasi contra-
rium tibi hominem despicis, qui certis
scio quia pie vel ipsum quem despice-
re credideris non nisi. Bene autem adhuc et hu-
militatem confessionis exprimit et vocem
libere inquisitionis adiungit dicens: Cur
non tollis peccatum meum et quare non
aufers iniquitatem meam? Quid am-
plius in verbis quid aliud quam de-
siderium prestolati mediatoris insinuat?
De quo Iohannes ait: Ecce agnus dei,
ecce qui tollit peccata mundi. Vel certe
designando quia tunc peccatum plene tol-
litur cum per incorruptionis gloriam
nostra corruptio permutatur. Esse namque
a culpa liberi nequaquam possumus
quamdiu in corpore mortis tenemur. Re-
demptionis ergo gratiam vel resurrectionis
soliditatem desiderat qui iniquitatem
suam auferri funditus sperat. Unde
mox et penam quam ex origine unius
et meritum corruptionis adhuc pertimescit
adiungens subdit: Ecce nunc in pulvere
dormiam, et si mane me quesieris,
non subsistam. Peccati pulvis homo
dum est pulvis est et in pulverem
revertitur. Mane autem dei illa est manifestatio
festatio mentium que in adventu in-
ditis apertis cogitationibus, qui per noctis
tenebras demittitur. Unde hinc
mane per psalmistam dicitur: Mane astabo
tibi et videbo. Querere autem dei est
hominis subtili interrogatione discutere
et discutiendo districte iudicare. Be-
atus igitur iob humane deiectionis
dampna considerans videat quia
et prius iam pena premitur et adhuc
defunctus gravius urgetur et dicat: Ecce
nunc in pulvere dormiam et si mane
me quesieris non subsistam. Ac si
aperte deploratus dicens: Supplicii
dum mortem iam carnis patior et tu
adhuc de venturo iudicio [illegible]
mortem districtionis tue [illegible] pertimesco.
Iudicium persona sustineo sed adhuc
[illegible] culpas restitui et
peccati meriti formido deteriorem [illegible]
mortem considerans dicit: Ecce nunc
in pulvere dormiam et si mane me

Em Ro.

Jo. 1o

gn 3.

Querere dei

Capitulum viij textus
Et psp multiplicis sermonis dicta

quesierit non subsistam Iuniorem mentes tuos adiungat Et si inquirere me quesieris non subsistam Quantalibet enim iusticia polleat nequaquam sibi in innocencia sua velut clara sufficiant si in iudicio districte requirantur Sed hoc iustorum ad solacium sine exceptionis in nemine quod nequaquam se posse sufficere humiliter sentiunt Sub humilitatis quo tegmine a gladio secrete animadversionis absconduntur et quo tiorem veniam iudicis prestolantes continuo timore trepidant eo indesinenter agitur ut reparationes fiant Sequitur Rudens autem baldad suites ayt Usque quo loqueris talia et spiritus multiplex sermonis oris tui Sequitur

De iniustis quibus semper gravia sunt verba iustorum

Iniustis quippe semper gravia sunt verba iustorum et que ad edificationem prolata audiunt hoc quasi superimpositum pondus ferunt Quod de se apte baldad suites indicat dicens Usquequo loqueris talia Qui enim usque quo dicit quia edificationis verba iam portare non possit ostendit Sed cum corrigi inique despitiens verba peccata terminat verba et primus adiungit Et spiritus multiplex sermonis oris tui Omnis multiplicitas in sermone reprehenditur et procul dubio intelligentie gravitas infecunde gatur Verba quippe et summa loquencium quadrifaria qualitate distinguimus

De qualitate dicencium

Nam sunt non nulli quos sentiendi ac dicendi amplitudo dilatat Sunt non nulli quos sentiendi simul et dicendi inopia angustat Sunt non nulli qui efficaciam dicendi habent sed acumine sentiendi steriles sunt sed inopia locutionis obmutescunt Hoc namque in hominibus cunctis Quod in rebus sepe insensibilibus videmus Nam plerumque humidans aqua ab intimis ducitur et largis insupsitam meatibus demanat Plerumque angusta in intimis latet et progrediendi rimas difficiliter inveniens foras angustior exundat Plerumque immunia in absconditis oritur cunctisque patens qua exeat invenit exlongo foramine plenius procedat magnis se meatus dilatatur sed non est quod fundat Plerumque vero ampla inas fontes sufficiunt sed angustis perfusa meatibus tenuissima profluit Sic itaque malis ob patentes emanat quod largus ingenii fons instruat Inaliis intellectus nec fonte porrigit nec lingua effundit Inaliis ob quidem ad dicendum patet sed ad redeundum pata est sensu lingua nil accipit Inaliis ita largus sentiendi fons accorde exundat sed hunc quasi meatus tenuis impar lingua coangustat In quibus nimirum quatuor custodi qualitas sola tamen tota subiacet que hoc sibi plocutione accipit ad quod pingerem non assurgit Nam prima laudanda est que utrumque simul carere omnia valens potest Secunda miseranda que utrumque simul caret Tercia admiranda que explere quod sentit non valet Tercia non despicienda atque repruenda que dissimone se erigit sensus iacet que inebrians in sfacione tumentibus sibilis ad aures audientium vasta sed vacua procedit quod in quod nunc baldad ad beatum iob crimen intorquet dicens Spiritus multiplex sermonis oris tui Nam cum multiplicitatem sermonis oris tribuit profecto oris inopiam reprehendit Ac si apte dicat Redundancia spiritus in sermone oris attollens sed spiritus indigencia exangustans Sequitur

De pravis qui reprehendunt iram iustorum

Pravam autem tum ita reprehendunt ne ipsi que iusta sunt destruere videantur hoc omnibus bona que audiendo didicerunt quasi incognita proferunt Unde et baldad primus adiungit Nunquid deus supplantat iudicium et omnipotens subvertit quod iustum est Hoc beatus iob non loquens negaverat nec reticens ignorabat sed pravi quique ut diximus et nota iactanter proferunt ut locutio docti videantur contempnunt moderate compescere quidem ne redaueant de improvida tacuisse Sciendum nobis est quia cum divine iusticie rectitudinem laudant Cum se ad gaudium prosperitas sublevat et alios flagella castigant cum se prosperitatis serenitas prosperitate prosperi alios adversitate fatigari Nam dum prius agunt sed iustos arbitrantur hoc quod sibi prospera suppetunt debere suis meritis credunt et eo quod colligunt quod deus iniuste non iudicaret quodquam iustos se adversitas multa multa contristat Sed si eorum tam quoque breviter vis superne correptionis attingit pulsari prius consilium divinum contimonis increpant quod plano commodi ore ecce meum nolimus amicicia provocat iniustum esse iudicium quod suis moribus adversatur Et nunc ganit de divina equitate disputant adversitationis verba prosiliunt et correpti quod delinquerunt gravius delinquunt Unde et per psalmistam contra peccatoris confessionem dicitur Confitebitur tibi cum bene feceris ei Despecta quippe vox confessionis est quam format iocunditas prosperitatis Sequitur

Locus dicit de divinis redditus

Vide de quibus locus

Quod hic et sunt nonnulli quorum acumen sentiendi sublevat

b

F

G

a

Pravi laudant iusticiam domini in prosperitate

Dicitur quod adversitas prosperitatis confitetur

Sola autem confessio sed magni meriti est ponderis quam a veritate rectitudinis nequaquam separat vis doloris quia usque ad iudicium vocis excrevit ad usitatas testis cordis. Non igitur immerito et Baldath divinam iusticiam laudat quam nullus adversus ab eadem iusticia tolerat. Sed quia amicos beati Iob hereticorum tenere speciem diximus libet ut pauca quomodo Baldath verba hereticorum subreptionibus congruant demonstremus. Hii quippe dum sanctam ecclesiam temporali correptionis adversione conspiciunt, scelus ipsius audacius in iactancia perverse predicationis intumescunt et super eius rectitudinem prevalentes propter se extimant, asserunt illam vero afflictam dignis retributionibus attestantur. Et verbis blandientibus subreptionis aditum protinus inter dolores querunt atque aliorum vitam exprobrantes mortuis alios ferunt ac si illi iam iuste defuncti sint qui dedecus digna credere noluerunt. Unde Baldath sinistre partis quam divinam iusticiam protulit illico adiungit: Etiam si filii tui peccaverunt ei et dimisit eos in manu iniquitatis sue, tu tamen si diluculo surrexeris ad deum et omnipotentem fueris deprecatus, si mundus et rectus incesseris, statim evigilabit ad te et pacatum reddet habitaculum iusticie tue. Ac si afflictis catholicis errorum predicatores dicant: Vite vestre prudentie et quam perversa teneat ecclesiarum ... mortui vos defuncti sunt dampnatione cognoscite quia conditori omnium perfidia vestra displicet, nequaquam a vobis tam innoxios ... intentu semet subtraheret. Ait enim: Etiam si filii tui peccaverunt ei et dimisit eos in manu iniquitatis sue. Ac si aperte dicat: In manu iniquitatis sue dimissi sunt qui vitam rectitudinis imitari noluerunt. Tu tamen si diluculo surrexeris ad deum omnipotentem fueris deprecatus. Quia enim se heretici tenere lucem veritatis estimant sanctam ecclesiam quasi merroris nocte positam ad diluculum veritatis vocant quatenus et per cognicionem dei quasi per diluculum surgat et sudorem pene peccata diluat. Si mundus et rectus incesseris. Quasi mundus ut incogitacione rectus in ope statim evigilabit ad te. Ac si aperte dicat: Is qui nunc tribulacionibus tuis ... perturbationibus non occurrit quasi ab adiutorio errantis dormit. Et pacatum reddet habitaculum iusticie tue. Id est presentis vite contrarietates amovet et tranquillitatis protinus securitatem prebet. Quia enim perversi quamque temporale gaudium singulare estimant divine remuneracionis bonum que ipsi anxie ambiunt hoc aliis pro magno pollicentur. Unde plerumque

quod sit ut aut amissa recuperari studeat aut ad maiora adhuc presentis vite premia auditorum suorum animos extendat. Quod patenter Baldath exprimit qui protinus adiungit: Intantum ut priora tua fuerint parva et novissima tua multiplicentur nimis. Si vero habitaculum iusticie conscienciam mentis vocat afflictis catholicis errorum magistri pacatum habitaculum iusticie promittunt quia si eos ad sua perversa trahunt, prestito ad mutationem conticescunt. Namque hii qui ad perversa potuerint tanto iam tranquillius temporali pace quieti sunt quanto longius a veritate separantur. Opes quoque intelligencie se sequentibus crescere spondent. Unde et subditur: Intantum ut priora tua fuerint parva et novissima tua multiplicentur nimis. Sed quia cor vobis non facile creditur cum sepe vita contemptibilis demonstrat, antiquiorum patrum sententias proferunt eorumque rectitudinem in argumento sui erroris inflectunt. Unde et subditur: Interroga enim generacionem pristinam et diligenter investiga patrum memoriam. Generacionem itaque pristinam ac patrum memoriam nequaquam videri sed investigari admonet quia hoc mea volunt conspicia quod sibi fide cunctis patet. Nonnumquam vero more bonorum quedam moralia docent et qualibus operibus presencia colligant in fine ac cogitacione que iam cum diebus preterierunt subtracta sunt quam multa sunt que videntur demonstrant. Unde et adhuc subditur: Hesterni quippe sumus et ignoramus quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram. Generacionem itaque pristinam interrogandam proponunt ut transire tempora vite presentis sicut umbra monstretur. Quia ut sequi erant ... transacta sunt ad memoriam reducimus patenter agnoscimus quam celeriter hoc quod fugiat quod tenemus. Sepe vero heretici eosdem nobiscum patres quos veneramur laudant sed intellectu depravato ipsis nostrorum laudibus impugnant. Unde et adhuc subditur: Ipsi docebunt te et de corde suo proferent eloquia. Notandum quod superius dixerat spiritum multiplicis sermonis oris tui. Nunc vero reductis ad memoriam patribus dicit: de corde suo proferent eloquia. Ac si iniustam sancte ecclesie heretici detestantes dicant multiplicitatem sermonis in ore habes in corde non habes. Sed illi quidem te audiendi sunt qui verba proferentes ex corde recta vivendo docuerunt. Sepe autem pravi dum sue vitam rectitudinis ignorant audent aliorum rectitudinem lacerant, cumque contra bonos sibi auctoritatem increpationis arripiunt

Ignorans sua culpam vituperat alienam

Pau(ci)s du(m) aliq(uo)s corripit sepius facit

ut ea bona proferunt que non viuendo
sed audiendo didicerunt aut ea aliis ma
la inuenientes ingerunt que sibi commit
tunt. Sed cum ea bona proferunt que
seruare contempnunt sciendum est quod plerosque
quod ueritas sic per ora admonitorum sonat
ut eorum lingua monens intra sen
at quatenus culpe reatum minus loquentes
et ignorantes sed ipsi sibi et iusti iudices
et facti accusatores fiant etc. De ypocrita

Uidde baldath mira quid contra ypo
critas subdit sed intentione ubi se
impetit quia simulator iusti nisi
ex aliquantulo ipse esset doctore iusti
nequaquam tanta temeritate presumeret.
Et quidem fortia sunt valde que dicit
sed hec stultis non autem sapienti primus
non recto dicere debuit quia et vecorde
se asserit quia ore sitis in flumine aqua
fundit sed intimum postponentes cum dicit
Pensemus subtiliter quid dicatur ut
nos prolata instruat quamvis mel
tum sui auctoris impugnet. Numquid
vivere potest scirpus absque humore aut cres
cet carectum absque aqua. Cum baldath
scirpum vel carectum compararet ipse pro
tinus aperit cum subiungit. Cum adhuc
sit in flore nec carpatur manu an
te omnes herbas arescit. Sic vie omnium qui
obliviscuntur deum et spes ypocrite pe

Ypocrita sig(nificatur) p(er) s(cir)pe(m) ...

ribit. Scirpus vel carectum nomine ypo
crite vita signatur que speciem qui
dem viriditatis habet sed ad usus humanos
fructum utilitatis non habet que sterilitate
operis arida permanens solo sanctitatis
colore viridescit. Sed neque sine humore
scirpus neque sine aqua carectum proficit
quia ypocritarum vita ad bona opera in
fusionem quidem superni muneris perci
pit sed in mente que agit exteriores laudes
appetens affectu percepte infusionis
inarescunt. Sepe namque intra signo
rum opera faciunt ab obsessis corporibus
spiritus pellunt et per prophetie donum venien
ra queque sciendo preveniunt sed tamen a lar
gitate tot munerum cogitationis intentio
dimisi sunt quia percepta dona non
eius gloriam sed suos favores querunt.

Ypocrita ideo g(rati)am dei p(er)dit q(uia) no(n) dei sed gl(ori)am sua(m) q(ue)rit

Cumque percepta bona in sua laude
se elevant ipsis muneribus contra largito
rem pugnant. Inde quippe contra dan
tem superbiunt unde ei amplius humiles
esse debuerunt. Sed eos eo peius modum
districtio sue perditionis quo inmo superna
bonitas et ingratos largius infundit
sicque eis amplitudo muneris incremen
tum dampnacionis quia ingrati fruc
tum non ferunt sed subviditatis colo
re vacui in altum crescunt. Sed quid hec
per semetipsam veritas expressit dicens. Multi

dicent michi in illa die domine domine nonne in
nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo
virtutes multas fecimus et tunc confitebor
illis quia numquam novi vos. Discedite a
me qui operamini iniquitatem. Scirpus
igitur vel carectum sine aqua non vivit
quia nimirum ypocrite non nisi ex superno
munere viriditatem bone operacionis accipi
unt sed quia hanc in usum proprie laudis
accipiunt magna quidem virides sed tamen
in aures crescunt. Unde autem subditur
Cum adhuc sit in flore nec carpatur
manu ante omnes herbas arescat. Scirpus
in flore est ypocrita in laude actionis vel
angustis sed tamen carectum manum non car
pit quia exasperatur per arroganciam
stibus de prauitate sua ypocrita corripi
dignatur. In flore suo manum non ca
pit medio quia in laude ypocrita po
tus sed hunc quisque corripere audeat aspe
ritate sua protinus vitam corripientis scan

De peioratione correpti.

Arrectus namque non esse appetit
nocuit et cum fortasse corripitur q
m operationis gloria detruncatur deprehen
sum se in pravitate irascitur. Cognis
redarguentem prohibet quia velit ocul
vilie tactus dolet. Qualis in piciis in
erit talis vult ab omnibus estimari et p
cior mori est quod corripi redarguto
detior redditur quia quasi dure pa
sionis iactum estimat permittat verum
bone conversationis protinus in gemella singu
et que mala congeret contra vitam corr
toris inquirit. Demonstrare longe in
comparabiliter cum rem reprehensione
sum desiderat ut innocentem se in
suis actibus sed alienis criminibus ostend
ita ut sepe homo redarguationis ab
se divisse peniteat et quasi accipien
mam sic corripientis animo hu
ut ita dixerim sanguinis meroris emit
Unde bene per salomonem dicitur Noli argu
ere derisorem ne oderit te. Nec enim metu
endum est ne derisor cum corrip
contumelias inferat sed ne tractu
adductus fiat peior. De ypocrita.

Inter hec sciendum est quod in isto
bona quia recipide incipiunt in
ad primis vite terminum crescunt ypo
critarum vero opera quia nequaquam in occul
radicata sepe cum deficiunt quam p
vita finiatur. Nam plerique studio
sancte eruditionis insistunt et quia
non reparandis mentibus sed pervertendis
favoribus inquirunt statim ut in
sensum humane [illegible] laudis amp
et per hoc gratiam cuiusdam prefectus asse
tota mente secularibus curis in se sum
atque a sacre funditus eruditione vacau

et agendo post indicat quanta temporalia
diligant qui sola prius eterna predicabant
plerumque ante assumpte speciem magistra-
tus ostendunt quiete silencii pacien-
cie longanimitate continencie virtute deco-
rantur sed cum per hoc quesitum culmen
honoris attigerint cunctis se iam reveren-
cia acciti impenderint protinus se lasci-
viam voluptatis fundunt et bona se
corde tenuisse ipsi sibi testes fiunt qui
hoc cito dimiserunt. Non nulli vero que ad-
possident condunt atque indigentibus cuncta
largiuntur sed tamen ante dite cunctum ava-
ricie prurigine accensi aliena appetunt
qui sua largiri videbantur et pertinaci per
crudelitatem ambiunt quod ficta prius pieta-
te reliquerunt. Unde et recte mox dicitur Cum
adhuc sit in flore nec carpatur ma-
nu ante omnes herbas arescit. Iuxta
carnalem quippe intellectum et iusti her-
be sunt propheta attestante qui ait Omnis
caro fenum. Sed ante omnes herbas arescere
cirpus dicitur quia iustis in bono suo perma-
nentibus ariditate assumpte latitudinis
ypocritarum vita desiccatur. Sed herbarum
ariditatem cirpus prevenit quia prius quam
decime tuseat ea que iuste ordinavit virtu-
tum sua derelinquit de quibus bene per psalmum
dicitur Fiant sicut fenum quod prius quam evella-
tur arescit. Fenum quippe edificii in al-
to nascitur sed nequaquam pinguem ra-
dice solidatur quia et ypocrita summa qui-
dem sunt que agere cernitur sed non mentis co-
rdis puritate roboratur. Et nimirum
fenum et non evulsum citius arescit quia
plerumque cum inperiti adhuc vita sub-
sistit eciam sanctitatis opera que iudicatur
speciem amittit quia enim sine intencione
recte cogitacionis bona studuit agere hoc
amittens indicat se sine radice flor-
uisse. Sed baldach sicut per divinum cur-
sum ut cetera operatur illico aperit
cum subiungit.

Sic vie omnium qui obliviscuntur
deum et spes ypocrite peribit. Quid
enim cunctis suis operibus ypocrita sperat
nisi honoris reverenciam gloriam
laudis amplioribus meriti sanctius
ab omnibus vocari. Sed permanens spes ypo-
crite non nascitur quia eternitatem non que-
rens fugit extenditur. Nequaquam quippe men-
tis eius intencio nulla gloria figitur
que sine fine possidetur sed cum tran-
sitoriis favoribus inhiat perdit percipi-
endo quod laborat veritate attestante que
ait Amen dico vobis receperunt mer-
cedem suam. Sed hec spes recipiende
mercedis teneri diu non potest quia pro con-
fessis operibus honor tribuitur sed vita ad eter-
num urgetur laudes resonant sed ad se

cum laudibus tempora festinant. Et quia
nequaquam animus mutabilitatis amore vindi-
quoque divinitatem summo conatur atque ab
eis quo prophetiae gratia subtrahatur in
dicat. Nam subditur: Cum dixero
nequaquam ita loquar commuto faciem
meam et dolore torqueor. Iudaei quip
pe indicata loqui ut prius voluit quae
enim quae praedicavit negavit. Sed commu
tata facie dolore torquetur quia
dum intus sui hominis aspectu quo agno
sci a conditore poterat foeditate
perfidiae polluunt apertius incipiens
malis subiectam se ultione damnat
qui enim commutata facie a conditore non
cognoscitur quam perdita bonae conscientiae fi
de reprobatur sed minimum restat ut
suppliciorum dolor torqueat quod sinus
non cognoscens conditor ignorat.

Moraliter.

Quia igitur haec sub redemptionis in
significatione transcurrimus nunc
moraliter discutiendo replicemus.
Dies mei velociores fuerunt cur
sore fugerunt et non viderunt bonum.
Sicut saepe iam diximus sic primus
homo conditus fuit ut per incrementa
temporis tendi possit eius vita tamen non
excludi. Sed quia sponte ad culpam de
cidit quo attigit vetitum pertulit decur
sum quem nunc homo praesentis vitae de
siderio oppressus indesinenter et tole
rat et optat. Ille enim firmatus bene
appetit sed per incrementa nunc cotidie ad
finem tendit nec deprehendi valet temporum
incrementa quam nulla sunt nisi cum
repente transacta fuerint quae veniencia
longa videbantur. Vir igitur sanctus sta
tum suae conditionis aspiciat et velut
genus nocte decem sue dampna insinu
at dicens: Dies mei velociores fuerunt
cursore fugerunt non viderunt bonum.
Ac si aperte dicat: Ad hoc homo conditus
fuerat ut bonum conditoris sui videre potu
isset, sed quia stare ad lucem noluit
fugiendo oculos amisit quia quo per
culpam cepit ad ima decurrere eo se cae
citate pertulit ne in tamen lumine videret.
De quibus diebus apte subiungitur: Per
transierunt quasi naves poma portantes.
Naves cum poma portant fructus etiam
vel per fructus ferunt. Terra non hominis
paradisus extitit quae lumine in conspectu
tenere potuit si per innocentiam stare
noluisset sed quod ad mutabilitatem videlicet
per culpam cecidit ad praesentis vitae mala
pro terram venit. Poma itaque terrae huius
fuerunt mandati summa concessa possi
bilitas operis naturae in diversa intelligentia
cia conditionis. Sed haec poma quae ex

Marginalia: Ipse enim nobis — corpo... — hoc ad quod fuit conditus — adhuc — et paradyso etiam hominis et quasi poma et alia pla et filios tene[...] — [...]

dem in terra remanemus penalia portamus quia concessa bona tot munera in continentia custodire in paradiso noluimus et servare nunc in temptatione conamur tendentes ad initium aeternae vitae pravitatis impellimur mutabilitatis nostrae fletu fatigamur. Sed quia paucis misterium adiungentia naturae bona restringimur quasi pungimur poma portamus. Quod intelligi et aliter potest. Cum enim poma portant suavitatem odoris habent sed gravedinem ponderis non habent. Et humanum genus a paradisi gaudiis repulsum quo vim contemplationis perdidit eo robur conditae fortitudinis amisit. Cumque ad superna repetenda se erigit fragile quidem odore intentionis sed digne non erit ponderis. Pomorum ergo odoribus repletur et tamen hic nusquam levis mens nostrae namque impellitur quia et paradisi celsitudinem cum odoris recordatione sentimus et importunos temptationum fluctus onerosae tolerantes sumus et apte subiungitur: Sicut aquila volans ad escam. Aquila enim alto valde volatu suspenditur et alta repetens ad aetherea libratur sed per appetitum ventris terras appetit se sequens quia a sublimibus repente deorsum fundit. Sic sic humanum genus in primo parente ad ima de sublimibus corruit. Creationis conditionis suae dignitas contemplationis celsitudine quasi in aeris libertate suspenderat. Sed quia contra praeceptum cibum vetitum tetigit per ventris concupiscentiam ad terras venit. Et quasi post volatum carnibus pascitur quia illa libera contemplationis spiracula perdidit et deorsum corporis voluptatibus laetatur. Sic ergo aquila volans ad escam dies nostri velociter transeunt quia quo ima petimus eo subsistere in vita prohibemur. Sed cum haec aliter mentis oculos nostra cogitatione revolvimus. Quos cruciationibus ingemimus cum omnipotens deus condidit quod peritum esse perimit cur is qui summe potens et summe bonus est nequaquam voluit hominem talem facere qui perire non posset. Cumque hoc tacita mens interrogat pavet ne ipso interrogationis ausu in superbiam cum pat seque humili comprimit et cogitationis suae verba restringit. Sed eo quo affligitur quo inter mala quae sustinet et derelictionis suae abscondito iudicio cruciatur. Unde hic quoque apte subiungitur: Cum dixero nequaquam ita loquar commuto faciem meam et dolore torqueor. Nequaquam quippe ita nos debere loqui dicimus cum incom-

conversantes nos metipsos paucos reprehendimus et sine reverentie considera...

firmitatis modum comprehensione refrenamus. In qua refrenatione sed mentis nostrae commutatur facies quia quae prius non capiens audenter summa requirebat infirmitatem suam post modum cognoscens venerari incipit quod ignorat. Sed in ipsa hac commutatione dolor est quia valde affligitur qui summe maiestatis ad intelligenda ea quae despiciunt arcetur. Et ne patitur iniusta esse consideret pavet ne in dolore placentiam loquens excedat. Cui silentium imponit sed coarctatus dolor eo ipso quo restringitur augetur. Dicat ergo: Cum dixero nequaquam ita loquar commuto faciem meam et dolore torqueor quia tum plerumque gravius affligimur cum quasi per consolationis studium afflictionis nostrae nobis conamur mala levigare. Sed quibus etiam subtiliter pravis primi damnatione propagata humanum genus damna considerat. Super est ut hiis adiungere pa metuit. Unde vir sanctus post quam gravia intulit repente post alia subiungit: Verebar omnia opera mea sciens quod non parceres delinquenti.

De virtutibus Job.

Que beatus iob opera aperte facere questione textus ostendit. Holocausta quippe multiplicibus auctorem placare studuit qui iuxta filiorum numerum est numerum consurgens diluculo offerebat holocausta per singulos eosque non solum ab iniquis actibus sed a prava cogitatione mundabat. De quo scriptura teste perhibetur: Dicebat enim ne forte peccaverint filii mei et benedixerint deo in cordibus suis. Affectum compassionis aperuit quia ipse de se amicorum consolationibus coactus dicit: Flebam quondam super eo qui afflictus erat. Pietatis visceribus impendit qui ait: Oculus fui ceco et pes claudo. Castitatis munditiam et in corde custodivit qui obtestando se aperit dicens: Si deceptum est cor meum super mulierem. Humilitatis culmen medullitus tenuit qui dicit: Si contempsi iudicium subire cum servo meo et ancilla mea cum disceptarent adversum me. Iustitia largitatis impendit qui ait: Si comedi buccellam meam solus et non comedit pupillus ex ea. Si non benedixerunt michi latera eius et de velleribus ovium mearum calefactus est. Gratiam hospitalitatis ostendit qui dicit: Foris non mansit peregrinus; ostium meum viatori patuit. Et inter haec adiutorium cumulum per excellentiorem caritatis viam et inimicos dilexit qui ait: Si gavisus sum

adimunt eius qui me oderat. Et in-
sum: Non enim dedi ad peccandum guttur
meum ut expeterem maledicens
animam eius. Quia ergo vir sanctus sua
opera verebatur qui illa se exhibuit per
quibus placari deus et erga iniquitates

De placere deum veraciter

Quid namque est quod iusti opera faciens
hec ipsa et videt pavens cum dicit: Verebar omnia opera eius mea, nisi
quod iusta vi actibus nostris colligimus ut
si placere deo veraciter cupimus postquam
vitia subiugimus ipsa etiam bona in nobis
gesta timeamus. Duo quippe sunt
que in bonis operibus valde est ut studiose formident: desidia videlicet et fraus.
Unde per prophetam iuxta vetustam translacionem dicit: Maledictus omnis qui
facit opus Dei fraudulenter et desidiose. Sed sciendum magno opere est quia de-
sidia per torporem nascitur, fraus per
privatam dilectionem. Illam namque minor
dei amor exaggerat, hanc autem male
mentem possidens sui ipsius amor creat.
Fraudem quippe in dei opere perpetrat
qui se ipsum inordinate diligens
per hoc quod recte egit ad remuneracionis
transitoria bona festinat. Sciendum quoque
est tribus modis fraus ipsa committitur
quia per hanc procul dubio aut tacita cor-
dis gloria aut favoris aura aut
res quelibet exterior desideratur. Unde contra
hec de iusto per prophetam dicit: Beatus
qui excutit manus suas ab omni munere.
Quia enim non solum fraus in accep-
cione pecunie est sed nimirum procul dubio
dubium non est. Tres vero sunt accepcio-
nes munerum ad quas ex fraude festi-
natur. Munus namque a corde est cap-
tata gloria a cogitacione, munus ab ore
est gloria per favorem, munus a manu
est premium per dacionem. Sed iustus quisque
ab omni munere excutit quia in
eo quod recte agit nec absconditur corde inanem
gloriam nec ab ore laudem nec a manu
recipere dacionem querit. Solus
ergo in dei opere fraudem non facit qui
cum ad studia bone actionis invigi-
lat nec ad corporalis rei premia nec
ad laudis verba nec ad humani iudicii
gratiam anhelat. Ipsa ergo bona nostra quia
insidiantis culpe evadere nequeunt
nisi sollicito cottidie timore muniantur,
per sanctum virum recte nunc dicitur: Verebar
omnia opera mea. Ac si humili confessio-
ne diceretur: Que aperte egerim video,
sed quid in his latenter pertulerim ignoro.
Sepe enim bona nostra latrocinanti
fraude depereunt quia rectis se intus
actibus concupiscentie terrene subiungunt.

Sepe desidia interveniente deficiunt
quia a fervore quo cepta sunt fri-
gescente amore tabescunt. Quia ergo
culpe subrepcio vix in ipso virtutis
actu vincitur, quid ad securi-
tatem superest ut studiose et in
virtute culpa timeatur. Sed postquam hoc
valde est periculosum cordi se subicit quod
subiungit: Sciens quod non parceres de-
linquenti. Si delinquenti enim non parcitur,
quis ab eterna morte eripitur, cum a
delicto mundus nemo reperitur? An
penitenti parcit et delinquenti non par-
cit, quia cum delicta plangimus
nequaquam iam delinquentes sumus. Sed
quid est quod Petrus cum negat respi-
citur et redemptoris negati res-
pectu ad lacrimas vocatur? Quid quod
Paulus cum redemptoris nomen in
terra conaretur extinguere eius verba
de celo meruit audire? Sed tamen culpa
in utrisque punita est quia et de Petro
teste evangelio scriptum est: Recordatus
Petrus verbi Ihesu egressus foras fle-
vit amare; et de Paulo hec eadem
que eum vocavit veritas dicit: Ego
ostendam ei quanta eum oporteat pro nomine
meo pati. Delinquenti ergo dominus nequaquam
parcit quia delictum sine ultione non
deserit. Aut enim ipse hoc homo in se
penitens punit aut hoc deus cum
homine vindicans percutit. Nequaquam
igitur peccato parcitur quia nullatenus sine
vindicta laxatur. Sic David audire post
confessionem meruit: Dominus transtulit pec-
catum tuum; et tamen multis post cruciatibus
afflictus ac fugiens reatum culpe di-
luentis quod perpetraverat exsolvit.
Sic nos salutis unda a culpa pri-
mi parentis absolvimur, sed tamen reatum
eiusdem culpe diluentes absoluti
quoque adhuc carnaliter obimus. Bene ergo
dicitur: Sciens quod non parceres delin-
quenti, quia delicta nostra sive per nos
seu per semetipsum resecat etiam cum re-
laxat. Abolere enim suis iniquitatum
maculas studet temporali afflictione
tergere, quas in eis imperpetuum noluit
videre. Sed mens electorum sepe plus
iusto trepidat, dum pavore quatitur,
dum sinistris suspicionibus urgetur,
tedet hanc vitam que se ad vitam
vel per labores ambigit pervenire.
Unde et subsequenter adiungitur: Si autem
et sic impius sum quare frustra labo-
ravi? Si enim remota pietate discu-
titur opus nostrum, pena dignum est
quod remunerari premiis postulamus. Un-
de igitur sanctus sub occulta iudicio trepi-
dans dicit: Si autem et sic impius sum

Petrus et paulus pro peccato puniti
Mt. 26.
Act 9.
2 Re 12.
absolucio a culpa non tollit penam

quare frustra laboravi. Non quod hunc
laborasse peniteat, sed quod metuisse se de-
prehendit, et inter labores dolet. Et sequitur:

De incertitudine sanctorum.

Sciendum nobis est quod viri sancti ita
incerti sunt ut confidant atque ita
confidunt ut tamen ex securitate non tor-
peant. Quia ergo plerumque mens et in
perfectis actibus trepidat, restat
ut per hoc boni operis agitur lavacrum
deprecationis exquiratur, quatenus ad
etiam prima munda ipsius operis subveniat
humilitas postulationis. Sed tamen sciendum
est quia mundos nos ad perfectum reddere
vel ita vel lavacra non valent, quousque
nos mortalitas nostre corruptionis te-
net. Unde et apte subiungitur: Si lotus fuero
quasi aquis nivis et fulserint velut
mundissime manus mee, tamen sor-
dibus intinges me, et abhominabun-
tur me vestimenta mea. Aque enim
nivis sunt lamenta humilitatis, quia
ante districti iudicis oculos ceteris vir-
tutibus preeminet, quasi pre magni meriti
colorem candet etc.

De pena sine humilitate

Sunt enim nonnulli qui lamenta
sunt sed humilitatem non sunt con-
afflicti, plangunt, sed tamen in ipsis fle-
tibus vel contra proximorum vitam su-
perbiunt vel contra ordinem conditoris
eriguntur. Hi nimirum aquas habent, sed
nivis aquas non habent, et mundi esse ne-
queunt, quia humilitatis fletibus mi-
nime lavantur. Aquis autem nivis
ille se lavabat qui confidenter
dicebat: Cor contritum et humiliatum deus
non spernit. Multi enim lamentis affli-
guntur, sed murmurando rebelles se-
cuntur, quidem contra frontem sed humilitatem
contempnunt. Nivis aque nimis intel-
ligi et alie possunt. Aque enim enim
fontis et fluminis ex terra oriuntur. Aque
non nivis ex aere prorumpunt. Et sunt ple-
rique qui precum lamenta se cruciant
sed tamen totis lamentorum laboribus
ad sola terrena desideria vigilant, com-
punguntur in precibus, sed felicitatis transitorie
gaudia exquirunt. Hos itaque nivis aque
non abluunt, quia eorum fletus ab i-
mis venit. Qui enim ex terre aqua pro-
fusi sunt, qui pretiosis bonis in preci-
bus compunguntur. Nivis vero ideo plo-
rant, qui premia superna desiderat,
aqua nivis hos diluit quod celestis
compunctio infundit. Nam cum plerum-
nem premiorum plamenta appetunt
eius quod accensi desideriis plangunt
assumunt actum. Sed vident Pro
manus autem quid aliud quam opera
designantur. Unde quidam sapiens dicit:
Manus vestre sanguine plene sunt, id est opera
crudelitatis. Notandum vero quod vir sanctus
non ait fulserint mundissime manus
mee, quia quousque pena nostre corrup-
tionis astringimur, etsi iustis operibus veram
mundiciam nequaquam apprehendimus sed
imitamur. Unde apte subiungitur: Tamen sor-
dibus intinges me. Deus nos intingere
sordibus dicitur, intinctos sordibus demon-
strare, quia quanto ad illum verius per
bona opera surgimus tanto subtilius
vite nostre sordes agnoscimus, quibus ab
eius mundicia discordamus. Ait ergo:
Si lotus fuero quasi aquis nivis et
fulserint velut mundissime manus
mee, tamen sordibus intinges me.
Ac si aperte dicat: Quamvis lamen-
ta supplex compunctionis insudare, quamvis
per studia recte operationis exercear, in
tuatum mundicia iudeo quod mundus non
sum. Inventa quippe deo quoniam ad hunc
ipsa corruptibilis caro dum bene contra
amorem pulchritudinem obstrepis
et illicitis cogitationum motibus fedat
vel insudat. Et abhominabuntur me
vestimenta mea. Quid enim vestimen-
ti nomine nisi hoc tegimen corporis ex-
primitur, quo induta anima tegitur ne im-
mortalitatis sue specie nuda videatur. Hinc etiam
Salomon ait: Omni tempore sint vestimenta
tua candida, id est membra corporis
a sordidis actibus munda. Et sequitur:

De vestimentis mentis.

Hinc Ysayas dicit: Vestimentum mix-
tum sanguine erit in combustionem.
Sanguine quippe vestimenta mixta est
desideriis carnalibus corporis inquinata.
Quibus nimirum se pollui per peccata corrum-
pi dampnat cum deprecabatur: Libera me de san-
guinibus deus, deus salutis mee. Hinc
voce angeli admonentes dicitur: Habes pau-
ca nomina in Sardis que non inqui-
naverunt vestimenta sua. Nos autem sancti
eloquii vestimenta ista nos abhomi-
namur quia abhominabiles reddimur.
Et propterea quod demonstratur: Hic posse-
dit agrum de mercede iniquitatis.
Neque enim emptum pretio sanguinis agrum
singuli possidere Iudas potuit, quod reiectis
triginta argenteis traditionis crimen
ante mortem ipse protinus multavit. Sed
possedit dictum est, possideri fecit.
Hoc loco abhominabuntur me vestimen-
ta mea, id est abhominabiles faciunt etc.

De specie anime etc.

Quia nimirum dum contra mentem
membra temptationum suarum
tumultibus intercurrunt, in ipso suo
certamine potiora anima cognoscit quam
superbiunt dum sit desideriis studiis infestationum

adhuc ad infirmitate despicitur que cor
ruptionem suam plene appetens tamen nequaquam
non valens fede pulsus cogitationis
inquinat. Hanc vestimentorum ab
hominatorem senserat qui dicebat: Video
aliam legem in membris meis repug
nantem legi mentis mee et captivum
me ducentem in lege peccati que est in
membris meis. Hec et vestimenta
in quibus preter placitum non portat quoque
melius res immunda deponere festinare
cupiebat dicens: Infelix ego homo
quis me liberabit de corpore mortis huius. Di
cat itaque vir sanctus iustus: Si lotus
fuero quasi aquis nivis et fulserint velut
mundissime manus mee tamen sordibus
intinges me et abhominabuntur me
vestimenta mea, quatinus ad summam con
templationis ex compunctione ascende
rit quantum prope se corruptionem la
boris accepit indignum tamen adhuc a
liquid de corpore mortis sentit et abhomina
bilem se esse considerat in multis que de
corde corruptionibus portat. Cum hoc
quoque fit quando sepe neque hic intelligitur
unde deliquit flagella suscepit sed
districto iudici quid iuste magis quod ne
minus displiceat non agnoscit. Unde
subditur: Neque enim viro qui similis mihi
est respondebo nec qui mecum in iudicio
ex equo audiamus. Et quid contra nos
dicat agnoscimus et in hiis que dicimus
sustinemus et quo obiecta pateat apprehen
dimus ex audientie a proposita inde vimus. Ca
go in invisibilis iudex que facimus videt
qui audit que dicimus sed quia id quod
ei displicet nequaquam plene cognoscimus
qui quid ipse dicit ignoramus. Vir igitur
sanctus vestimentorum suorum abhomina
tionem considerans eo amplius timet
quo audiri ex equo iudice non valet
quia quomodo corruptionis sue pon
derat et quam sine reprehensionis igno
rat. Ac si aperte dicat: Iudice ex equo
non audior quia et patent cuncta
que facio et unde ipse nescio per quanta
reprehendor. Sequitur: Non est qui utrum
que valeat arguere et ponere manum sua
in ambobus. Duorum sonat ut quis
quis dum arguat sed duorum non erit
si recurrit ad memoriam quod ipse psalmus
prophetam dicit per ysaiam quippe admo
net dicens: Quiescite agere perverse
discite bene facere. Querite iudicium sub
venite oppresso iudicate pupillo de
fendite viduam et venite et arguite

De argutione

Si namque que arguimus recolimus
auctoritate nos admonens admi
[illegible] quod dominus agere opera sua

git. Venite arguite me nisi quod ap
te insinuat quedam bonis actibus
fiduciam prestat. Ac si patenter dicat
recta agite et ad adversionis mee motibus
non iam desperationis gemitu sed presidencia
auctoritatis obviate. Hinc etenim Iohannes
dicit: Si cor nostrum non reprehenderit nos
fiduciam habemus ad deum. Hinc et quod moy
ses quia placatum sibi deus audit tacens
tamen filia dicit: Quid clamas ad me.
Hinc est quod nascentem retinet eum
audit. Dimitte me ut irascatur fu
ror meus contra populum istum. Hinc et
quod arguentem deus non invenisse sequitur
eum per prophetam dicit: Quesivi virum
qui interponeret sepem et staret oppositus
contra me ne dissiparem eam et non
inveni. Hinc et quod ysaias graviter
deplorat dicens: Omnes nos cecidimus
quasi folium et iniquitates nostre quasi ven
tus abstulerunt nos, non est qui
invocet nomen tuum qui consurgat et tene
at te. Sed possunt isti quibusdam parte
innocentie unum alii pietatis motibus
ad adversionis obviamus irae non au
diunt valet ipsa abhumano genere
supplicia secuture mortis expellere.
Vir igitur sanctus humanum genus con
siderat quo defluxit eterne mortis
dampna conspiciat. Cum nimium constat
quia nequaquam iustitia humana contradicat
videat quam perverse homo deliquerit
videat quam districte homines contra
irascatur et mediatorem dei et hominis
deum et hominem requirat. Que quia
longe post venturum considerat de
plorans dicat: Non est qui utrumque
valeat arguere et ponere manum suam
in ambobus. Redemptor quippe huma
ni generis mediator dei et hominis per
carnem factus quia iustus in hominibus
solus apparuit et tamen ad penam culpe
et sine culpa pervenit et hominem arguit
ne delinqueret et deo obstitit ne feriret.

De exemplis innocentium

Exempla innocentie prebuit pe
nam malicie suscepit patiendo. Er
go utrumque arguit qui et culpam ho
minis iustificando compungit et
iram iudicis moriendo temperavit. Atque
in utrisque manum posuit quia exem
pla hominibus que imitarentur prebuit
et deo in se opera quibus erga homines
placaretur ostendit. Nullus quippe an
te exstitit qui sic pro alienis excessibus
intercederet ut propria non haberet. Eter
ne morti tanto quis in aliis obvia
re non poterat quanto hunc reatus de
propriis astringebat. Venit itaque novus
homo ad homines contradictor ad culpa

Io. 30

Exo. 32

Ezech. 22
Is. 64

Redemptor quippe per deum te
nuit et hominem redemit

.9.

animo ad penam inimamonstrauit crudelia protulit clamam ergo suam in ambobus posuit quia vide re in vite docuit inde irati iudicem placauit. Quam hic quoque ipse sanctus vir inmaculis mirabilia preponit qui cordarde liquescentis mansuetudinis potius quam terrore correxit ~~dicens~~ et subdidit. Auferat a me virgam suam et pavor eius non me terreat.

De ostensione mansuetudinis

Per legem quippe virgam deus tenuerat cum dicebat Si quis hoc vel illud fecerit morte moriatur. Sed incarnatus virgam abstulit quia vias vite per mansuetudinem ostendit. ~~Cui~~ et ei per prophetam dicitur Intende prospere procede et regna propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam. Timeri quippe quasi deus noluit sed quasi pater ut amaretur inspirauit. Quod liquido paulus dixit Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore sed accepistis spiritum adoptionis in quo clamamus abba pater. ~~Unde~~ hic quoque apte subiungitur Loquar et non timebo eum.

De ostensione mansuetudinis

Vir enim sanctus quia iam humani generis redemptorem venire mitem conspicit non metum ad dominum sed affectum ad patrem suscipit quia per adoptionis gratiam ad amorem surgit. Hinc iohannes ait Timor non est in caritate sed perfecta caritas foras mittit timorem. Hinc zacharias dicit Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi. Timor ergo a morte nos suscitare non valuit sed ad statum vite aspirata mansuetudinis gratia erexit. Quod bene helyseus sunamitis filium suscitans signat. Qui cum baculo puerum mittens extincto filio vitam minime reddidit et per semetipsum veniens seque super mortuum sternens atque ad eius membra se colligens huc illucque deambulans et in os mortui septies aspirans hunc ad lucem vite protinus per ministerium compassionis animavit. Auctor quippe humani generis deus quasi mortuum puerum doluit cum extinctos nos in iniquitatis aculeo miseratus aspexit. Et quia per moysen terrorem legis protulit quasi per puerum virgam misit. Sed puer cum baculo mortuum suscitare non valuit quia paulo attestante nichil ad perfectum adduxit lex. Ipse autem per semetipsum veniens et super cadaver humiliter sternens ad coequanda sibi mortui membra se collegit. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Huc illucque deambulat quia et iudeam in proximo et longe positas gentes invocat. Super mortuum septies aspirat quia per apertionem divini muneris gratie septiformis spiritum in peccati morte iacentibus aspirat. Cumque vivus erigitur quia puerum quem terroris virga suscitare non potuit per amoris spiritum puer ad vitam redit. Dicat itaque cum sua dicat conversionem humani generis voce ait Auferat a me virgam suam et pavor eius non me terreat. Loquar et non timebo eum. Ubi et apte subiungit Neque enim possum metuens respondere.

De respondere deo

Respondere quippe eius dictum est cum sibi similis digna opera repensamus. Deo ergo respondere est donis eius precedentibus iusta obsequia reddere. ~~Sed~~ et per quidam in quibus sancta operatio inchoanda est. Per omnia adiuvandum semper preparatur. Cum itaque deus hominem condidit eumque ad peccata defluentem cum longanimitate tollerans correctionis culpas aspicit et tamen vivendi spacia non clementer abscidit. Dona largitur benignitate sua erga malos utitur. Unde homo tot beneficiis dei sed tamen metuens non valet respondere. Quia humani generis conditorem qui adhuc serviliter formidat procul dubio non amat. Illam tunc solum deo vera obsequia reddimus cum eum per amoris fiduciam non timemus. Cum nos ad bona opera non affectus non metus dirigit. Cum malum iam menti iam non placet et si licet. Nam qui a pravitatis opere cum timore restringitur peccata libenter ageret si liceret. Nequaquam ergo veraciter innocens est qui adhuc a pravitatis desiderio liber non est. ~~Bene itaque dicitur~~

De vero obsequio

Marginalia: Auferat a me virgam suam et pavor eius — Ps. 44 — Regna propter veritatem et mansuetudinem — Pro timore voluit amari — Ad Ro. 8 — ad patrem — I Io. 4 — Luc. 1 — IV Re. 4 — Ad Phil. 2 — Figura de resurrectione generis humani

Neque enim metuens videre quia vera obsequia deo non reddimus si ex timore mandatis illius et non potius ex amore servimus. Sed cum menti pre eius dulcedinis amor accenditur. Omne desiderium presentis vite leviatur. Interim delectacio intus atque hanc cum intendo re mens toleat cum victa prius reprobo amore serviebat. Unde apte subditur: Tedet animam meam vite mee. Sed cum prius vita mulcescit cum conditoris amor dulcescere cepit sese contra se animus accendit ut accusare se deceat pro quibus debeat in quibus se ante superbus nescius defendebat. Unde adhuc recte subiungit: Dimittam adversum me eloquium meum. Contra se eloquium suum mittit qui prava que gessit defendere antea nisus conatur. Sed adversum se eloquium dimittit qui accusare inse hoc incipit quod erravit. Sepe nos et cum delinquimus ea quoque que agimus vindicamus. Accusat ipsa mens quod perpetrat et despicit.

De confessione penitentie

Sed quia hoc cor desiderio minime desistit erubescit confiteri quod fecit. Cum vero tota iam videtur carnis delectacionem premit audaci voce in accusacionis sue confessione se erigit. Unde recte nunc dicitur: Dimittam adversum me eloquium meum. Quod fortis mens relaxare contra se verba detestacionis inchoat que apud semet ipsam prius in sinu verecundia retinebat. Sed sunt nonnulli qui apertis vocibus culpas fatentur sed tamen in confessione gemere nesciunt et lugenda gaudentes dicunt. Unde adhuc apte subditur:

De amaritudine anime

Loquar in amaritudine anime mee. Cum culpas suas detestans loquitur restat necesse est ut in amaritudine anime loquatur ut hec ipsa amaritudo puniat quod que lingua premente iudicium accusat. Sciendum vero est quod compunctione quam bene mens irrogat aliquatenus securitatem percipit atque ad interrogacionem superni iudicis fiducior exurgit ut semet ipsam subtilius inveniat et erga se quo disponat agnoscat. Unde et protinus additur: Dicam

deo noli me condempnare. Indica michi cur me ita iudices. Cum in peccatorem se in amaritudine anime afficit quid deo aliud quam ne condempnetur dicit? Quia amaritudo presentis pene extinguunt supplicia sequentis vite. Duobus autem modis in hac vita homines iudicat deus quia aut per mala presencia irrogare iam tormenta sequencia aut tormenta sequencia flagellis presentibus extinguit. Nisi enim scelestibus delictis exigentibus iustus iudex et nunc et perpetuo quosdam percuteret Judas minime dixisset: Secundo eos qui non crediderunt perdidit. Et de quibusdam psalmista non diceret: Induantur sicut diploide confusione sua. Diploide quippe duplum vestimentum dicimus. Confusione ergo sicut diploide induti sunt qui iuxta reatum suum interitum et temporali et perpetua animadversione feriuntur.

De pena presenti ab eterni

Solos quippe pena a supplicio gehenne liberat quos et immutat. Nam quos presencia mala non corrigunt ad sequencia perducunt. Sicut autem nequaquam quosdam pena sequens presentis a supplicio eternio defendet paucis minime dixisset: Cum iudicamur a domino corripimur. Hinc voce angelica ad Iohannem dicitur: Ego quos amo arguo et castigo. Hinc et scriptum est: Omnem diligit dominus castigat flagellat omnem filium quem recipit. Sepe ergo mens iusti ut magis secura sit alcius depredatur et cum flagellis cogitur superni iudicii magnitudine turbatur. Pavet ne interim sequentis dampnacionis sit omne quod patitur et per cogitacionem interrogat iudicem quia de miseria sue mutans ambigit impercussione. Sed cum vice verbis ad oculos mentis reducitur quasi consolatorem audire videtur quia nequaquam ad perdendum percutit quem inaccionis innocencia feriendo custodit. Unde itaque nunc dicitur: Indica michi cur me ita iudices. Aperte dicatur: Quia flagellando me iudicas, unde quod ad iudicium per flagella securum reddas. Quod tamen intelligi et aliter potest. Nam plerumque vir iustus flagella ad probacionem recipit et vita

Quod vult videre omnia ipse potest

suam subtilissima inquisitione discutiens quatinus se peccatorem et senciat et fateatur. Propterea quia tamen specialiter culpa penitus minime cognoscit atque eo magis in percussione trepidat quo causas sue percussionis ignorat, petit ut semetipsum ei iudex indicet, quatenus quod ille carendo [illegible] patitur hoc misericorditer ipse castiget. Scit namque quod equissimus iudex iniuste quempiam nullomodo affligit et magno metu concutitur quia et dolorem in verbere et deprehendere iniusticiam in percussione non valet quod deploret. ~~Unde adhuc subditur~~ Numquid bonum tibi videtur si calumnieris et opprimas me pauperem opus manuum tuarum et consilium impiorum adiuves? Hac inquisitio sic premittitur quatinus negetur. Ac si aperte dicat: Tu qui summe bonus es non puto quod bonum estimas ut pauperem per calumniam opprimas. Et scio quod magis doleo quod causas iusticie ignoro. Notandum vero quod non ait ut opprimas innocentem sed pauperem. Cum enim districti iudicis nequaquam innocentiam sed paupertatem suam obicit, non iam de vita audaciam arripit sed quasi se infirmum conspicias ostendit. Ubi et congrue subiungit: Opus manuum tuarum. Ac si aperte dicat: Impie opprimere non potes quem te fecisse gratis recordaris. Sed ante subditur: Et consilium impiorum adiuves. Quos namque hoc loco impios nisi malignos spiritus vocat qui tamen redire ipsi ad vitam nequeunt, crudeliter socios ad mortem querunt. Quorum nimirum consilium fuit ut beatum Iob divina comprobatio tangeret, ut qui in tanta simplicitate mentis coruscat saltem per flagella peccaret.

De consilio magnatorum.

Sed impiorum consilium Dominus non adiuvat quia eorum temptationibus carnem iusti prodidit, animam negavit. Hoc indesinenter contra bonos consilium maligni spiritus inveniunt ut hii quos sine deo in nocentis simplicitate conspiciunt vexari adversitatibus

ad iniuriam magnum culpe rapiant. Sed eorum consilium cum mentem destituit, quia pius conditor cum viribus flagella moderatur, ne vulneratos pena transeat et paciencia forcium humana infirmitas excedat. Unde bene per Paulum dicitur: Fidelis autem Deus qui non patietur nos temptari supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione etiam proventum ut possitis sustinere. Nisi enim misericors deus cum viribus temptamenta modificet, nullus profecto est qui malignorum spirituum insidias non corruens portet, qui si mensuras nobis temptationibus non prebet eo ipso protinus stantes deicit. Sic ante beatus Iob negando requisivit ista que protulit sic et requirendo negat ea que illico subiungit dicens: Numquid oculi carnei tibi sunt aut sicut videt homo et tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui aut anni tui sicut humana sunt tempora ut queras iniquitatem meam et peccatum meum scruteris et scias quia nichil impium fecerim?

De carneis oculis.

Oculi carnei facta temporum non nisi in tempore agnoscunt quia et ipsi videndum cum tempore prodeunt cum tempore clauduntur et humanus visus quod [illegible] sequitur non pervenit, quia vero eterna aspicit sententia nullomodo agnoscunt. Dies quoque et anni hominis ad eternitatis annos discrepant eternitatis quia vita nostra que tempore incipit tempore finitur. Quamdiu in suo sui latitudine formatur eternitas devorat. Cuius immensitas quia nullo [illegible] quod supra tenditur sine inchoatione et fine eternitas esse dilatatur. Cui profecto nec transacta pretereunt nec adhuc ventura quasi que venient appareant desinunt quia is qui semper esse habet cunctas presencia conspicit et conspiciendo presens et an non tendit immo [illegible] in tantus immutacione [illegible]. Dicat ergo: Numquid oculi carnei tibi sunt aut sicut videt homo et tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui aut anni tui sicut humana sunt tempora ut que

Affectio

Afflictio magis est peccatum [illegible] et cetera ingratie

tangerent

ras iniquitatem meam et peccatum meum
scruteris et scias quia nichil impium
fecerim. Ac si humiliter requirens dicat:
Cur me intus per flagella examinas,
quem apud te perfecte et ante tempora scisti? Cur
culpas meas verberibus introgas, quas
penetrabilitate tue potentie nec prius quam
conderes ignoras? Cumque ministerio potencie mox
pondus adiunxit, cum subiungit: Cum
sit nemo qui de manu tua possit eru-
ere. Ac si aperte dicat: Quid tibi res-
tat nisi parcere, cuius virtuti nullus valet ob-
viare? Quia enim nemo est qui evadendi posi-
tionem tuam exeundo sive virtutis retineat
eos a se sacibus tua pietas erigat
ut parcas. Quia autem nos delicto con-
cepti iniquitatibus editi aut noviciter per-
na perpetramus aut in antea vita age-
ndo delinquimus, districtus iudex ut de nobis
fiat placabilis non habemus. Sed tamen quia
opus eius obtutibus dignum exhibere
non possumus, restat ut ad placationem
illius suum ei opus offeramus. Unde
et subditur: Manus tue plasmaverunt
me et fecerunt me totum in circuitu et
repente precipitas me. Ac si humiliter di-
cat: Quia subnixo merito dignum
non est tue placationi quod feci, pensa
misericorditer ne pereat quod fecisti. Qui-
bus et verbis prius Manichei dog-
ma destruitur, qui duo esse principia
mentiens, a Deo spiritum, a satana vero car-
nem conditam asserere conatur. Sanctus
enim vir, per spiritum prophetie plenus,
longe post venturam considerat et erro-
rum germina prudens calcat dicens:
Manus tue fecerunt me et plasma-
verunt me totum in circuitu. Qui enim et
plasmatum se et factum totum in circuitu a
Deo asserit, tenebrarum genti nichil in ipsius
suo aliquid in creatione derelinquit.
Tam plasmatum se per interiorem ymagi-
nem retulit, factum vero totum in circuitu
in eo quod exterius constat indumento
memoravit. De homine creato in virtute spiritus vitalis

Notandum vero est quia per hoc quod se
plasmatum Dei manibus asserit
nne iudicet dignitatem sue conditionis
opponit. Quamvis enim per coeternum Dei
Verbum cuncta creata sunt, in ipsa tamen
relatione creationis ostenditur quantum
cunctis animalibus quantumque rebus vel celes-
tibus sed tamen insensibilibus homo preferatur.
Cuncta quippe dixit et facta sunt.
Cum vero facere hominem decrevit, hoc
quod reverenter pensandum est premittit:
Faciamus hominem ad ymaginem
et similitudinem nostram. Neque enim sic
de rebus ceteris scriptum est: Fiat et
factum est. Neque ut aque volatilia,
sicut terra homines protulit. Sed prius
quam fieret: Faciamus dicitur, quia
rationalis creatura condebatur, que
cum consilio facta videretur. Quid quod de
terra plasmatur et inspiratione condi-
toris in virtute spiritus vitalis erigi-
tur, scilicet non per iussionis vocem sed per
dignitatis operationem existeret qui
ad conditoris ymaginem fiebat. Quod
igitur pro conditore homo eleganter in
creaturis ceteris accepit, hic in fla-
gello positus pietati sui opificis
opponit dicens: Manus tue plasma-
verunt me et fecerunt me totum in circuitu
et sic repente precipitas me. Ac
si aperte dicat: Cur tanta vilitate
despicis quem tanta dignitate condi-
disti? Et quem rebus ceteris pre-
fecis cur condolore supponis? Sed tamen h-
eadem nimia dignitas fulget per ymagi-
nem et longe distat a beatitudinis
perfectione per carnem, quia dum spiritum
minister pulvis quodammodo concutit
in firmitati. Quam nimirum infirmita-
tem beatus Iob pietati iudicis obicit
cum subiungit: Memento queso quod
sicut lutum feceris me. Angelorum spiritus
ideo irremissibiliter peccavit quia
tanto robustior stare poterat, quanto eos
carnis admixtio non tenebat. Homo
vero ideo post culpam veniam me-
ruit quia per carnale corpus aliquid
quo semetipso minor esset accepit. Sed
et apud respectum iudicis argumentum pie-

Gn. 1
g
Homo signatior inter ceteras creaturas
2a c. m
a
b
Cur peccatum angeli est irremissibile et hominis remissibile

tatis est hec eadem infirmitas car-
nis. Sicut ppe dicitur. Ipse autem est
misericors et propicius fit peccatis eorum
et non disperdidit eos. Et multiplicavit
ut averteret iram suam ab eis et non
accendit omnem iram suam et memo
ratus est quia caro sunt ut lutum. quo
homo factus est quia de limo est ad
conditionem sumptus. Lutum quippe fit
cum se aqua terre conspargit. Sicut
lutum itaque homo est conditus quem
quasi aqua infundit pulverem eius atta
rigat carnem. Ex suis viribus pie
tati iudicis obicit eum postulans
dicit. Memento queso quod sicut lutum
feceris me. Ac si aperte dicat infirmi
tatem carnis considera et reatus iniqui
tatis laxa. Ubi aperte mortis quoque eius
dem carnis adiungit cum primo subs
infert. Et in pulverem reduces me.
Ac si aperte postulet dicens. Memento quod
quod pereuntem ad terram tendo. Materiam
itaque originis et penam finis aspice
et culpas cicius transcurre. Sed quia
qualitatem prioris hominis conditionis
subiungit originem propagati dicens
Nonne sicut lac mulsisti me et
sicut caseum me coagulasti. Pelle
et carne vestisti me ossibus et ner
vis compegisti me.

De homine qui coagulatur sicut caseus.

Plasmatus quippe homo sicut ex
luto lutum factus est propagatus autem
et sicut lac mulgetur semine et sicut
caseus coagulatur in carne carnibus
et pelle induitur ossibus et nervis so
lidatur. Plenum ergo prime conditionis
qualitas peractus (?) Ubi sequens ordo concep
tionis exprimitur quia per coagulationis
initia ducitur ut paulisper in ossa ro
boretur. Sed angusta dei laude et despe
cto carnis corporis infirmitati subsequitur exp
rimat munera aspirationis visitationis
Vitam et misericordiam tribuisti
michi. Sed in cassum nobis dona condi
tor tribuit si non omne quod tribuit ipse
custodit. Unde et visitatio tua custodivit spiritum meum.

Hec autem que de conditione hominis divi
nimus et menon posse congruere

libus ut breviter replicando monstre.
Memento queso quod sicut lutum feceris
me. Sicut lutum quippe ex humo et aqua
consistit quia sancti spiritus gratia terrene
menti infunditur ut ad intellectum sui
conditoris erigatur. Humana namque
cogitatio que peccati sui sterilitate ari
de pondere sancti spiritus quasi irrigata terra vir
descit. Sed sepe dum perceptis supni
doni virtutibus sine interruptione utitur
ad privatam fiduciam usque contemne prospe
ritatis elevatur. Unde sic plerumque ut ipse
qui sublevat parumper spiritus deserat quatenus
ipsum sibi hominem ostendat. Ex sic
virtutibus exprimitur cum subiungit Et in
pulverem reduces me. Terra enim
per subtractionem spiritus mens ad aliquantulum
in temptatione deficitur quasi a possessione
prestino terra siccatur ut in firmitatem suam
delictum senciat et sui infusione supni
gratie quantumque homo arcet agnoscat.
Qui apte quoque reduci ad pulverem dicitur
quia sub dimissione cuiuslibet temptationis animus
rapitur. Sed dum relicti concutimur ea
que afflicti cognovimus subtilius iam
bona cogitamus. Unde subiungit Nonne
sicut lac mulsisti me et sicut caseum
me coagulasti. Mens enim inicia tu
perfecti spiritus gratiam abiecta vetustate conversa
ionis abstrahit. Sic lac mulgetur quia
in qualitate inchoationis nove tenuitate
et subtilitate formatur. Sicut caseus
coagulatur quia in constipatione prime
nescitur cogitationis astringitur ut
quasi iam per desideria diffluat sed
uno amore se colligens ad solidam
reformationem surgat. Plerumque contra
vero eadem in duritia spiritualia conse
veri caro subministrat et mens bellum
tollat contra homine quod foras portat vin
et subiungit. Pelle et carnibus vestisti
me. Pelle quippe et carnibus interior
homo vestitur quia in eo quod ad sum
ma erigitur carnalium motuum obstacula
nullat. Sed tendente ad iusticiam in
quantum in temptatione conditor deseri
quam per infusionem gratie et paratior
prevenit. Sed sublevatam mentem et ca
bella certius levat et interius roborat
me. Unde et adhuc aperte subiungit.

Hic coagulatur ut caseus

Hypocrita moles

Ossibus et neruis compegisti me
Carnibus et pelle vestimur sed ossibus
neruis que compegimur quia et si temp
tacione foras irruente gentimur intus
tamen nos conditoris manus roborat ne
frangamur. Carnis itaque nos motibus
humiliat ad dona sed possa virtutum robo
rat contra temptamenta Unde et pelle
et carnibus vestisti me ossibus et ner
uis compegisti me ad probacionem deser
is sed tamen intus ne pereamus virtutibus as
tringendo custodis. Quam idcirco bn
omedi nobis rectitudinem tribuit quia
benigne peccata que relinquimus parcit
Unde adhuc apte subiungitur Vitam
et misericordiam tribuisti michi ·

De vita et misericordia

Vita quippe tribuitur cum malignis
spiritibus meritis benignitas as
piratur Sed vita sine misericordia nequaquam
accipi valet quia ad obtinenda dona iu
sticie bona non admittat si prius mise
ricordie ante actas nequicias non
relaxat vel certe vitam nobis et misericordiam tri
buit quia ea que nos adhuc vincendo
misericordia preuenit et subsequente custodit
nisi enim misericordia subroget fuisse non valet
vitam quam prebet ipso quippe cotti
diane vite usu necessitas et occasionis
honus impulsu cogitacione libera ab
intencionibus communis. Et si nos superna vi
sitacio vel ad amorem compungendo vinci
ficet vel ad timorem flagellando re
stauret repentino lapsu mens funditus
tota destruitur Que longo virtutis stu
dio innouata videbatur Unde et sub
iungit Et visitacio tua custodiuit spiritum
meum Humanum quippe spiritum visitacio
superna custodit cum hunc virtutibus di
tatum vel flagello penitentie vel compungentem
amore non deserit Nam si dona porre
stat sed hunc contineri restaurando non
sublevat citius bona perditur que non
alacriente custodit. Sed ecce vir sto
dum sed humili agnoscit confitenda gratia
licet. Dicit inde secreta deprehenditur
Cumque infirmitatem suam narrat fateri
repente ad cognoscendam vocacionem
gencium sublimius rapitur Nam primo
subditur licet hec celes in corde tuo

tamen scio quia vniuersorum meministi Ac
si aperte dicat Cum deinde trepido et
et vniuersas gentes quia colligas scio
Que tamen in corde celas quia adhuc ap
to sermone non indicas Sed qui vni
uersorum meministi me peculiariter dubio
deuia cum facis Sciendum non est quod
in quibusdam sit et etiam deuenia red
dimus. Et prius peccatis culpas ad ab
solucionis nostre fiduciam correpcione
et penitencia subsequente roboramur
Peccate quippe nequicie adhuc me
moria tangimur et cogitacione illicita
auri voluntates pulsamur Unde apte
subiungit Si peccaui et ad horam pep
cisti michi cur ab iniquitate mea
mundum me esse non pateris Ad horam
deus peccatum parcit cum reatum culpe
concessis penitus fletibus diluit Sed
ab iniquitate mundos nos esse non
patitur quia solutos quidem culpa
facimus sed non vnquam voluntates eius
memoriam cum delectacione tollea
mus. Sepe namque hoc quod ante conspectu
iudicis fletu intuemente deletum est
ad animum redit. Et deuicta culpa
ad delectacionem rursus in serpe intus
atque in antiquo certamine redinuiua
pulsacione reparatur itaque ut prius
egit in corpore hoc in prima cogi
tacione post motum versetur in mente
Quo recte conspicere ad letha spiritua
lis uouerat qui dicebat Compu
truerunt cicatrices mee a facie insipi
encie mee Quid namque cicatrices
nisi sanaciones sunt vulnerum lava
tas ergo nequicias ad delectacionem me
morie redire conspexerat qui cicatrices
deflebat cicatrices quippe computruisse
est sanata iam peccatorum vulnera
rursus in temptacionem serpe atque
acerrimis suggestionibus post superducta
cute prius fetorem culpe iam dolo
remque sentire quia vero in re et vel
foras tempore agitur et sola intus cogi
tacione peccatur districto quod se reatu
mens obligat nisi hoc sollicitis
lamentis tergat Unde per Moysen
sentencia dicitur Si fuit inter vos homo qui
nocturno pollutus sit sompno

Versus ex se · iste et deo
Ad hec
ergo dico
C
S
29 cap
A
... vita donu misa sepissime nos inoluit
... dectionem
B
D
Penitencia
C
De ut. 23

egredietur extra castra et non revertetur prius quam ad vesperam lavetur aqua et post solis occasum regredietur in castra.

De turpi cogitatione

Nocturnum quippe est somnium temptatio occulta per quam tenebrosa cogitatione turpe aliquid corde concipitur quod tamen corporis opere non completur. Sed somnio nocturno pollutus egredi extra castra precipitur quia videlicet dignum est ut qui in inmunda cogitatione pollutus est indignum se cunctorum fidelium societatibus arbitretur. Culpe sue meritum ante oculos ponat et de bonorum se estimatione despiciat. Pollutum ergo extra castra exire est turpi impugnatione laboranti sese ex continentium comparatione despicere. Qui ad vesperum lavatur aqua cum defectum suum conspiciens ad penitentie lamenta convertitur ut fletibus diluat omne quod animo occulta iniquitate accusat. Sed post occasum solis ad castra redeat quia decrescente temptationis ardore necesse est ut iterum fiduciam erga societatem bonorum sumat. Post aqua quippe lotus occumbente sole ad castra revertitur quia post lamenta penitentie frigescente flamma cogitationis illicite ad fidelium unita proxime da reparatur ut iam se cetis longe esse non estimet qui inmundum se positum intimi ardoris gaudet. Sed inter hec sciendum est quod tanto non iniquum impulsionum illicite cogitationis affligimur quia in quibusdam tenere cogitationis actibus quamvis licitis sibi occupamur. Cumque vel in minimis terrena actio per desiderium tangit crescente contra nos antiqui hostis fortitudine, minus iam non minima importunitate temptationis inquinatur. Unde et sacerdos legis membra hostie perfuse concisa caput atque ea que circa iecur sunt iubet ignibus cremare pedes vero atque intestina hostie prius aqua diluere precepit.

De sacrificio sacerdotis

Nos quippe ipsos sacrificium deo offerimus cum vitam nostram ei in divino dedicamus. Quam membra hostie perfuse super igne ponimus cum vite nostre opera virtutibus distinguentes in molamus. Caput atque ea que iecur sunt concremetur intendimus cum in summe mentis quo omne corpus nostrum regitur atque in occultis desideriis flamma divini amoris ardemus. Et tamen precipitur ut pedes atque intestina hostie laventur pedibus enim terra tangitur intestinis vero stercora gestantur. Quia plerumque iam desiderio in eternitate succendimur, iam toto devotionis spiritu ad appetitum nostre mortificationis inhiamus. Sed quia adhuc terrenum per infirmitate aliquid agimus nulla etiam que iam subegimus illicita tolleremus. Cumque cogitationes nostras in inmunda temptatio inquinat quid aliud quam intestina hostie stercora portant. Sed ut comburi debeant lavantur quia nimirum necesse est ut inmundas cogitationes timoris fletus diluat quas in acceptione sacrificii supernus amor incendat. Et quod quid aliud mens vel demereri etiam vel cogitationis proxime memor patitur lavat ne tanto suavius in conspectu summi speculatoris ardeat quanto cum ei aspici cepit nil terreni sordium vel lubrici in ara sue orationis imponit.

De recordatione culparum

Vir igitur sanctus humane mentis dum ea conspiciat quod plerumque se cogitatione illicita inquinat et per illicitam operis inmundos relaxat et sua plorans magis plorandus appareat dicens: Si laveris et ad horam pepercisti michi cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris. Quo si aperte dicat: Si culpam vera abstulit, cur hanc in memoria non detegit. Sepe autem reatus in ipse recordatione convertitur ut ad perpetrationem illius longe quamvis quam prius rapta fuerat urgeat et deprehensa trepidat seque ipsam variis motibus impulsa perturbat. Reque videlicet vincat temptationibus metuunt, si resistens hoc ipsum quod longo labore certaminis affligitur perhorrescit. Unde et apte subiungitur: Et si impius fuero ve michi est et si iustus non levabo caput afflictione et miseria. Impius namque velut iustus in miseria quia et eternam dampnationem reprobum sequitur et electi

Levabo ne q(uia) sc(ilicet) no(n) val(e)t iust(us) labo(r)e sui cla-
mis afflict(us) .99.

quisq(ue) doloribus tristicie d(e) inp(re)ssitatis
copiatur. Impius caput levat s(ed) e-
lati(us) caput levare non sinit(ur) s(ed) p(re)ssus
a (se)p(er)petua afflictione liberat(ur). Ille se in vo-
luptatibus erigit s(ed) suppliciis se p(er)petuis
mergit. Iste se in dolore deprimit s(ed) tu(n)c
a pondere aiadversionis abscondit. Co(n)-
sideret ergo vir sanct(us) q(uod) aut renitens
homo viciis p(ro) eius labore affligitur aut
succumbens p(er)petue afflictioni manci-
pa(tur) et dicat. Et si impius fuero ve m(ihi)
est et si iustus non levabo caput meu(m)
saturat(us) afflictione et miseria. Aut sub-
iectus carnis desideriis supplicio eterno
subicior aut repugnans illicitis mo-
tibus pena p(re)senti crucior quia labo-
re certaminis liber non sum. Seq(uitur).

De concussione carnis.

Sed superna dispensacio ideo nos
tota sibi intencione s(ub)mentes carnis
me p(er)mittit impugnacionibus concuti ne
mens tua audeat in superbiam p(re)sump-
cione sue securitatis elevari ut du(m)
pulsata trepidat in solo auctoris ad-
iutorio spei pedem robustius figat
dum et adhuc subiungit(ur). Et p(ro)pt(er) superbia(m)
q(ua)si leenam capies me. Leena cum esca(m)
catulis querit in hyant(?) in foveam
captionis ruit. Sicut enim quibusd(am)
dam regionibus fieri s(o)l(et) sit in eius itine(re)
fovea in qua pecus deponit(ur) ut illuc
se eius appetitu p(er)icl(itan)te leena p(ro)rue(re)t.
Que angusta simul et alta p(re)parat(ur) ut
in ea ruere ambiendo valeat s(ed) hanc
saliendo mistono evadat. Alia q(uo)q(ue)
fovea que p(ro)p(ri)e chocat effoditur q(ua)
tum ei in qua pecus est contreme p(ar)tis
apercione (con)iungit(ur) in qua nimirum cavea
ponit(ur) ut leena conveniens quia desu-
p(er) tonibus(?) surge(re). Cumq(ue) q(ua)si in secciona(m)
p(ar)te fovee occultate se appetit cavea
nolens intrat cuius iam ianua ne
eg(re)diatur p(er)timescit. Ex clausa in cavea
levat(ur). Que enim sua sponte in fove-
am corruit ad superiores p(ar)tes et in sep-
ta nectibus redit. Sic sic nimirum et
in humana mens capta est que in li-
b(er)tate arbitrii condita dum intre de-
sideria carnis appetit q(ua)si leena catu-
lis escam (con)sumit atq(ue) in deceptionis
sue foveam cecidit que suadente hos-
te ad cibum p(ro)hibitum manum tete-
dit. Sed in fovea p(ro)p(ri)us cavea ruit

et sponte ad mortem veniens corrup-
tionis sue mox carcerem p(er)tulit atq(ue)
ad amissas liberias g(rati)a vehemente
reducit(ur). Sed tamen multa agere conatur
et non val(e)t eiusdem corrupcionis sue
obstaculis q(ua)si cavee nexibus ligat(ur).
Iam quidem eam in qua cecidat dampn-
acionis foveam evasit et secure
mortis supplicium manu redemp-
toris adiuta advenia redeundo
superavit. Sed etiam coartata cavea
tollat quia superne quoq(ue) discipli-
ne nexibus cingit(ur) ne p(er) carnis de-
sideria vagetur. Que ergo sponte
sua in foveam cecidit ad amissas li-
bertas clausa redit quia et p(er) lib(er)-
tatem arbitrii in culpam corruit et
tamen hanc a suis motibus (con)dicionis
g(rati)a coartam volenteq(ue) (con)stringit
p(ro)p(ter) foveam itaq(ue) cavea patitur
q(ua)si erepta eterno supplicio a p(er)ne li-
b(er)tatis motibus sub celestis artifici(s)
dispensacione religat(ur). Recte igit(ur)
dicit(ur). Et p(ro)pter superbiam q(ua)si leenam
capies me quia et lib(er) homo p(er) cibu(m)
sibi mortem intulit et reductus ad
veniam sub disciplina melius clau-
sus invenit. Qui leena ergo p(ro)p(ter) superbi-
am captus est quia inde nunc cum
disciplina sue corrupcionis depri-
mit unde transgressionem p(re)cepti
non timens audacter in foveam
saltum fecit dedit. Sed si pa(r)um p(er) obedienc(ie)
mentis a culpa primi p(ar)entis auctimus
nos adhuc cottidie ut leena capi-
p(ri)mam elacionis in venimus. Seq(uitur).

De illo qui ex virtute se extollit.

Sepe namq(ue) homo acceptis vir-
tutibus in audaciam sue p(re)sump-
cionis erigit(ur) s(ed) miira dispensacione
pietatis ante eius oculos res q(ua)s
in qua corruat ordinat(ur). Dum q(ue) p(er)
culpam aliquid appetit quid aliud
q(ua)m p(er) dam in foveam concupiscit
sua sponte in hyans cadit s(ed) suis
p(ro)p(ri)is viribus non val(e)t. Cum tum se
in l(...) esse considerat distit p(ro)
Que tum superna miseracio capti q(uo)
a fovea eruit quia hunc in simi-
tate cogita(?) ad viam reducit. Leena
itaq(ue) inde p(ro)p(ter) superbiam ad superiores
p(ar)tes in cavea remeat qui dum

21 Cap(itulum) A

(margin notes:) rem. patrem(?) ; et ; c ; c ; ad elacio(nem)

de virtute qua tollitur lapsus ad desideria infimitatis religatur. Quia enim prius superna per presumptionem peccavit, intima pietate agitur ut in infirmitatis sue notitia clausus innotescat quid ex suis viribus crebro accidere hominibus conspicit. Unde ipse periculi doctor summus ut cum nos eius effectum agnoscimus que in nobis sunt superbe da discamus. Sed tamen mentem nostram elatio erigit. Summitas nos protinus compunctio amoris recedit. Cum vero superna nos gratia visitat statim per lacrimas ad sua desideria instigat. Unde et apte subiungitur: *Reversusque mirabiliter me crucias.* Cum ab auctore me relinquimur nec ipsa nullatenus destitutionis nostre dampna sentimus. Quo enim longe nos conditor deserit eo mens magis insensibilius obdurescit. Nulla que dei sunt diligit, nequaquam superna concupiscit et ex amoris intimi calorem non habet frigida deorsum iacet. Ac insensibilis nimis fit conte... tanto securior quanto peior. Cumque vero sit lapsa non meminit et supplicia sentura non metuit quam sit lugenda nescit. At si afflatu sancti spiritus tangitur, ad considerationem protinus sue perditionis evigilat. In celestium inquisitione revertit amor summum desiderans inardescit. Atque se eius perimunt dampna considerat et plorat ex perfect... cius que prius leta peccabat. Unde ergo conditor: *Reversusque mirabiliter me crucias,* quia omnipotens deus unde mentem nostram ad amorem erigit suum inde hanc per lacrimas gemitus affligit. Ac si aperte dicat: Relinquendo me nequaquam afficis [?] insensibilem reddis. Sed cum reverteris crucias quia dum te in summis in me quod sum lugendo demonstras. Unde et nequaquam se penaliter sed mirabiliter afficit cruciari quia dum per affectum mens ad summa rapitur compunctionis sue pena gaudens cruciatur. Et libet affici ex afflictione sua que conspicit ad alta sublevari. Sepe autem cum nos a sancti desiderii excitatione torpescere superna pietas cernit exempla sequi

cum in nos obtutibus obicit ut mens potius remissa quo in aliis vigilantiam perfectam considerat eo in se pigredinem torporis erubescat. Unde et recte subiungitur: *Instauras testes tuos contra me et multiplicas iram tuam et pene militie.*

De instauratis testibus contra nos. In me

Testes enim dei sunt qui pro [illegible] sancti operis testantur que electa secutura sint premia veritatis. Unde hos quoque quos pro veritate passos agnoscimus greco eloquio martyres id est testes vocamus. *Et prophane voce angelica* dominus dicit: Iudicibus antipas testis meus fidelis qui occisus est apud vos. Hos testes suos contra nos dominus instaurat cum electorum vitam pravitati nostre contrariam ad arguendos nos inducendos quoque multiplicat. Contra nos ergo testes illius instaurantur quia cum que agunt studiis nostre pravitatis adversa sunt. Unde et sermo veritatis adversarius vocatur cum mediator noster per evangelium dicit: Esto consentiens adversario tuo cito dum es in via cum illo. Atque hec eodem redemptorem reprobi [illegible] dicunt: Contrarius est operibus nostris. Et paulo post: Et dissimilis est aliis vita illius. Testes itaque suos contra nos dominus instaurat quia bona que facere ipsi negligimus hec ad correptionem nostram fieri ab aliis demonstrat ut qui preceptis non accedimus saltem exemplis excitemur in appetitu rectitudinis nil sibi mens nostra difficile estimet quam perfici ab aliis videt. Et fit plerumque ut cum aliene vite bona conspicimus in sollicitius dampna timeamus et corporis testatur quantum post ponderem animadversionem impendimur quo nunc a bonorum moribus longe discrepamus. Unde et testium instauratione mediata protinus apte subiungitur: *Et multiplicas iram tuam.* Eo nobis multiplicatur ira dei quo esse multiplex indicatur culpa nostra bonorum vita et labore cognoscimus si emendari tempus est nolumus quanta postea animadversione feriamur. Electos quippe dei cum et pia agere et crudelia

Superbia tollit compunctionem

altitudo

pristinos

prime

multa tolerare Hinc g° colligitur distric-
tus iudex quanta illic feriat districtione
quos reprobat si hic sic cruciat quos
amat petro attestante qui ait Tempus
est ut iudicium incipiat de domo dei
Si autem primum a nobis quis finis eorum
qui non crediderunt dei evangelio omnipotens
ergo deus cum contra nos testes instau-
rat iram multiplicat quia quo bonorum
vitam nostris oculis obicit eo prauitatis nostre
tante duriciam qua districtione in iudicio
puniat ostendit Nam cum solis se se-
quentibus dona congregat torpentes iam
quid relinquerit demonstrat Cum bona
g° in aliis cernimus valde necesse est ut
in consideratione nostre formidinis formidinem
nostre consolationi misceamus quatenus et de
alienis profectibus caritas gaudeat et de
suis infirmitatibus conscientia contremiscat

De superno prouectu

Sed cum fructus prouectus resistimus
cum districtionem super nos interni iu-
dicis corpori nostro corpore pensamus
quid aliud restat nisi ut ad discuciendum
se animus redeat et quod contra ipse reprehendit
quid contra primum deprehendit affligit Sub-
apte subiungit Et pene militant in
me Considerantis quippe dei testibus
pene in nobis militant quia dum
miranda illorum facta conspicimus intra
nostram que ab eorum nos comparatione
displicet studiosa afflictio etiamque ut
quid contra in nos polluerit opera diluat
lamenta et si quid adhuc culpa delec-
tationis inquinat per memoriam tergat
Beatus igitur iob qui intra primum precede-
tem conspicit quid ipse gemere debeat
subtilius agnoscit Sed magni doloris
ingruente dum sua plangat ad lamen-
ta nos instruit ut quo virtutes in aliis
cernimus eo apud districtum iudicem nostra
sollicite delicta timeamus Sequitur
Quare de vulva eduxisti me qui
utinam consumptus essem ne oculus me
videret Quod iamiam prima oratione iam
protulit dicens Quare non in vulva mor-
tuus sum Cum hoc ergo quod hic adiciat et
dicens consumptus essem qui non esse debuerat
consolatus admiratum illo dicens aliis

non aliter adiungit dicens Sicut ab-
ortiuum absconditum est non subsis-
terem vel qui concepti non viderunt lu-
cem Quia vero hec superius latius di-
gessimus prout iam legentis fastidio
expositionem declinamus Sequitur Nunquid
non paucitas dierum meorum
finietur recedunt Et facie ergo patris
sic vident et tu ad nos venitis
et ad nos spirituali presencia foras quo enim
et tamen ibi se sunt recessisse prius
nostras contemplacionis fruant dicitur ergo
venerunt filii dei ut assisterent coram
domino Quia illuc spiritus contemplacionis rede-
unt unde nulla discessione discedunt
Affuit et inter eos sathan valde q-
uerendum est quod inter electos angelos sa-
tan adesse potuit qui ab eorum sor-
te exigente superbia dudum damp-
natus exierat Sed recte inter eos affuisse
describitur quia et si beatitudinem perdi-
dit naturam tamen eius similem non amisit
Et si meritis pergrauatur conditione nature
subtilis attollitur Inter dei ergo filios
coram domino affuisse dicitur quia eo in-
tuitu quo omnipotens deus cuncta spiritua-
lia conspicit et sathan in ordine nature
subtilioris inuidit Attestante scriptura
que dicit Oculi domini contemplantur
bonos et malos Sed hoc quod affuisse
sathan coram domino dicitur ingentem
nobis questionem excitat Scriptum quip-
pe est Beati mundo corde qui ipsi
deum videbunt Sathan non qui
mundo corde esse non potest Quomodo vi-
dendo deum inter angelos affuisse
potest Sed intuendum Quod affuisse co-
ram deo dicitur non autem vidisse per-
hibetur Venit quippe ut videretur non
ut videret Ipse in conspectu domini non
autem conspectus eius dominus fuit Sicut
cecus cum in sole consistit ipse quidem
radiis solis perfunditur et tamen non videt
quo illustratur Ita ergo et inter angelos
in conspectu domini sathan affuit quia vis
diuina que intuendo penetrat omnia
non se videntem immundum spiritum vidit
Quia enim et ipsa quo deum fugi-
unt latere non possunt dum cuncta

In the margins: ·m· ; c ; b ; replicatur ; ·ba· ⊕ ; 9 ; Re[…] ; [illegible]

nuda sunt superno conspectui sathan
assunt absentis presenti. Sequitur: Cui dixit
dominus: Unde venis? Quid est quod veni-
entibus angelis electis nequaquam dicitur:
Unde venitis? Sathan autem unde veniat per-
cunctatur. Non enim requirimus nisi ea que
nescimus. Nescire autem dei reprobare est.
Unde quibusdam in fine dicturus est: Ne-
scio vos unde sitis. Discedite a me
omnes qui operamini iniquitatem. Sicut
et nescire mentiri verax dicitur
qui labi per mendacium dedignatur,
non quod si mentiri velit nesciat, sed
quod falsa loqui veritatis amore contemp-
nat. Quid est ergo ad sathan: Unde
venis dicere, nisi vias illius quasi incog-
nitas reprobare? Veritatis igitur lumen
tenebras quas reprobat ignorat,
et sathane itinera quia iudicans
dampnat. Dignum est ut quasi nesci-
ens requirat. Hinc est quod ade peccati
conditoris voce dicitur: Ubi es? Neque enim
divina potentia nesciebat servus post
culpam ad que latibula fugeret. Sed
quia in culpam viderat lapsum sub
peccato velut ab oculis veritatis absconditum,
quia tenebras erroris eius
non approbat, quasi ubi sit peccator igno-
rat. Et vocat et requirit dicens:
Adam ubi es? Quod vocat signi-
ficat quia ad penitentiam revocat peccatorem;
quod requirit aperte insinuat quia
peccatores iure dampnandos ignorat.
Sathan ergo dominus non vocat, sed
tamen requirit dicens: Unde venis?
Quia nimirum deus apostatam spiritum
ad penitentiam non revocat, sed vias superbie
eius nesciens dampnat. Igi-
tur sathan de itinere suo distinguitur,
electi angeli requirendi unde veniant
non sunt, quia eorum me dante deo [*marg.:* videtur]
nota sunt, quia ipso auctore per-
aguntur. Dum quippe soli eius volunta-
ti inserviunt, eo esse incognita ne-
queunt quo per approbationis oculum
ipso semper ante ipsum fiunt. Sequitur:
Respondens sathan ait: Circuivi
terram et perambulavi eam. Solet

N P

finietur brevi. Hic autem tantum ac sollicite
sed audire vivere qui breviter pertransibit
considerans non eius usum sed terminum
conspicit ut ex fine colligat inutilitatem
quod tristiens delectat. Hinc namque per Salo-
monem dicitur: Si annis multis vixerit homo
et in hiis omnibus letatus fuerit, meminisse
debet tenebrosi temporis et dierum multorum
qui cum venerint vanitatis arguuntur preterita.
Hinc rursum scriptum est: In omnibus operibus
tuis memorare novissima tua et in e-
ternum non peccabis. De moderata [illegible]

cata afflictione.

Sed cum culpa animum [illegible]
temptat mens nostra, et ut breviter
sue delectationis aspiciat, ne ad vindi-
ctam mortem iniquitas rapiat, cum consideret quod
ad terminum citius mortalis vita percurrat,
sepe oculus contemplationis nostre confunditur,
dum dolor in flagellis crebrescentibus
aggravatur. Liber presentis vite exilium ge-
mit, sed prepropera afflictione mens non valet di-
iudicare sive tentata estimare. Unde protinus
subditur: Dimitte ergo me ut plangam pau-
lulum dolorem meum. De culpa cum

minus temptata.

Sicut enim moderata
afflictio lacrimas exprimit, ita im-
moderata subducit. Quia meror ipse
sine merore fit qui afflicti mentem
devorans sensum doloris tollit.
Igitur sanus ferri plusquam sufficit pu-
nire(?) [illegible]. Dimitte ergo me ut plangam
paululum dolorem meum. Ac si aperte
dicat: Flagella tue percussionis tem-
pera ut moderatis doloribus estimare va-
leam que patior flendo convalescam et
cum intelligi et aliter potest. Sepe namque
auctor iniquitatis sine vinculis ita con-
stringitur ut pondus quidem peccatoris
retineat, sed tamen quia tolerat ignorat. Sed
etiam si cognoscit quanto reatu premi-
tur, erumpere in lacrimas conatur et non po-
test. Hinc ipse mente libera confessio-
nem eque prosequatur. Flere ergo dolorem
suum non valet quia et iniquitatis sue reatum
considerat et tamen pre terrene occupationis
[illegible] deere hac ei gemere nequaquam vi-
tat. Flere dolorem suum non valet quod
quidem consuetudinum convertere [illegible]

sic terrenis negotiis multiplicata sic desideriis
animus astruatur ut

tum adhuc succrescentibus desideriis carius
generatur semper doloris penitentia. propheta merito
cruciabatur cum dicebat: Dolor meus ante
me est semper quoniam iniquitatem meam ego
pronuntio et cogitabo pro peccato meo. Et solu-
tis iniquitatis vinculis dimissionem se no-
verat qui exultabat dicens: Dirupisti
vincula mea tibi sacrificabo hostiam lau-
dis. Tunc igitur ad plangendum dolorem
nos dominus dimittit, cum et mala nobis que
fecimus demonstrat, atque ad hoc eadem flen-
da que agnoscimus admonet. Culpas
oculis obicit et pia manu gratie vincula
cordis solvit, ut ad unctionem penitentie mens
nostra se erigat et carnis solutis pedibus
in auctorem suum libera gressum amoris
tendat. Plerumque et cum vitam nostram ipsi
reprehendimus sed tamen libenter agimus
hoc quod in nobis recte reprobamus, ad iusti-
tiam nos spiritus erigit, ad consuetudinem
caro erigit restringit. Amori suo mens
renititur sed prius delectata captivatur.
Bene igitur dicitur: Dimitte ergo me ut
plangam paululum dolorem meum, quia insi-
arcatu culpe quo nos obligavimus mi-
sericorditer dimittamur, profecto flere non
possimus hoc quod in nobis ipsis contra nos-
met ipsos dolemus. De tenebrositate claustri.

Sed tunc veraciter reatum nostrum dolor suus
plangitur, cum tenebrosa illa inferni
claustra intento timore perpenduntur. Unde
apte subiungitur: Antequam vadam et non rever-
tar ad terram tenebrosam et opertam mortis
caligine. Quid enim terre tenebrose nomine
nisi teterrima claustra inferni signantur, que eterne
mortis caligo operit, quia dampnatos quosque
in perpetuum a luce disiungit. Nec in-
merito infernus terra dicitur, quia quicumque
ab eo capti fuerint stabiliter tenentur.
Dicitur enim: Generatio preterit et gene-
ratio advenit, terra vero in eternum stat. Recte igitur
inferni claustra tenebrosa terra nominantur,
que quos percipiendos arripiunt nequaquam
pena transitoria vel fantastica ymagina-
tione cruciant, sed ulatione solida perpetue
dampnationis servant. Que alii cum lacu
appellatione significantur, propheta attestante
qui ait: Portabunt ignominiam suam cum

his qui descendunt in lacum. Infernus quoque
terra nominatur quia susceptos stabiliter
tenet. Et lacus dicitur quia hos quos semel
ceperit semper fluctuantes et trepidos tor-
mentorum fluctibus absorbet. Sanctus
autem vir sive sua seu humani generis vo-
ce dimitti se postulat antequam vadat,
non quia ad terram tenebrosam qui peni-
tentiam deflet iustus, sed quia hanc procul dubio
qui plangere negligit vadit. Sed debi-
tori suo debitor dicit: Solve creditum
prius quia per debitum constringaris, quia cum non
constringeris si quod debes solvere non moraris.
Ubi et recte subiungitur: Non revertar quia
nequaquam ultra parcens liberat quos semel
in locis penalibus iustitia iudicantis dam-
nat. Terre adhuc subditur loca describun-
tur cum dicitur: Terram miserie et tenebrarum. Mi-
seria ad dolorem pertinet, tenebre ad ce-
citatem. Terra ergo que aspectu districti
iudicis expulsos tenet, miserie et tenebra-
rum terra perhibetur, quia foris dolor cru-
ciat quos dimissos a vero lumine in-
tus cecitas obscurat. Et humanis miserie
et tenebrarum terra intelligi et aliter potest. Qua-
li quoque terra iniqua nascimur et quidem mi-
serie sed tenebrarum non est, quia multa sibi cor-
ruptionis hic mala patimur, sed cum ad-
huc in ea per visitationis gratiam ad lucem
reddimus veritate suadente que ait:
Ambulate dum lucem habetis ne vos tene-
bre comprehendant. Illa non simul miserie
et tenebrarum terra est, quia quisquis ad tolle-
randa eius mala descenderit nequaquam
ulterius ad lucem redit. Cuius adhuc
descriptione subiungitur: Ubi umbra mortis
et nullus ordo. Sicut mors exterior
a carne animam dividit, ita mors in-
terior a Deo separat animam. Umbra ergo mortis
est obscuritas visionis quia dampnatus
quisque cum eterno igne succenditur
ab interno lumine tenebratur. De flamma infernali.

Natura non ignis ut ex se ipso et
lucem exhibeat et concremationem. Sed
transactarum illa ultrix flamma vitiorum
concremationem habet et lumen non habet. Hinc
est quod reprobis veritas dicit: Discedite a
me maledicti in ignem eternum qui paratus

Ezech. 32

Iustus dicitur terra et lacus

vadat

Jo. 12

Mt. 22 · Mt. 22 · Pe(na) dampnatorum duplex · Ezech. 32 · Ad Ro. 6 · Infernus ordinatus et inordinatus · Sap. 6 · Apoc. 18 · Mt. 13 · dispari

est dyabolus et angeli eius. Qui ergo post omni corpus in ymis perdita significans dicit: Ligate ei manus et pedes et mittite eum in tenebras exteriores. Si itaque ignis qui reprobos cruciat lumen habere potuisset, is qui repellitur nequaquam mitti in tenebris diceretur. Hinc est quod psalmista ait: Super eos cecidit ignis et non viderunt solem. Ignis enim super impios cadit, sed sol igne cadente non cernitur, quia illos quos gehenne flamma devorat a visione veri luminis cecat, ut et foras eos dolor combustionis cruciet et intus pena cecitatis obscuret, quatenus qui auctori suo corpore et corde deliquerunt, simul et corpore et corde puniantur, et utrobique penas senciant, qui dum hic viverent pravis suis delectationibus ex utroque serviebant. Unde bene per prophetam dicitur: Descenderunt ad infernum cum armis suis. Arma quippe peccancium sunt membra corporis quibus perversa desideria que concipiunt exequuntur. Unde recte per Paulum dicitur: Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Cum armis ergo ad infernum descendere est cum ipsis quoque membris quibus desideria voluptatis expleverunt eterni iudicii tormenta tolerare, ut tunc eos undique dolor absorbeat, qui nunc suis delectationibus subditi undique contra iusticiam iuste iudicantis pugnant. Mirum non est valde quod dicit: Ubi nullus ordo. Neque enim omnipotens deus qui mala bene punit inordinata esse ullo modo vel tormenta permittit, quia ipsa quoque supplicia que ex alte iusticie prodeunt inferri sine ordine nequaquam possunt. Quomodo namque in suppliciis ordo non erit, dum dampnatum quemque iuxta modum criminis retribucio sequitur? Hinc quippe scriptum est: Potentes potenter tormenta pacientur, et fortioribus fortior instat cruciacio. Hinc in Babilonis dampnatione dicitur: Quantum exaltavit se et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum. Si igitur iuxta modum culpe pena distinguitur, constat nimirum quod in suppliciis ordo servatur. Et nisi tormentorum summam iuxta acta discerneret, nequaquam iudex veniens dicturum se messoribus esse perhibuit: Colligite zizania et alligate ea in fasciculos ad comburendum. Si enim nullus in suppliciis ordo servabitur, cur ad comburendum zizania in fasciculis ligantur? Sed nimirum fasciculos ad comburendum ligare est hos qui eterno igni tradendi sunt pares paribus sociare, ut quos similis culpa inquinat pari et pena constringat; et qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquam dispari tormento crucientur. Quos simul

simul dampnatio sociat. Quos simul elatio sublevat, eosque non dissimilis dilatavit ambicio, non dissimiliter afflictio angustet, et par cruciet flamma supplicii quos in hoc mundo par succendit flamma peccati. Sicut enim in domo patris mansiones multe pro diversitate virtutis, sic dampnatos diverso supplicio gehenne ignibus subicit disparitas criminis. Que scilicet gehenna quamvis cunctis una sit, non tamen cunctos una eademque qualitate succendit. Sicut enim uno sole omnes tangimur, nec tamen sub uno ordine omnes estuamus, quia iuxta qualitatem corporis sentitur et pondus caloris, sic dampnatis et una est gehenna que afficit, et tamen non una omnes qualitate exurit, quia quod hic agit dispar valetudo corporum, hoc illic exhibet disparitas meritorum. Quomodo ergo nullus inesse ordo suppliciis dicitur in quibus pro modo quisque iuxta modum culpe cruciatur? Sed sanctus vir quia umbram mortis intulit, cecitatem sit confusionem in dampnatorum mente subiungit, quia ipsa quoque supplicia que ordinata iuste proveniunt, ordinata procul dubio in corde morientium non sunt. Ut enim paulo superius diximus, dum dampnatos quosque foras flamma succendit, intus cecitatis igne ignorat, atque in dolore positos exterius interiusque confundit, ut sua durius confusione crucientur. Repulsis ergo ordo in supplicio non erit, quia in eorum morte eis ipsa confusio mentis servit. Sed divina potencia iudicantis equitatem dimat, ut pena quam animi inordinatio fundat. Vel certe abesse ordo suppliciis dicitur, quia quibusdam rebus in pena positis sua qualitas non servatur. Unde et subinfertur: Et sempiternus horror inhabitans. In igne ignis mente tormentum dolorem habet, dolor timorem non habet. Nequaquam mente metus cruciat cum penam teneat quam metuebat. Infernum non mors obscurat et sempiternus horror inhabitat, quia eius ignibus traditi et suppliciis dolorem senciunt et in doloris angustia perculsi se semper pavore feriuntur, ut et quod timent tolerent et quod tolerant sine cessatione pertimescant. De his enim scriptum est: Vermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur. Hic flamma que succendit illuminat, illic ut supra diximus tormentis ignis qui cruciat obscurat. Hic metus amittitur cum tolerari ceperit quod timebatur; illic et dolor cruciat et pavor angustat. Horrendo modo erit tunc reprobis dolor cum formidine, flamma cum obscuritate. Sic sic ergo

...na sententia pondus sine equitatis examine. Et quia absolute conditoris nequaquam sine veritate discrepare dum viventes iniquorum quoque mentem ipsa assiduitas qualitatibus etiam tormenta discordent quatenus quo se impugnant eo amplius augeantur et cum varie proveniunt multiplicia surgant. Eterne supplicia in se divisas et illic vires exerceant et in se mutuo subsidium contingentes firmant ne sic vicinam tangunt terminum ac contentis semper sine termino cruciatus vivat quia et ad finem tormenta pereunt et sine desistens durat. Fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia et mors vivit et finis semper incipit et deficere defectus nescit. Quia ergo et mors perimit et non extinguit, dolor cruciat sed nullatenus pavorem fugat, flamma comburit sed nequaquam tenebras discutit, quantum per notitiam presentis colligitur supplicia ordinem non habent que non suam per omnia qualitatem tenent. Quamvis illic ignis ad consolationem non lucet, nam scriptum est quosque suos secum in tormentis reprobi flamma illustrante visuri sunt quorum amore deliquerunt, quatenus qui eorum vitam carnaliter contra precepta conditoris amaverunt ipsorum quoque eos interitus in augmento sue damnationis affligat. Quod profecto evangelio teste colligimus, in quo veritate nuntiante dives ille qui contigit ad eterni incendii tormenta descendere quinque fratrum describitur meminisse, qui ab Abraham petiit ut ad eorum eruditionem Lazarum mitteret, ne illuc eos quoque venientes par pena cruciaret. Qui igitur ad doloris sui cumulum propinquorum absentium meminit, constat procul dubio quia eos adiungere supplicio paulo post poterit etiam presentes videre. Quid autem mirum si secum quoque reprobos aspiciat cruciari qui ad doloris sui cumulum etiam quem despexerat in sinu Abrahe Lazarum vidit? Si ergo ei ut pena cresceret et in electorum apparuit, cur non credendum sit quod in supplicio videre eos etiam quos contra Deum dilexerat possit? Qua in re colligitur quod eos quos inordinate nunc reprobi diligunt miro iudicii ordine secum in tormentis videbunt, ut penam proprie punitionis exaggeret illa ante oculos proposita carnalis cognatio pari ante oculos ultione dampnata. Ignis itaque qui in obscuritate cruciat credendum est quia lumine ad tormentum sinat. Quod si apparere testimonio nostro in sua expressione non possumus, superest ut ex diverso doceamus. Tres quippe hebree gentis pueri a Chaldei regis ministris succensis caminum ignibus ligati manibus pedibusque proiecti sunt, quos tamen eundem rex examini incendio miseratus exploraret, illesis vestibus deambulantes invenit. Ubi aperte colligitur quia mira dispensatione conditoris ignis qualitas in diversa virtute temperata et vestimenta non attigit et vincula incendit, sanctisque viris et ad mysterium tormenti flamma friguit et ad solutionem vinculorum exarsit. Sicut ergo electis ignis lucere novit ad solacium et tamen ardere ad supplicium nescit, ita e diverso gehenne flamma reprobis et nequaquam lucet ad consolationis gratiam et tamen lucet ad penam, ut damnatorum oculi ignis supplicii et nulla claritate candeat et ad doloris cumulum dilecti qualiter crucientur videat.

De obscuritate gehenne

Quid autem mirum si gehenne ignis eodem modo lucere supplicium simul obscuritatis et luminis habet? Nimirum qui experimento novimus quia et tedarum flamma lucet et obscuratur. Sic et eam flamma comburit quos nunc carnalis delectatio polluit. Sic infinite patens inferni barathri devorat quos nunc inanis elatio extollit. Atque quos hic voluntatem callidi persuasoris expleverint tunc cum duce suo reprobi ad tormenta pervenient. Et quamvis angelorum atque hominum longe sit natura dissimilis, una tamen pena implicat quos unus in crimine reatus ligat. Quod nimirum breviter insinuat propheta qui ait: Ibi Assur et omnis multitudo eius in circuitu eius sepulchra illius. Quis enim Assur nisi superbi regis nomine nisi ille per elationem cadens antiquus hostis exprimitur qui pro eo quod multos ad culpam perhibet cum tota sua multitudine ad inferni claustra descendit? Sepulchra autem mortuos tegunt. Et quis alius morte atrocius perimit quam is qui conditorem suum despiciens vitam reliquit? Sed cum videlicet mortuum tam humana corda suscipiunt, eius procul dubio sepulchra fiunt. Sed in circuitu illius sepulchra eius sunt quia in eorum mentibus nunc procedit (?) sepelit hos sibi proximos pertormenta coniungit. Et qui nunc in se intrinsecus reprobi malignos spiritus illicita prelatione suscipiunt, tunc sepulchra cum mortuis ardebunt. Et tamen que maneat dampnatos pena cognoscimus et instruente nos sacro eloquio quantum in dampnatione ignis quanta in igne obscuritas quantusque in obscuritate pavor sit nullatenus ambigimus. Sed quid prodest ista prenosse si non contingat evadere? Tota ergo intentione curandum est ut cum vacationis tempus accipimus, bene vivendi studio malorum ultricia tormenta fugiamus. Hic quippe per Salomonem dicitur: Quodcumque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus nec ratio nec

Dan. 3

22 Cap.

Ezech. 32

Scientia boni sine opere non prodest

Eccl. 9

scientia nec sapientia erit apud inferos
quo properas. Hinc Ysaias ait: Ego dixi
in dimidio dierum meorum vadam ad portas in-
feri. Hinc Paulus dicit: Ecce nunc tempus ac-
ceptabile, ecce nunc dies salutis. Hinc itemque
ait: Dum tempus habemus operemur bonum ad
omnes. Sed plerumque se ad magnam rectitudinis
animus attingit, torporem deserit, tantoque
in celestibus desiderio rapitur ut pene nil
ex eo remansisse inferius videatur. Et tamen
cum ad carnis curam reducitur, sive quod pre-
sentis vite usu non expletur, ita hunc infirmitas
depressum tenet ac si adhuc desideria nul-
la contigisset. Audit namque vocibus celestis oraculi
ad amorem patrie celestis erigitur, sed resur-
gente presentis vite studio sub terrene cure
aggere sepelitur. Atque in agro cordis nequaquam
superne spei semen proficit, quia cogita-
tionis infime spina densescit. Quam videlicet
spinam presentis vite manu sancte
exhortationis eradicat dicens: Nolite
solliciti esse in crastinum. Contra hanc quoque
per Paulum dicitur: Carnis curam ne feceritis
in concupiscentiis. Sed in his nimirum ducti ratio-
nis verba agnoscimus, quia cum ab ea mor-
tifero vulnere animus prohibetur cum modo
mensure exigitur non tenetur. Neque enim
mortali adhuc in carne viventibus fun-
ditus cura carnis abscinditur, sed ut discrete
animo serviat temperatur. Nam quia sollici-
tos nos esse veritas in crastinum pro presentibus tempore
necnon cura temporalibus non negat, quia tendi
ad tempus quod sequitur vetat. Et nimirum
Paulus cum carnis curam fieri in concupiscentia
non sinit procul dubio in necessariis concedit.

38 Cap. A

Discretionis igitur magno moderamine car-
nis cura frenanda est ut serviat
et minime principetur, ne quasi domina animum vin-
cat, sed subacta menti domino quasi ancilla fa-
muletur, ut iussa assit atque ad nutum
cordis repulsa dissiliat, ut vix a tergo
sancte cogitationis appareat et nunquam con-
tra faciem recta cogitanti obsistat. Quod bene
nobis hystoria sacre lectionis innuitur,
cum Abraham cunctis angelis occurrisse memo-
ratur. Ipse quippe venientibus contra hospi-
tibus accurrit, Sara non post hostium con-
currit, subsistit. Quia videlicet vir ac do-
mus spiritualis vir scilicet intellectus debet in co-
gitatione currere, claustra carnis exce-
dere et quasi hospitationis infime ianuam
exire. Cura autem carnis ut femina foras
non appareat et viri reatum erubescat,
ut quasi post tergum viri sub discretione
ipse sollicitius inquieta nequaquam stat
penitus derelicta sed verecunde moderari con-
tinue. Sepe enim dicitur ut de se minime
presumat. Sed tota se in die spei fiducia
transferat, despiciat et cessante studio cum
esse sibi vite subsidia posse diffidere.

Unde et hec eadem Sara promissiones
domini audiens ridet, sed ridens corripitur, cor-
repta autem protinus fecundatur. Et que in
iuventute urgens fecundari non po-
tuit annis fracta senilibus utero marces-
cente concepit. Quia nimirum cum cura carnis
sui fiduciam habere desierit, contra spem
ex divina promissione accipit quod habere
iam se ex humana ratione dubitavit. Unde bene
Ysaac risus dicitur quem generat, quia
cum superne spei fiducia concipit quod
mens nostra aliud quam gaudium parit.
Curandum itaque est ne aut immoderata me-
tas cura carnis transeat aut in eo quod
moderate exequitur de se presumat. Sepe
enim fallitur ut quod voluptuose appe-
tit, interim suspicetur quatenus omit-
tere consulendo debitam utilitatem prebet.
Et sepe quia effusius providentia se-
ipsum fiducia mens levat. Cumque sibi
adesse quod deesse ceteris videt cogi-
tatione tacita de magnitudine sue provisi-
onis hylarescit. Tantoque iam a vera pro-
missione longe fit quanto veram quoque
elationem quam patitur nescit. Unde
sollerti semper custodie intentione per-
pendendum est vel quid opere agimus vel
quid corde versamus, ne aut mentem
prevalens foras se terrena cura multi-
plicet aut saltem de eius moderamine
intus se cogitatio exaltet, ut cum divina
iudicia tristi circumspectione metuimus
sempiterni supplicii horrore evadamus.

Explicit liber nonus. Inci-
pit decimus.

Cap. A

Quociens in arene spectaculo
fortis athleta descenderit,
hii qui impares viribus
existunt vicissim se contra eius
expugnationem obiciunt et uno in lucta-
tione superato, protinus alter erigitur atque
subacto hoc alius subrogatur ut luctan-
tis ipsa sua crebrescens victoria fati-
get. Quatinus cum novus quisque progre-
ditur, sed qui vim virium qualitate
non valet superare saltem mutatione
superetur. Sic sic in hoc hominum angelorum-
que expectatione beatus Job fortis athleta
prodiens quoslibet contra immutationem adver-
sariorum valeat continuatione indef-
fessi roboris ostendit. Cum primus se Eli-
phaz, secundus autem Baldach obicit at-
que ad verbum se Sophar in eius expug-
natione supponit. Cum ad inferendos
ictus tot se conatibus erigunt, sed
tamen ad feriendam altitudinem robus-
ti pectoris non pertingunt. Ipsa quippe
eorum verba patenter insinuant quod
ictus in auras iactant. Quia cum sem-
per vir non recte redarguunt expressa ...

carum verba percussionis perdunt. Quod
liquido auditur sophar naamathites in-
sio [illegible] inchoat qui ait: Numquid
qui multa loquitur non et audiet?
aut vir verbosus iustificabitur?

Mos esse pravorum solet
Ut recte dicta semper obiurgando [illegible]
ant ne si accepta consenserint
inferiores esse videantur. Quibus iniustorum
verba qualiacumque pauca fuerint multa sunt
quia quo eorum [illegible] sentiunt auditum
gravant. Unde et eadem hic dicitur hoc quod
recta pronunciatione contra eum profertur. Ipsum quippe qui excellenter locutus
fuerat sophar redarguens verbosum
vocat quia cum a beato iob iniustorum ore
sapientia culpas increpat stultorum auribus
superfluitas loquacitatis sonat. Pravi
namque nil rectum nisi quod ipsi sentiunt
putant et iustorum verba eo esse otiosa
estimant quo suis hec sensibus inveniunt diversa. Hic [illegible] quod sophar
sua protulit quia vir verbosus iustificari
nequaquam possit quia dum quisque per
verba diffluit perdita gravitate silentii
mentis custodiam amittit. Hinc quippe
scriptum est: Cultus iustitie silentium. Hinc
salomon ait: Sicut urbs patens et absque
murorum ambitu ita et vir qui non potest
in loquendo cohibere spiritum suum. Hinc in-
super dicit: In multiloquio peccatum non deerit.
Hinc psalmista testatur dicens: Vir verbosus non di-
rigetur super terram. Sed hec veritas veritatis
perdit que sub discretionis custodia
non profertur. Certum itaque est quod verbosus
iustificari non valeat sed bonum bene non
dicit qui non intendit cui dicit. Vera
quippe sua contra malos si bonorum
[illegible] impetit sua perdit et co-
rrecta dissilit quo illud esse forte quod
ferit extima ante premium audire bona pa-
tient nequeunt et [illegible] vite emendationem
negligunt ad verba se tumentis attin-
gunt. Apte sophar insinuat qui sub-
iungit: Tibi soli tacebunt homines
et cum ceteros irriseris a nullo confutabe-
ris. Superba mens ne divinis verba
sua graviter tolerat et silentium pe-
nam putat atque omne quod tacitum re-
dderis sine irrisionis arbitratur quia
cum vera vox pravorum se auribus admo-
net memoriam culpa mordet. Et in
redargutione vitiorum quo intus cog-
nitione mens tangitur foris ad
studium contradictionis excitatur. Ferire vo-
cem non valet quem tacita in vulnere ro-
atus ad. Et propter hoc quod generaliter contra per-
versos dicitur se impeti specialiter suspi-
catur. Quia cum intus egisse se me-
minit audire foras erubescit. In-

mor se ad defensionem parat ut reatus
sui verecundiam per verba superne refutationis
tegat.

Sicut enim in dequibusdam que ab eis
non recte gesta sunt correptionis vo-
cem iniustam estimant sic puerperi
contumeliam derisionis putant. Sic se
pravus ad obedientiam sternunt isti ad vindictam
cum sine defensionis exigunt. Illi correp-
tionis adiutorium vite sue proximum
deputant pro quo dum pravis vitam culpa
corrupit vindicatur [illegible] temperat isti
cum se impeti redargutione conspiciant gla-
dium percussionis credunt quia dum per cor-
reptionis vocem culpa detegitur pravis
gloria opinionis sedatur. Hinc quippe illam
de insipiente per salomon vitiis dicit: Noctem in-
sui et festinabit accipe. Sic pravorum contu-
macia despicit dicens: Qui erudit derisorem
ipse sibi facit iniuriam. Nam saepe pleri-
que ut cum correpta iniuste mala defen-
dere nequiunt excandescentia peiores fiant.
Et si in sua defensione superbiant ut quem-
dam vitia contra vitia corripientes exaggerant
et eos se criminosos non estimant si cum-
ulus aliis imponant. Que cum vera invenire
nequiunt fingunt ut ipsi quoque habeant
quod non impari iustitia increpare videantur.
Unde et sophar quia quem invideri se per
increpationem doluit pravis mentiendo
subiungit: Dixisti enim purus et sine me-
us et mundus sum in conspectu tuo. Cum
beati iob dicere meminit quod fletu hoc vox il-
lius impugnatur agnoscit. Quo enim
mundum se dicere potuit qui ait: Si iusti-
ficare voluero os meum condemnabit me.
Sed habet hoc pravorum malitia ut cum vera
inveniunt fictis mala contra fingat aliena.
Nam cum solitarius facinoris utuntur si falsis
vocabulis et inita corripientes inquinentur.
Sciendum vero est quod plerumque perversi verbo
tenus bona optant ut esse mala quod
impiratibus hominum audiat et quod faventes
ipsa expetunt ut benigni videantur.
Unde et sophar protinus subiecit dicens: Atque
utinam deus loqueretur tecum et aperiret labia
sua tibi. Ipse quippe sibi homo loquitur
cum per hoc quod sentit nequaquam divine
spiritus aeternae prudentiae intellectu se parat
cum caro sensum aperit et intercessum
ad intelligentiam purgatus foris in-
vadit. Unde et adhuc petrus carnalia sapienti micus
dicit: Non enim sapis ea que dei sunt sed ea
que hominum. Cum tamen recta confitetur dicit:
Caro et sanguis non revelabit tibi sed
pater meus qui in celis est. Quid ante dei labia
nisi iudicia eius accipimus? Clausis namque
labiis non pervenit et sensus tacentis ig-
noratur. Apertis autem dum sermo promittitur
animus loquentis innotescit. Labia itaque sua

Numquid

Marginalia: c. xi; quasi loquitur per [illegible]; dicit de se [illegible]; verbosus; psalmista; d; b; c; d; et; a; Job 1º; Prov. 9; Ibidem; Qui igitur excusat se in tali culpa aliena; e; f; et c; cf. Mt 16; Ibidem; labio

Voluntas dei per iudicia manifestata

Sapiens cum voluntatem suam hominibus per aperta iudicia ostendit eternam (?) cum reserato ore loquitur. Cum remota obscuritate dispositionis intime vernit occultare quod vult, quasi velatis labiis sensum nobis suum non indicat. In porrecta iudicia tamen quid faciat celat. Sophar itaque beatum Iob ut dei mala (?) electum redarguit. Seque ipsum quantum sit benignitatem ostendit et bona aperte que ex tunc iudicium ignorat, dicit: Atque utinam deus loqueretur tecum et aperiret labia sua tibi. Ac si patenter dicat: Impietatis tue ponis quam potentia (?) quia sola erroris prudentia perdidisti. Audire te spiritu vatum agnoscerent. Cum dei iudicia occulta agnosceres, tu peccatoris contra illum suas non sonares. Sed quod omnipotens deus tunc ad considerandam nos sua iudicia sublevat, ignorantie nostre pertinacem caecitate fugat, que aperte eius labiis ad nos eruditio procedat, protinus adiungendo manifestat, dicens: Ut ostenderet tibi secreta sapientie et quod multiplex sit lex eius. Publicatur (?) superne sapientie secreta opera tunc omnipotens deus regit quos creavit, sicut bona que inchoat et aspirando adiuvat, quos visitationis sue lumine illustrat. Timet et cum liquet quod quos gratie conditor benigne disponit. Et tunc spiritualia dona largitur, ipse perficit quod ipse ex benignitate sua inmitte inchoavit. Secreta ergo sapientie superne sunt opera tunc deus quos creavit deserit in bona que perficiendo reparat neque quam prosequendo confirmat, tunc caritate nos sue illustrationis illuminat et tamen pro nostris meritis temptationibus tunc bis tentari pulsat. Tunc dona que contulit minime custodit, cum temporis nostre desidia ad se exaucit. Et in occulto iudicio difficultate nos nostre imbecillitatis angustiat. Et minime secreta eius sapientie penitus valentes inquirere, si nullis inveniret quamvis super nos. Sed nobis abmonitorum sapientia non iniuste disponitur, nisi ut perfecto et ut a nobis adhuc mortalibus ignoretur. Sed hoc sicut ipsa sapientie illius secreta conspicere, nec tamen iam incomprehensibilitatis eius est potentiam videre. Quia et si in ipsa consiliorum eius inquisitione deficimus, deficiendo tamen melius discimus quam timeamus. Quod hoc se Paulus sapientie illius secreta tetenderat, cum diceret: O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Quis enim cognovit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Secreta superius etiam ex ipsa inquisitione lacessens. Sed tunc ad cognitionem infirmitatis sue lacessendo perficiens, perimitur dicens: O homo tu quis es qui respondeas deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit: Quare me fecisti sic? Secreta etenim occulta dei pertingere non valens ad infirmitatem suam cognovit,

reduxit atque ad eruditionem se per eam defi-ciendo revocavit, ut ita dicam, secreta sapientie non inveniens invenire quia tunc ad superna consilia requirenda lacesseret, deceret ut humilis timeret. Et que sua infirmitatis agnitione intima repulsione (?) [illegible] ei virtus infirmitatis innotuit. Sophar itaque et pro sua studium erudiens et pandariam (?) tumide locutionis ignarus, quia ipse sententiam non habet meliori operatur, quod habet. Dicit: Atque utinam deus loqueretur tecum et aperiret labia sua tibi, ut ostenderet tibi secreta sapientie. Et enim ea quoque quia se super amici pollere estimat operando scientiam ostendat, cum protinus subdidit: Et quod multiplex sit lex eius.

De caritate

Quid hoc loco dei lex accipi nisi caritas debet? Per quam semper in mente legis precepta vite qualiter in actione teneantur legitur. De hac enim lege veritatis voce dicitur: Hoc est preceptum meum, ut diligatis invicem. De hac Paulus ait: Plenitudo legis dilectio. De hac iterum dicit: Invicem onera vestra portate et sic adimplebitis legem Christi. Quid enim congruentius intelligi quam caritas potest? Tunc vere perimimus, cum fratrum onera ex amore toleramus. Sed hec eadem lex multiplex dicitur, quia studiosa sollicitudine caritatis admittit virtutes facta dilatantur, que a duobus quidem preceptis incipit sed ad innumera extenditur. Huius namque legis initium dilectio dei est ac dilectio proximi. Sed dei dilectio per tria distinguitur, quia ex toto corde et ex tota anima et ex tota fortitudine diligi conditor iubetur. Qua in re notandum est quod divinus sermo cum deum diligi precipit non solum narrat ex quo, sed etiam informat ex quanto, cum subiungit ex tota fortitudine, ut videlicet qui placere deo perfecte desiderat sibi de se nichil relinquat. Proximi autem dilectio ad duo precepta derivatur, cum a quodam iusto dicitur: Quod ab alio tibi oderis fieri vide ne tu alteri facias. Et per semetipsam veritatis dicitur: Que vultis ut faciant vobis homines, ita et vos facite illis. Quibus duobus utriusque testamenti mandatis per unum malitia compescitur, per aliud benignitas progreditur, ut malum quod pati non vult quisque non faciens cessat a noscendi opere. Et rursum bonum quod sibi fieri appetit impendens erga utilitatem se proximi exerceat ex benignitate. Sed hec nimirum duo dum sollicita intentione cogitantur cor ad innumera virtutum ministeria tenditur, ne vel ad inferenda que non debet desideriis inquietata mens fervescat, vel erga exhibenda que debet otio resolutum torpescat. Nam cum cavet alteri facere quod nequaquam vult ab altero

Iob .x.
Ro. 13
Gal. 6
Capitulum A

ipsa tolerare. Sollicita intentione se
circumspiciat ne superbia elevet et usque ad
despectum proximi animum deiciens
exaltet; ne ambitio cogitationum laniet et
cumque hanc ad appetendum aliena dilatata
angustet; ne cor luxuria polluat et sub-
iectum desideriis per illicita corrumpat;
ne ira exasperet et usque ad effundendam con-
tumeliam inflammet; ne invidia
mordeat et alienis felicitatibus emu-
la sua se face consumat; ne immodi-
ce linguam loquacitas pertrahat eamque
usque ad lasciviam obtrectationis ex-
tendat; ne in odium malicia excitet
et os usque ad iaculum maledictionis in-
ritet. Rursum cum cogitat ne ea alii
faciat que ipse sibi ab aliis expectat pe-
sat utrumque ne mala bona et bonis me-
liora videat; ne erga peccantes man-
suetudinem longanimiter exhibeat;
ne malicie peste languentibus gratiam
benignitatis impendat; ut discordes
pace muniat; ut concordes ad conspec-
tum vere pacis attingat; ut indigen-
tibus necessaria conferat; ut errantibus via(m)
rectitudinis ostendat; ut afflictos verbo
et compassione mulceat; ut accensos in hu-
ius mundi desideriis increpatione restringat;
ut minas potentium consolatione mi-
tiget; ut oppressorum angustias quanta
prevalet ope levet; ut foris resistenti-
bus opponat patientiam; ut intus superbien-
tibus exhibeat cum patientia disciplinam;
ut erga errata subditorum sic mansue-
tudo zelum temperet, quatenus a iusticie
studio non enervet; sic ad ultionem
zelus serviat ne tamen pietatis limitem
fervendo transcendat; ut ingratos beneficiis
ad amorem provocet; ut gratos quosque
ministeriis in amore servet; ut proximorum
mala cum corrigere non valet taceat;
ut que cumque corrigi loquendo possunt
silencium consensum esse pertimescat; ne sic
ea que tacet toleret ne tamen in animo
virus doloris occultet; ut sic malivolis
munus benignitatis exhibeat ne tamen
per gratiam a iure rectitudinis excedat;
ut cuncta proximis que prevalet impen-
dat, sed hoc impendendo non tumeat;
ut sic in bonis que exhibet timoris
precipitium paveat ne tamen ab omni
operatione torpescat; ut sic que possidet
tribuat quatenus quanta sit largitatis re-
munerantis attendat; ne cum terrena lar-
giens sua plus quam necesse est inopiam
cogitet et in oblatione muneris claritatem
ab hilaritate animi conscientia obscuret.
Hinc igitur lex Dei multiplex dicitur, quia nimi-
rum cum una eademque sit caritas si
mentem plene ceperit hanc ad innumera
opera multipliciter accendit. Cuius diversitatem
breviter exprimimus si in electis singula bona
illius perstringendo numeremus. Hec namque
Abel et electa Deo munera obtulit et fratris
gladium non reluctando toleravit. Hec et
Enoch inter homines vivere spiritaliter docu-
it et ad sublimem vitam ab hominibus etiam
corporaliter abstraxit. Hec Noe despectis omnibus
solum Deo placabilem ostendit atque in arche
fabricam studio longi laboris exercuit et mun-
do superstitem pro opere exhibendo servavit.
Hec Sem et Iaphet humiliter verenda pa-
tris erubuit et superiecto dorsis pallio que
non videbant abscondit. Hec Abrahe dex-
teram quia ad mortem filii obediendo
extulit, hunc plebis in munere gentium patrem
fecit. Hec Ysaac mentem quia semper ad
munditiam tenuit caligantibus etate oculis
ad videnda longe post ventura dilata-
vit. Hec Iacob compulit et amissum boni
filii medullitus gemere et presentiam filiorum
pravam subequanimiter tolerare. Hec Iose-
ph docuit a fratribus venumdatum et liberta-
te animi infracta servitium pretii tolerare et
post fratribus mente non elata principari.
Hec Moysen delinquente populo et usque ad peti-
tionem mortis imprecibus servavit et usque
ad interfectionem ipsi per zeli gladium erexit
ut et pro peccante plebe sese morti obiceret
et contra peccantem pertinacia vite Dei irasce-
tis semet. Hec Finees brachium in ultio-
ne peccantium erexit ut arrepto gla-
dio coeuntes transfigeret et iram Domini interceptam pla-
caret. Hec Iosue exploratorem docuit ut
et prius contra falsiloquos cives veritatem
verbo defenderet et hanc post modum gladio
contra hostes allegaret. Hec Samuel et in
principatu humiliter preesse et integrum in
deiectione servavit, quia cum persequentem se
plebem diligeret ipse sibi testimonium extitit
quia culmen ex quo deiectus est non amavit.
Hec David ante iniquum regem et humili-
tate commonuit ad fugam et pietate reple-
vit ad veniam; quem persecutorem suum et
timendo fugit et Dominum et cum cum pietate
parcere feriendum repperit non agnovit ini-
micum. Hec Nathan et contra peccantem regem
in auctoritatem libere increpationis sublevavit et
cum regis culpa deesset in petitione humili-
stravit. Hec Ysaiam nuditatem carnis
in predicatione non erubuit et subducto car-
nali velamine mystica superna penetravit.
Hec Heliam quia fervoris zelo vivere
spiritaliter docuit ad vitam quoque corpora-
liter abstulit. Hec Heliseum quia magistrum dili-
gere simpliciter instituit magistri spiritu dupliciter
implevit. Per hanc Ieremias ne in Egyptum
populus descenderet restitit sed tamen Moyse
descendentes diligens quo descendi prohibuit
et ipse descendit. Hec Ezechielem ex prius

Gen 4 · Gen 5 · Gen 6 · Gen 9 · Gen 22 · Gen 27 · Gen 37 · Gen 42 · Exo 32 · Num 25 · Num 13 · Iosue 6 et infra · 1 Reg 12 · 1 Reg 26 · 2 Reg 12 · Ysa 20 · 4 Reg 2 · Ibidem · Ier 42 · Ezech 8

6 cap. — Dan. 3 A — Dan. 6 — Act. 4 et 5

ardentis desiderii subsulit curru cunctum
raptus in aere libavit. Hec in Daniele quia
a regiis dapibus gulam compescuit ei etiam
esurientium ora leonum clausit. Hec tribus
pueris quia in eis integritatem pertulit incendia vi
ctrix subdite tribulationis tempore et flammas
in fornace temperavit. Hec in Petro et minis
frementium principum fortiter restitit et in
tribulatione sermonis in morte verba simi
liter protulit. Hec in Paulo tribulationis negotia
longe se impius potens sensu ardenter
increpavit. Multiplex ergo ista lex dicitur que
singulis rerum articulis non permutata congruit
et causis se variantibus non variata coniungitur.
Cuius multiplicitatem legis bene Paulus enu
merat dicens. Caritas patiens est benigna est
non emulatur non inflatur non agit perperam
non est ambitiosa non querit que sua sunt
non irritatur non cogitat malum non gaudet
super iniquitate congaudet autem veritati. Patiens
quippe caritas est quia illata mala equani
miter tolerat. Benigna vero est quia pro malis
bona largiter ministrat. Non emulatur quia
per hoc quod in presenti mundo nil appetit invi
dere terrenis successibus nescit. Non inflatur
quia cum premium eterne retributionis anxie
desiderat de bonis se exterioribus non exal
tat. Non agit perperam quia quo se in solum
dei ac proximi amorem dilatat quicquid a recti
tudine discrepat ignorat. Non est am
bitiosa quia quo ardenter intus ad sua
satagit foras nullatenus aliena concupiscit.
Non querit que sua sunt quia cuncta que hic
transitorie possidet velut aliena negligit
cum nil sibi esse proprium nisi secum permaneat
agnoscit. Non irritatur quia et iniuriis la
cessita ad nullos se ultionis sue motus
excitat dum pro magnis laboribus maio
ra post premia expectat. Non cogitat ma
lum quia in amore munditie mentem soli
dans dum omne odium radicitus eruit ver
sare in animo quod inquinat nescit. Non gau
det super iniquitate quia quo sola dilec
tione erga omnes inhiat nec de perditione
adversantium exultat. Congaudet autem
veritati quia ut se ceteros diligens per
hoc quod rectum in aliis conspicit quasi de aug
mento proprii provectus hilarescit. Multiplex
ergo ista lex dei est quoniam unius cuiusque culpe
iaculum quod premeditatam mentem impetat
instructionis sue munimine occurrit ne
quia antiquus hostis varia circumfusione
nos obsidet ipsa sine dubio nobis multiplex occur
rat. Contra nimirum legem sollicita conside
ratione pensamus auctori nostro quotiens
cottidie delinquimus agnoscimus. Si ad
culpas agnoscimus perpendimus profecto quam
minimum flagella toleramus. Nec ex dolo
re impatientiam prurit cum suo se iudicio
conscientia accusat. Unde Sophar quid dicit

[Margin: Hec in Paulo et maius persequutus simi liter protulit. — Ad Gal. 2 B; Act. 9 infra — Ad Gal. 2. — 1. ad Cor. 13 — Caritas commendatur effectu multiplici laudatur — non — Caritas]

sciens. Sed cum dixisset nesciens prius qua
premisit dicens. Ut ostenderet tibi secreta sapientie quod
multiplex sit lex eius protinus adiungit
Et intelligeres quod multo minora exigaris
ab eo quam meretur iniquitas tua.
Dolor quippe **De dolore flagellorum**
Dum divini flagelli tempore cum
culpa agnoscitur quia et tanto quisque
patientius supplicium media tolerat
quanto previderi conspicit esse quod peccat.
Cum igitur multiplicitatem legis intelligit
cuncta que patitur quia sint minora
perpendit quia per hoc quod pondus culpe
agnoscit afflictionis pena levigatur.
Sed inter hec sciendum est quia sub ma
gna iniquitate non fuerit quod So
phar virum iustum usque ad obiectionem
iniquitatis increpavit. Sin et cum auda
ciam vitas iuste redarguit. Sed longe
ne adgitam reddidit quia apud in
sinceritatem iudicem nequaquam sine levi
culpa relinquitur cum per fervorem zeli
eius amore pertrahitur. Sepe namque
hoc magis doctoribus mirandisque contin
git ut quo alta caritate feruntur mo
dum correptionis exaggerent et lingua
aliquid quod non debet dicunt quia men
tem dilectio quantum debet inflammat.
Sed verbi prolate sermone tanto mag
patitur quanto rex quia producat radice pe
ccati. Unde bene per Moysen dominus pre
cepit. Si quis abierit cum amico suo sim
pliciter ad lignum in silvam ad ligna
cedenda et lignum securis fugerit ma
nu ferrumque lapsum de manubrio ami
cum eius percusserit et occiderit. Hic ad una
supradictarum urbium fugiet et vivet ne
forte proximus eius cuius effusus est sangu
is dolore stimulo prosequatur et appre
hendat eum et percutiat animam eius. Ad
silvam quippe cum amico imus quotiens
quolibet proximo ad intuenda delicta nostra
convertimur. Et simpliciter ligna succidimus
cum delinquentium vitia pia intentione
resecamus. Sed securis manu fugit cum
sese increpatio plus quam necesse est in aspe
ritate pertrahit ferrumque de manubrio prosilit
cum de correptione sermo durior excedit
et amicum percutiens occidit qui audito
rem suum prolata contumelia a spiritu di
lectionis interficit. Correpti namque
mens repente ad odium prorumpit si hunc
immoderata increpatio plus quam debuit
addicit. Sed is qui incaute ligna per
cutit et proximum extinguit ad tres necesse est
urbes fugiat ut in una earum defensus
vivat quia si ad penitentie lamenta con
versus in unitate sancte sub spe fide et
caritate absconditur reus perpetrati homici
dii non tenetur. Eumque extincti proximus

et cum invenit non occidit quia cum districtus
iudex venerit qui sese nobis per naturam
nostre consortium innuit ab eo procul dubio
vindictam de culpe reatu non expetit quem
fidelis venia spes et fides et caritas ab-
scondit. Cuius culpa dimittitur que ne-
quaquam malicie studio perpetratur. Bene autem Sophar
iniquitatem vocat quam sua supra lauda-
verat. Hic tamen ancina reprobatur exclu-
ditur quia ad verba contumelie dum ac-
ris zelo permovetur. Tertio per eos quod beati
Job merita non agnoscit, excuncta ad
sue visionem subiungit dicens: Forsi-
tan vestigia Dei comprehendes et usque ad
perfectum omnipotentem reperies. De vesti-
gijs dei.

Quid dei vestigia insinuant... Quia benignitatis eius visitationis vocatae
exemplis minime progredi ad superna pro-
ficimus cum eius spiritus afflatu tangimur et
extra carnis angustias sublevati per a-
morem agnoscimus auctoris nostri contemplanda
speciem quam sequamur. Interdum cum mentem
nostram spiritalis patrie amor inflammat quasi sta-
sequentibus iter insinuat et subsecuto cordi
velud quedam vestigium dei gradientis
bene insinuatur ut ab eo tanta cogitationum
gressibus via vite teneatur. Que enim nunc du-
dum restat nisi et ut per vestigia sua
amore indagamus quatenus usque ad con-
templationis speciem quandoque mens veniat
que nunc quasi a tergo subsequens post ...
desideria explorat. Hec propheta auctoris sui ve-
stigia bene sequi noverat cum dicebat:
Adhesit anima mea post te. Que repe-
rire quoque usque ad visionem sue celsitu-
dinis satagebat. D. Sitivit anima mea
ad deum vivum; quando veniam et apparebo ante
faciem dei. Hic quippe cognitione mani-
festa omnipotentem reperitur cum mortalitatis nostre
funditus corruptione calcata ab assumpte
nobis in divinitate sue claritate conspicitur. Nunc
autem a carnali cognitione anima infusionis
sue gratia sublevat et in conspectu recum pe-
cuniarum exaltat. Totumque mens quod
appetebat infimis despicit atque ad
superna desideria ignescit. Et contempla-
tionis sue vi extra carnem tollitur que
corruptionis sue pondere adhuc in
carne retinetur. Incircumscripti luminis iubar
intueri conatur et non valet quod infirmi-
tatis pressus animus et nequaquam penetrat et tunc
repulsus amat. Iam namque quod sit condi-
tor per amorem audit sed visionis sue
speciem amatoribus subtrahit. Sola ergo eius
vestigia conspicientes gradimur qui hunc
per donorum suorum signa sequimur quem non
videmus. Que nimirum vestigia comprehendi
nequeunt quia unde nisi quibus mo-
dis veniat eius spiritus dona nesciuntur ve-
ritate attestante que ait: Spiritus ubi vult

spirat et vocem eius audis et nescis unde veniat
et quo vadat. Sed veritatis nostre ac culmine
reperiri omnipotens per contemplationis speciem potest sed
tamen ad perfectum non potest. Quia et si hunc in claritate
sua quandoque conspicimus non tamen eius essentiam
plene contuemur. Angelica etenim vel humana
mens cum ad incircumspectum lumine inhiat et
ipso se ipsam creatura coangustat et super se
quidem perfectum intendit sed tamen eius ful-
gorem comprehendere nunc dilatata sufficit
quem circumtendendo et portando omnia et im-
plendo concludit. Unde adhuc subditur: Excel-
sior celo est et quid facies, profundior inferno
et unde cognosces, longior terra mensura eius
et latior mari est. De altitudine dei.

Quod deus celo excelsior inferno profun-
dior terra longior marique latior esse de-
scribitur tanto spiritaliter intelligi quanto de eo
quidquam nephas est corporea liniamenta sentire.
Sed celo est excelsior quia incircumscriptione sui spiritus
cuncta transcendit, inferno profundior quia trans-
cendendo subvehit, terra longior quia crea-
ture modum perhennitate sue eternitatis ex-
cedit, mari latior quia rerum temporalium fluctus
sic regens possidet ut hoc sub omnimoda po-
tentie sue presentia coangustando circumdet.
Quamvis possint et celi appellatione angeli
et inferni vocabulo demonia designari,
per terram vero iusti homines per mare autem
peccatores intelligi. Excelsior itaque celo est
quia ipsi quoque electi spiritus visionem tante cel-
situdinis perfecte non penetrant. Profundi-
or inferno est quia malignorum spirituum
astucias longe subtilius quam ipsi putant
iudicans dampnat. Terra longior quia
longanimitatem nostram patria dominus longitu-
dine comparat que nos et peccantes tolerat
et conversos ad premia remunerationis expec-
tat. Mari latior quia ubique facta pecca-
tum retributionis sue presentia occupat ut
et cum presens per speciem non cernitur presens
tamen sentiatur. Cuncta tunc ad solum refra-
gationem possunt ut ipse sic celum circa per
desiderium summis inheret. Ipse infernus
cum temptationum suarum caligine perturbatur
in infimis iacet. Ipse terra quia nisi bono ope-
ris sue spei ubertate fructificat. Ipse ma-
re quia iniquibus dicitur trepidus quatitur et
aura sue mutabilitatis agitatur. Sed celo est
excelsior quia pro eius magnitudine vin-
cimur et cum supra nosmetipsos elevamur.
Inferno profundior quia minime plus in-
tus quam ipse se humanus animus in tempta-
tionibus investigat. Terra longior quia
fructus vite in fine retribuit nequaquam ne-
que spes nostra comprehendit. Mari latior quia
humana mens fluctuans multa de hiis
que ventura sunt comminiscit sed cum iam venire
que estimaverat cepit angustam se fuisse
in sua inestimatione cognoscit. Excelsior

(Margin notes:)
3·2°
legis
to
R
gloria ... perfecti ... claritatis
e
f
g
C
h 90
ubi
p° 3
b
Essentia dei non cognoscitur ab intellectu creato
c
no
De immensitate dei ... inmo
Deus excellit omnem creaturam
Hoc dicitur celo terra mari et inferni et omnibus hijs excelsior est deus
aspicit

igitur celo est, cum ipsa in eum mira contemplatione
defixa est. Sed et cor perversi in alto posuerat, si-
ne dubio se eum contigisse simulabat. Mi-
rabilis facta est scientia tua ex me, confortata
est et non potero ad eam. Inferno profun-
diorem noverat, quem semetipsum discutientes
sed eius subtiliora iudicia pertimescentes
dicebat: Si nichil michi conscius sum, sed non
in hoc iustificatus sum; qui autem iudicat
me Dominus est. Longiorem terra videbat, cum
minora ei esse humane mentis vota perpe-
ndebat dicens: Qui potens est omnia facere
superhabundanter quam petimus et intelli-
gimus. Latiorem mari conspexerat, qui eum
mundo pensabat quod nequaquam mens
humana immensitatem discretionis eius
agnosceret quamlibet inquirendo fluctu-
aret dicens: Quis novit potestatem ire tue,
et pre timore iram tuam dinumerare? Quamquam [?]
huius potentiam egregius nobis doctor in-
sinuat cum breviter narrat: Ut possitis
comprehendere cum omnibus sanctis que sit
latitudo, longitudo, sublimitas et pro-
fundum. Habet quippe Deus latitudinem, quia di-
lectionem suam usque ad collectionem perse-
quentium tendit. Habet longitudinem, quia
ad vite patriam nos longanimiter tole-
rando perducit. Habet sublimitatem, quia ipsam
quoque intelligentiam qui recepti in super-
na fuerint congregationes transcendit. Habet
profundum, quia damnat iniustis di-
scretionis sue iudicium incomprehensibi-
liter. Exerit ergo, scilicet quattuor nobis in hac vi-
ta potentie singulariter exercet, quia et latitudinem
amando, longitudinem tolerando et cel-
situdinem non solum intellectum sed
etiam vota superando et profunditatem suam
exhibet occultos et illicitos cogitationum
motus districte iudicando. Sed eius celsitudinis
et profunditatis quam sit investigabilis nullus
agnoscit nisi qui vel contemplatione ad
summa provehitur vel occultis motibus resistens
temptationum repente in profundum turbatur.
Unde et beato Job dicitur: Excelsior celo est, et
quid facies? profundior inferno, et unde
agnosces? Ac si ei aperte diceretur:
profunditatem eius atque excellentiam quan-
tum cognoscere sufficit qui vel virtute ad
summa evehitur vel temptationum repercussione [?]
in temptationibus nescit. Sequitur: Si sub-
verterit omnia vel in unum coartaverit,
quis contradicet ei? vel quis dicere ei potest:
cur ita facis? Subvertit Deus celum cum
sublimi et occulta dispensatione humane
contemplationis celsitudinem destruit. Sub-
vertit infernum cum tranquilla mente in
suis temptationibus pavidam cadere
contra ad deteriora permittit. Subvertit
terram cum fructificationem boni operis
adversis invenientibus interdicit. Subvertit

mare cum fluctuationem sue titubationis
emergenti subito pavore confunditur. Sub-
vertit quippe sua cor animum, si ipsum
quia titubat valde formidat. Et quasi
mare subvertitur cum ipsa in Deum nostra
trepidatio considerato eius iudicii terrore
turbatur. Extrema vero celi quo vel infimis
terra vel mare subvertitur breviter diximus;
nunc aliquantulum laboriosius restat ut
qualiter in unum coartari valeant demon-
stremus. De temptatione carnis.

Sepe namque contingit ut ad summa
iam mentem spiritus elevet, sed tamen
hanc importunis caro temptationibus
impugnet. Cumque ad contemplanda celestia
animus deducitur, obiectis actionis illi-
cite imaginibus reverberatur. Sic cuius
repente humus stimulus sauciat, quem
extra carnem contemplatio sancta rapiebat. Ce-
lum ergo simul infernumque coartatur cum una
eademque mente et sublevatio contem-
plationis illuminat et importunitas tem-
ptationis obscurat, ut et videat inten-
dendo quid appetat et succumbendo in co-
gitatione toleret quod erubescat. De
celo quippe lux oritur, infernus autem
tenebras possidet. In unum ergo celum infer-
numque redigitur, cum mens que iam lucem
patrie superne considerat et de carnis bel-
lo tenebras occulte temptationis patitur.
Certe iam Paulus etiam tertii celi culmine ascende-
rat, iam paradisi secreta cognoverat,
et tamen adhuc carnis bella tolerans ge-
mebat dicens: Video aliam legem in
membris meis repugnantem legi mentis mee
et captivum me ducentem in lege peccati
que in membris meis est. Quid ergo in hunc
tanta predicationis preconem nisi celum
deinfernumque coartatur, qui et visio-
nis interne iam lucem acceperat et tamen
adhuc tenebras de carne tolerabat.
Semper se viderat quod letus appeteret,
in se tenebat quod merens doleret.
Iam celestis patrie lux irradiaverat, ad-
huc temptationis obscuritas animum
confundebat. Cum celo ergo infernum
pertulit, quia et illuminatum securitatis
tenuit et temptatum gemitus sentit. De fide.

Sepe etiam contingit ut fides in mente
iam vigeat, sed tamen ex parte aliquan-
tula dubietate contabescat. Cumque
et certa se invisibilibus elevet et ex quibus-
dam sese incerta perturbet, sic plerumque
ad eterna appetenda se erigit et sub
cogitationum stimulis agitata semet-
ipsam sibi contradicit. In unum ergo terra ma-
reque coartatur cum una eademque me-
ntem et certitudo solide fidei roborat
et tamen ex aliquantula mutabilitatis perfidie
aura dubietatis inquietat. Sic non ipso pede

coartatum certamen cotidie cognouerat qui
presidium sperans et prius fidelitatem fluctu-
ans euellat. Credo domine adiuua in-
fidelitatem meam. Et mens et itaque qui se et
credere asserit et adiuuari in sua incredu-
litatem petit. Nisi qui coartatum in suis
cogitationibus certamen cum mali desperatione
quem et exortare certus iam presidium ce-
pat et adhuc incertus videat presidio
exinde nobiliter tollerabile est. Cum enim certatur
secundum dispensationem permittit ut tunc mens
iam surgere ad retributionem ceperit, per mi-
ra sic reliquus impugnetur quatenus
ipsa si impugnatur aut resistentem cruciet
aut delectationibus seductam frangat.
Hec itaque inuicem dicitur. Et in submercione
anima ut in uno certamine quis cognoscit
ei ut quis dicere ei potest eum ita facis
Etenim ... inimicus diuinum indicium ut ad
custitatem valeat in minimi ut inquisitione
cognosceret cum ut virtutes quas certamen sc
erigit ut has omnino non adimens vite
rum generi impugnatione permittit.

Sepe namque de elatione
in elatione cor tollitur cum leges fracte
spebus in virtute roboratur. Et cum laceres
motus audacie in cogitatione conditor
conspiciat se sibi hominem ostendendo dereli-
quit ut eius mens relicta quia sicut
timeat, que male in se secura gaude-
bat. Unde tunc submittitur omnia ut in unum
coartata dicentur per singula addit. Ipse
enim nomine hominum vanitatem et videns
iniquitatem nomine considerat, quod si premissa
patefaciendo subiungeret, eterna tolle-
rando superexcitare vitia conspicit in-
dicando dona confirmat. De vanitate.

Recte vero in descriptione ordo sine
cui prius nostra vanitas et post consi-
deratur iniquitas perhibetur. Omnis quippe
iniquitas vanitas, non tamen omnis vani-
tas esse iniquitas. Vana namque agimus
quotiens transitoria cogitamus. In terra
vestire et quod repente ab intuentium
oculis aufertur. Sic propterea ait: Universa vani-
tas omnis homo viuens. Etenim per hoc
quia viuendo ad interitum tendit. Iste
quidem vanitas dicitur sed nequaquam recte etiam
iniquitas appellatur, quia et si de pena
et culpe quod desistat non tamen hoc ipsum et
quia amita perierit. Vana sunt itaque que
transeunt. Unde et per Salomonem dicitur:
Vanitas. Aperte autem post vanitatem pa-
rius iniquitas subinfertur, quia dum pigne
rem transitorie ducimur in quibusdam
nocte ligant. Cumque mens in quantis
statum non tenet a se per ipsa defluens
adiuncta premittit. Vanitate quidem adimi-
sitates labitur que assueta rebus mitta-
bilibus dum ex aliis ad alia sine impellitur

subortientibus culpis inquinatur. Post tamen vani-
tatem et culpa intelligitur et iniquitatis nomine reatus
grauior demonstratur. Si enim alii vanitas culpa
non esset. Propterea non diceret: Quamquam in ymagine
ambulet homo tamen vane conturbatur. The-
saurizat et ignorat cui congreget ea. Quam-
quam enim dicatur ymaginem in natura finem
vanis tamen delectationibus perturbati con-
ditione nostra delinquimus, ut modo nos
spe alternantibus cupido cogitat, metus fri-
gat, letitia misceat, dolor affligat. Commu-
tare quidem ut et super deum et adiuncti tamen
ducimur cum prius plena delicta desti-
ne iniusti cuncta leuigante nequaquam pro con-
mittere etiam grauia timeamus. Nam dum
moderari linguam otiosa verba negligimus
et molite remissionis capta audax ad
noxia prorumpit. Dum gule incubitur, adhibi-
dimus prauius insaniam producere. Cumque mens
subigere delectationem carnis renuit ple-
rumque et ad perfidie voraginem ruit. Unde
Paulus plebis israhelitice dampna conspiciens,
ne in innocentia abaudientibus mala com-
pesceret, curamine ex ordine cuncta nar-
rare decreuit. Neque ydolatre efficiamini sicut
quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum
est: Sedit populus manducare et bibere et sur-
rexerunt ludere. Esus quippe potusque ad
ludum impulit, ludus ad ydolatriam traxit, quia
si vanitatis culpa nequaquam caute compescitur
ab iniquitate protinus mens in cauta deuo-
ratur. Salomone attestante qui ait: Qui spernit
modica sensim paulatim decidit. Si enim
curare parua negligimus insensibiliter seducti
audenter in maiora peccamus. Et videndum
quia non dixit sed considerari iniquitas decet. Stu-
diosius quippe conspicimus que considera-
bimus. Itaque hominum vanitatem nomine iniquitatem
considerat, quia ut minora delicta peruolita
deserit et ad maiora ferienda se intorquens
attingit, quia in leuioribus malis inci-
pitur et ad grauiora peruenitur. Vanitas
mentem ambulat, iniquitas certe. Et
minimis mens amissa mox luminis tanto
se altius per ruinore erigit, quanto iniquita-
tis capita laqueis auertitur longius recedit.
Unde apte quoque vanitas cum iniquitate
protrahat exprimit cum repente subiungit
Vir vanus in superbiam erigitur.

Vanitatem quippe sunt et de vanitate
nec tamen prorsus mentem sauciat hanc ex
culpa audaciam reddat, quatenus sibi re-
cens oblita que amisisse se minorem iam
non dolet iniusto euertata iudicio simul ce-
gimus ipsam perdat. Et sic plerumque ut prauitatis
desideriis sinens amicos se diuini amo-
ris exutiat et quasi in malorum provectio
iam libera omne quod voluptas sugge-
rit implere contendat. Unde tunc vir vanus
se erigere in superbiam dicitur, illico subiungit

Cetuor sunt que statum anime perturbant
II cap.
lenitas

p.ª ad Cor. 10
Exo 32

Ecc. 19

12 cap.

Job xi.

Finis vanitatis et audacia
praue operationis

·79·

Et quasi pullum onagri se liberum natum putat. Per pullum quippe onagri omne agrestium genus exprimitur quod nec dimissum motibus lor(is) dominantium non tenetur. Agri namque animalia in libertate habent et ut quo appetunt et quiescere cum lassantur. Et quamvis insensatis animalibus homo longe sit melior hoc tamen plerumque homini non licet quod brutis animalibus non licet. Et [illegible] cum ad aliud nunc sinuntur eorum motus per illusionem nequaquam sub disciplina restringitur. Homo autem quia ad sequentem vitam ducitur necesse profecto est ut in cunctis suis motibus sub disciplinae dispositione religetur et quasi domesticum animal loris vinctum serviat atque aeternis dispositionibus restrictum vivat. Qui ergo implere cuncta quae desiderat per effrenatam libertatem quaerit quid aliud quam pullo onagri esse similis concupiscit ut disciplinae hunc lora non teneat sed ardenter vagus per silvam desideriorum currat.

Expositio autem. De insipientia.

Sed ista insipientes quos perdite infrenatae libertatis concupiscentia abicit, saepe adversitas frangit quatenus elisi discant qua rapiebantur elatione tumuerant, ut iam flagella exprimente edomiti qui iniuncta dominicae praeceptionis loris mente colla subiciant et vitae praesentis itinera admixti possideant. Et pugnantes contra sua loris ligati se non noverat qui dicebat: Ut iumentum factus sum apud te, et ego semper tecum. Sed et sensibus prospectior abagere praesidia voluptatis a Domino fidei deducti rectoris sui calcaribus premitur. Audiebat: Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Restat ergo ut si esse iam similes pullo onagri nolumus, iter nostrae quae agitur praesentis intima dispensationis exquiramus, ne mens nostra eo quod incitatur superni regiminis loro careat, et inde magis vota sua ad vitam impleat. Unde vitae suae studia et contrariam voluntatem calcat. Iuxta Sophar sententia pertulit. Sed quod meliori se hic eloquio nescit, hunc increpando subiungit: Tu autem firmasti cor tuum et expandisti ad Deum manus tuas. Firmari cor non hoc loco per instabilitatem dicitur sed per insensibilitatem. Omnis namque animus qui discretionis intimae consideratione se subicit, exterius per iudicium molestie timore sollicitudinis pertractans penetrat, quia infirma visu perpluit temptationes gestat.

Quisquis autem per tenacia insensibilitatis obduruerit, quasi cor firmat, ne hoc iacula timoris superni confodiant. Unde quibusdam per prophetam Dominus misericorditer dicit: Tollam a vobis cor lapideum et dabo vobis cor carneum. Cor quippe lapideum tollit cum a nobis superbie duritiam subtrahit. Et cor carneum tribuit cum eandem per timorem ignavam duritiam mansuefacit.

Ad sensibilitatem ... vero per manus non ut ... crebro dictum opera designantur. Cum ergo agitur manus ad Deum extendere et contra largitorem gratiae de verite ... superbie, qui eum in conspectu eius in dictis loquitur, bona quae facit tribuit ad Deum manus superbiens tendit. Sic profecto contra electos reprobi sic contra catholicos haeretici superbe effrenantur. Unde cum obmurmurare faciant, quemadmodum bonos reprehendere ... clarent, ut molimine contemnens eos quos redarguere conformitate actionis non valent, ex dominatione tumoris accusant. Unde et ea bona quae exterius fiunt nequaquam bona esse iam censent, quae quidem persuadendo incriminando de cogitationibus exhibent. Eum saepe humilia timentes increpant et quod dictis suis semper ipsos fecisse ignorant. Sed quia iustum vir Sophar accensus ... corripiens velud docendo subiungit: Si iniquitatem quae est in manu tua abstuleris a te et non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc levare poteris faciem tuam absque macula et eris stabilis et non timebis. Quemadmodum sola cogitatione committitur et cogitatione simul et opere perpetratur, iniquitas quae in manu est culpa in opere, iniustitia non in tabernaculo iniquitas in mente. Mens quippe nostra tabernaculum non incongrue vocatur, in qua apud nosmetipsos absconditur cum foris in opere non videmur. Sophar itaque quia iusti viri amicus est, novit quod dicat. De increpatione.

Sed quia iustum increpat, haereticorum nos speciem proferre ut etiam quam nescit ignorat. Sed nos caventes hoc quod ab eo tunc dicitur, pensemus cum verba quae vana sunt si recte dixerit. Prius enim animum in iniquitatem subtili et post ab alienatione amonet iniustiam abscindi, quia quisquis prava a se opera exterius resecat, necesse profecto est ut ad semetipsum rediens solerter se in mentis intentione discutiat, ne culpa quam iam in actione non habet adhuc in cogitatione perduret. Unde bene per Salomonem dicitur: Praepara foris opus tuum et diligenter exerce agrum tuum, ut postea aedifices domum tuam. Quid namque est praeparato opere agrum diligenter exterius exercere, nisi evulsis iniquitatis sentibus actionem nostram ad frugem retributionis excolere. Et quid est post agri exercitium ad aedificium domus redire, nisi quod plerumque ex bonis operibus discimus quantam vitae munditiam et in cogitatione construamus. Bene tunc namque de prava excogitatione perdimus. Et sed nonnulla cogitationis animum quae ex operatione nascuntur. Nam sicut ab animo opus sumit ita rursus ab opere animus erudiatur. Mens quippe dum

per insipientiam ...

Act 9

12 cap(itulum) A pepar

per duritiam cordis

Ezech 36.

amoris exordia capiens inspirat bona
que faciat. Sed postquam fieri inspirata ce-
perit, ipsis suis exercitata actionibus discit
cum inspirare bona inchoaverit, minus videbat
fortis. Ergo ager extollitur ne dominus
plus modum consideratur, quia plerumque ab ex-
teriori opere summus quietam subtilitatem
intendimus in corde tenemus. Et ne sub-
sophiar simare studuit, ordinem cum prius
auferri iniquitatem a manibus et post a taber-
naculo iniustitiam dicit non permanere, quia
nequaquam plene animus in cogitatione
erigitur, qui adhuc ab eo quod iniquitatis in
opere exercet. Et nunc si perfecte duo hec egimus
ad deum statim sine macula faciem levamus.
Interna quippe facies hominis mens est,
in qua nimirum recognoscimus ut a crea-
tore nostro diligamur. De oratione :-

Quam scilicet faciem levare est in deo animum
per studia orationis attollere. Sed eleva-
tam faciem macula inquinat, si intendentem
mentem reatus sui conscientia accusat. Quia a spei
fiducia protinus frangitur, si intenta preci-
bus necdum domite culpe memoria
mordeatur. Diffidit namque accipere se pos-
se quod appetit, qui profecto remissum
nolle adhuc facere quod divinitus audi-
vit. Hinc per Johannem dicitur: Si cor nostrum non re-
prehendit nos, fiduciam habemus apud de-
um, et quodcumque petierimus ab eo accipiemus.
Hinc Salomon ait: Qui avertit aurem suam
ne audiat legem, oratio eius erit execra-
bilis. Cor quippe nos in petitione repre-
hendit, cum resistere se preceptis eius quem
postulat meminit, et oratio fit execrabilis, cum
a censura avertitur legis, quia dignum pro-
fecto est ut ab eius beneficiis sit quisque
extraneus, cuius nimirum iussionibus non vult
esse subiectus. Qua in re hoc salubre
remedium est, ut cum se mens ex memoria
culpe reprehendit, hoc prius in oratione de-
fleat quod erravit, quatenus erroris ma-
cula cum in fletibus tergitur, in petitione
sua cordis facies a creatore munda vide-
atur. :· De plorata culpa :-

Sed curandum nimis est ne ab hoc rur-
sus prorruat quod se mundasse fleti-
bus exultat, ne dum deplorata iterum culpa
committitur, in conspectu iusti iudicis ipsa ea
lamenta leviget. Solerter quippe de-
bemus meminisse quod dicitur: Ne iteres
verbum in oratione tua. Quo videlicet dicto vir sa-
piens nequaquam nos prohibet sepe veniam
petere, sed culpas iterare. Ac si aperte
dicat: Cum mala gesta defleveris ne-
quaquam rursum facias quod iterum impla-
bus plangas. Ut ergo ad speciem faciem
sine macula levetur ante orationis semper
tempora, sed sollicite considerandum quicquid per
orationem reparari. Talemque se mens rei c-

ab oratione cessans exhibere festinet, qualis
apparere iudici in ipso orationis tempore exoptat.
Sepe namque immunda quedam vel illicita
in animo versamus, quociens a precibus vacamus.
Et cum se mens ad studia orationis erexerit,
earum rerum imagines reverberata patitur, quibus libenter
prius otiosa premebatur. Et quasi iam faciem
anima ad deum levare non sufficit, quia in se
nimirum inquinata mente maculis pollute co-
gitationis erubescit. Sepe curis mundi libe-
ter occupamur, cumque post hoc studio orationis inten-
dimus, nequaquam se mens ad celestia erigit,
quia pondus hanc terrene sollicitudinis in profun-
dum mersit, et in prece facies munda non os-
tenditur, quia cogitationis infime luto ma-
culatur. Fit nonnunquam non cor amore extrinsecus
et illicitis motibus etiam cum a prece vacat ab-
luimus, sed tamen quia nos culpas varias
committimus, aliena proximis delicta laxamus,
et quo peccare nos animus sollicitius metuit,
eo districtius hoc quod in se ab alio delinquitur
abhorrescit. Unde fit ut inveniatur quisque tar-
dus ad veniam, quo fit cavendo factus est cautus
ad culpam. Et quod ne excedere in altero
metuit, hoc quod in se exceditur punire
durius exigit. Quem sed ipse hac dolor rancoris ma-
cula respirare detinens, ut que in conspectu iudicis in-
nocentem non inquinat, sed necat vita quippe
anime que culpa polluit. Rancor vero
contra proximum dolor occidit. Mens enim namque
ut gladio figitur, cum occulta illius viscera
punctione perforantur. Quem si acutissimo corde si
prius non educitur, incassum in precibus divine opis
obtinetur. Quia et vulnerata in membris in-
prius salute membrorum medicamina nequeunt,
nisi ferrum a vulnere ante subtrahatur. Hinc
est quod per semetipsam veritas dicit: Nisi
remiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester qui
in celis est remittet vobis peccata vestra. Hinc ad-
monet dicens: Cum stabitis ad orandum, dimittite
si quid habetis adversus alium. Hinc rursus
ait: Date et dabitur vobis; dimittite et dimit-
tetur vobis. Hinc constitutioni postulationis
conditionem posuit pietas dicens: Dimitte nobis
debita nostra sicut et nos dimittimus debi-
toribus nostris, ut profecto bonum quod a deo
compuncti petimus, hoc primum conversi
cum proximo faciamus. Tunc non sine macula
faciem levamus, cum et nos perpetrata mala
committimus, nec ea que in nos commissa sunt
ex proprio zelo retinemus. Grandi namque mens
nostra orationis sue tempore confusione deprimitur,
si hanc aut sua adhuc opera inquinat,
aut aliene nequitie servatus dolor accu-
sat. Que duo quisque cum terserit, ad ea que
subnexa sunt protinus liber exurgit: Et
eris stabilis et non timebis. Quia nimirum
tanto minus animus ad vindictam trepidat,
quanto solidius in bonis actibus stat. Ti-
morem quippe superat qui stabilitate sec-

Peccatum aut maculat sed odium occidit

uiat qr dum possessa solidatur pace qm maiestate
te conditor inspirat securus cogitat et quod
sensibiliter intuetur et sciendum preterea quoniam
nonnulla bona sunt a quibus indefesse persistimus
et rursum nonnulla sunt a quibus animae defi-
cientes labuntur atque ad sui magnis conati-
bus primordialia tempora reformantur

De vita activa

Activa enim vita sine defectu mens figitur. contemplativa autem in-
firmitatis sue pondere victa lassatur. Illa quippe
tanto firmius durat quanto admittit se
erga utilitatem proximi dilatat. Hec tanto ce-
lerius labitur quanto et carnis claustra trans-
grediens super semetipsam ire conatur. Illa
per plana se dirigit et idcirco pedem operis ro-
bustius figit. Hec autem quo super se alta appe-
tit eo ad se citius fessa descendit. Quod
bene ac breviter Ezechiel insinuat cum corum
que vidit motus animalium narrat dicens. Non re-
vertebantur cum incederent. Ac paulo post sub-
iungens. Et animalia ibant et rever-
tebantur. Sancta quippe animalia aliquando vadunt
et minime redeunt. Aliquando vadunt et protinus
revertuntur. quia electorum mentes cum prospe-
ctam sibi active vite gradum erroris vi-
as deserunt redire ad mala mundi nescie-
unt que relinquunt. Cum vero contemplationis
aciem et ab hac se eadem active vita sus-
pendunt eunt et redeunt. qr per hoc quod
diu persistere minime in contemplatione suffici-
unt sese iterum ad operationem fundunt. ut
in hiis que sibi iuxta sunt se exercendo
refoveant et super se rursum surgentes con-
templando qualescunque. Sed dum hec eadem
contemplatio more debito proprium retinere
sua repetitur indeficientem prelucido et in
eius soliditate persistitur qr et si infirmitatis
sue pondere superata mens deficit hanc
tamen iterum continuis conatibus reparata
apprehendit. Que stabiliter sua in ea perdidisse
dicenda est aqua et si semper deficit hanc
et cum perdidit semper inquirit. Sequitur. Miserie
quoque oblivisceris et quasi aquarum que
preterierunt non recordaberis.

De malis presentis vite

Mala vite presentis tanto durius animus sentit quanto
pensare bonum quod sequitur negligit et
quia non vult premia considerare que res-
tat. Sola estimat esse que tolerat. Sin-
cere flagella eternam cogitatione recto
quoniam et quasi infirma calamitatis ac-
ditur que diebus cursu labentibus terminantur.
Sic et si semel quisque ad eterna se eri-
gat atque in hiis que immutabiliter permanent
aciem cordis figat. Hic nil esse hic
conspicit quicquid ad finem currit. Proinde
vite adversa tolleret. sed quasi nil esse omne
quod labitur pensat. Et quo cum se in eius
gaudiis robustius inserit eo minus exte-
rius dolores sentit. Unde Sophar recte

qua vitam iniusti temerario dote meliore
exhortatur admisciam et demonstrat
qua illa iusti hominis videatur pena
ac si aperte dicat. Tibi degustans gaudi-
um quod intus permanet leve sit per tempus
omne quod foris dolet. Sed hoc autem pensandum
te iniusti aquis prementibus compara-
tur quia calamitates transeuntes electorum mentes
nequaquam transgressionis subruunt. Sed tam
tactu meror transfundit. Nam madet
quidem perniciorem vulnere et tamen
a sue rectitudine frangit salute. Sepe
autem non solum flagella accedunt. sed etiam
in simul inter iusti animo malignorum quod
primum temptamenta crassantur ut ex-
terius expulsione doleat et intus ali-
quotiens extemptatione surgescat. Sed
nequaquam gratia deserit quin quo nos du-
rius ex dispensatione premat eo amplius
exprimere custodit. Et tam cum tenebrosa
a temptatione cepit sese iterum luminis
succedit lux et subditur. Et quasi meri-
dianus fulgor consurget tibi ad vesperam.
Fulgor quippe meridianus in vespere
lux revocatur in temptatione ne re-
pentino intuetur fulgore mens vigeat
que iam iamque lumen sibi gratie occumbe-
re formidabat. Quod adhuc Sophar
subtiliter aperit cum subiungit. Et cum te
consumptum putaveris orieris ut lucifer.
Sepe namque tot temptamenta nos ob-
sident ut ipsa nos corum molestia pe-
ne ad lapsum desperationis inclinet. Nam im-
plorare mens intendimus dicitur virtutis [illegible]
virtute sue damna considerat et tota do-
lens sed cui iam tarde sensum dolor alicu-
iusque surget et enitare non valet quanto cogi-
tationum tumultu nascitur. Mentem
premoveta conspicit eaque ne armare
pugnationis accipiat gravius meror
ipse contendat. Et tamen mentis quasi sa-
lus obscuritatis obstat et cum visum te-
nebre semper impediat mesta mens
nichil aliud quam tenebras videt. Sed
aperit misericordie medicinam sepe hec ipsa que
admissi quoque doloris agitat pro nobis
subtilius efficacia exorat. Statim meroris
in caligine conditor conspicit et sub-
ditum luminis radios respondet ita ut e
recta protinus per dona mens vigeat que
paulo ante delitescentia vitia superbi-
tabat despiciebant. Mox corporis pon-
derat atque contemplationis lumine pertur-
bationis sue tenebras eripiet
mox in gaudio perfectus attollitur que
inter temptamenta prius clade ex
desperatione cogebatur. Sine cogita-
tionis certamine premia despicit. Sed
dubitationis obstaculo devenitura in
cognitione confidit. Iustus quasi cum se con-

consumptum putaverit ut lucifer orietur.
Qui mox ut in crebrescente temptationum
caligine cepit, ad lucem gratie resurgit.
Et in superno munere diem iustitie quem
casurus paulo ante timuit nocte culpe.
Recte autem lucifero iustus mente comparatur.
Solem quippe preveniens lucifer nun-
tiat. Et quid nobis sanctorum innocentia insi-
nuat nisi sequentis iudicis claritatem clamat? In cor-
de namque admiratione conspicimus quid de maie-
state visuri estimemus. Nunc enim re-
demptoris nostri potentiam videmus,
sed tamen virtutem illius in electorum suorum
moribus admiramur. Sancta ergo vel bonorum
vita in consideratione sua oculis nostris veri
luminis obicit claritatis. Ad nos lucifer
ante solem venit. Sciendum nobis est quod
hec que ex temptationum spatio ad
iustitie districtissime mota exteriora
quoque mala nil obstat intelligi. Sancta
enim vita quia summa medullitus dili-
git, infima durius patitur. Sed in
fine gaudii lumen inveniunt quod hic re
in hoc spatio patienter intra conspiciunt.
Unde nunc per Sophar dicitur: Et quasi meridi-
anus fulgor consurget tibi ad vesperam.
Peccatori enim lumine in die et obscuritatis in
vespere, quia in prima vita felicitate at-
tollitur, sed adversitatis tenebris in fine
devoratur. Iusto autem meridianus ful-
gor ad vesperam surgit, quia quanta sibi
claritas maneat tunc iam occumbere
cepit agnoscit. Hinc namque scriptum est:
Timenti dominum bene erit in extremis. Hinc
per psalmistam dicitur: Cum dederit dilectis suis som-
num, hec est hereditas domini. Sancta ergo in hoc
quoque vite adhuc certamine positus
cum se consumptum putaverit, ut lucifer
orietur, quia foris cadens intus in-
novatur; et quo magis exterius adversa
tolerat, eo uberius virtutum culmine
interius coruscat. Paulo attestante qui
ait: Sed licet is qui foris est noster homo
corrumpatur, tamen is qui intus est renovatur
de die in diem. Id enim quod in presenti est
momentaneum et leve tribulationis nostre
supra modum in sublimitate eternum glorie
pondus operatur in nobis. Et notandum quod
nequaquam cum consumptus fueris, sed cum
te consumptum putaveris dicitur, quia et quod
videmus indubitanter est, et quod speramus in in-
certitudine. Unde et idem Paulus non se con-
sumptum noverat, sed putabat, quia et in
adversa tribulationum cernens velut luci-
fer splendebat, qui dicit: Quasi morientes
et ecce vivimus; quasi tristes, semper autem gau-
dentes; sicut egentes, multos autem
locupletantes. Sciendum quoque est quod
bonorum mens quo duriora adversitate
tolerat, eo certius premia eterna sperat.

Unde apte subditur: Et habebis fiduciam proposita
tibi spe. De solida spe.

Tanto namque spes in deum solidior surgit, *(marg.: De solida spe)*
quanto pro illo quisque graviora pertulerit, quia
nequaquam retributionis gaudium de eternitate
colligitur, quod non hic prius pia tribulatione
seminatur. Hinc enim per psalmistam dicitur: Euntes ibant
et flebant mittentes semina sua; venientes
autem venient in exultatione portantes ma-
nipulos suos. Hinc Paulus ait: Si quidem *(marg.: 2 ad Cor 4)*
compatimur, et conregnabimus. Hinc
discipulos admonet dicens: Per multas tribula-
tiones oportet nos intrare in regnum dei. Hinc *(marg.: Act 14)*
sanctorum gloriam Iohanni angelus indicans ait: Hii *(marg.: Apoc 7)*
sunt qui venerunt de tribulatione magna
et laverunt stolas suas et candidas eas fe-
cerunt in sanguine agni. Sancta ergo vir nunc pro
tribulatione seritur ut post gaudii fructus
metatur; tanto maior fiducia mentem robo-
rat quanto hanc fortior pro veritate afflictio
angustat. Unde apte protinus adiungitur: Et de-
fossus securus dormies. De presenti labore. *(marg.: De labore presentis vite)*

Sicut enim malis prius securitas
laborem, ita bonis prius labor perpetuam
securitatem parit. Unde et defossum se secu-
rum dormire posse iam noverat qui di-
cebat: Ego enim iam delibor et tempus mee *(marg.: 2 ad Tym 4)*
resolutionis instat. Bonum certamen certa-
vi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo
reposita est michi corona iustitie quam
reddet michi dominus in illa die iustus iudex.
Sancta enim contra mala consuetudinis sine
defectu certaverat, iam iure in mansione quietis
sine dubietate presumebat. Sancta ergo defossus
intelligi et aliter potest. Sepe namque rebus *(marg.: Temporalium occupationes oblivionem dant peccatorum)*
transitoriis occupata pensare negligimus
perpetrata peccata. Sed si reducto consideratio-
nis oculo a sinu cordis terrene cogitatio-
nis agger exhauritur, quicquid in mente late-
bat invenitur. Unde sancti viri interiorum
latebras perscrutari non desinunt, se sub-
tiliter indagantes terrenarum cu-
ras abiciunt, et effossi plene cogitationibus
cum nullo se reatu cernunt morderi, deo pro-
spiciendo velut in secreto cordis apud se se- *(marg.: Velud)*
curi requiescunt. Late quoque abscondunt
mundi actibus appetitum, sed sua considerantes
et in loco regiminis minime consurgunt in-
dicare que aliena sunt recusant. Effossi
ergo securi dormiunt qui dum sua intima
vigilanter penetrant a laboriosis se huius
mundi oneribus subtrahentes otio sancte
quietis inherent. Unde et adhuc subditur: Requiesces et
non erit qui te exterreat. Sanctus quippe men-
tem gloriam querit, perfecto despectum
metuit; sancta ergo semper ad lucem intendit, sed
dampna formidet. Cuius enim perceptione
resistatur, eius vel paulo dubio amissione sauciatur. Et quo obligatus mu-
tabilibus ac periturus inheret, eo longe in

insimus avare sectantur iacet. De requie

actionis quiescis sive terrore

A[…]in solo eternitatis desiderio figitur nec prosperitate attollitur nec adversitate quassatur. Dum nil hic in mundo quod appetit invenit est quod de mundo pertimescat. Hinc etiam salomon ait: Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Hinc iterum dicit: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Requiesces itaque inter requiesces et non erit qui te exterreat. Terrena namque quisque ad plenum pavorem qui ex mundo et abiecit quicquid in semetipso veris mundi concupiscenciam vincit. Non absque terrore paulus in corde requiescebat qui dicebat: Certus sum enim quod neque mors neque vita neque angeli neque principatus neque instancia neque futura neque fortitudo neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei que est in christo ihesu domino nostro. Anima videlicet fortitudo caritatis vera sancte ecclesie voce laudatur cum per canticorum canticum dicitur: Valida est ut mors dilectio. Venit et enim dilectio comparatur quia nimirum mentem quam semel cepit a delectatione mundi funditus occidit. Et tanto hac valencius inaniter erigit quanto et insensibilem contra exteriorem reddit. Sed si me hoc scienduм est quod sunt multi qui perdiciat valde difficile est ut ad hec quod mox amittunt non extimescant. Unde et sophiar per tunc adiungit: Et deprecabuntur faciem tuam plurimi.

De perversis sive hereticis

N[ecesse] est enim iusti videlicet ideo se premonente nitimur arcem custodiunt ut abalienis exorentur. Sed sine hereticam seu perversi quilibet per hoc quod inter homines eum in notescere cupiunt. Unde per hominibus intercessores volunt. Et cum sancta loquentes insinuant quod in appetitione hoc aliis ex magno possideant. Sed quia celestia predicant in suis repente post omnibus oberdiunt quod amant. Sed ne diu terrena pollicendo patescant quod se ad verba credidimus eius rectitudinem. Unde mox subditur: Oculi autem impiorum deficient et effugium peribit ab eis. De nuda intencione

Q[uid] oculorum nomine nisi intencionis exprimitur per eius vitas attestatur dicens: Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Quia videlicet si operacionem nostram intencio munda prevenerit quamvis hominibus aliter videatur in eum tamen iudicis omnibus mundum subsequentis actionis corpus ostenditur. Oculi igitur impiorum sunt intenciones in eis carnalium desideriorum que in ideo deficiunt quia eterna negligunt et sola semper transitoria prestolantur. Adipisci quippe terrena gloriam cogitantur multiplicari rebus transitoriis exoptant ad mortem cottidie temporalibus labentem tendunt. Sed cogitare mortalia mortales nesciunt. Quorum vita per momenta deficit et tunc carnale desi

[D]derium crescit. Et tunc vita instancia sine cor[…] rumpitur et huius amplectas non finitur. Sed cum mors impios subtrahit eorum profecto desideria cum vita terminantur. Et eorum salubriter oculi tunc superna ulcione deficiunt quia sno hic iudicio aeterna desiderare delectatione noluerunt. Hos illorum oculos a porci veritate prestina claudit paulus. Tunc operuerit eum dicebat: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Terrena etenim mala imaginationes cogitata repente et subito amittitur. Temporalia que diu tractata tenuerunt. Sequens et omne effugium peribit ab eis quia cornu malicia ab accusatione districta iudicis est se valeat occultare non invenit. Extra ne iniqui cum eterna aliquo vel adversa pacientur effugium latebras inveniunt quia ad voluptatem proprium desideriorum carnalium recurrunt. Sepe enim paupertas cruciat diviciis animum demulcet. Ne despectus proximorum deprimit se se dignitatibus exaltant. Si fastidio corpus atteritur copiosis epularum diversitatibus nutriuntur. Si quo animus mesticie impulsu deicitur mox proposita iocorum blandimenta relevantur. Tot igitur hic effugia quot sibi parant delectamenta. Sed in quo effugium perit quia eorum mens amissis se omnibus solum et iudicem conspicit. Tunc voluptas subtrahitur voluptatis culpa finatur et repente in ipso pendendo distinctio et quia perenniter tenent eterna quo nunquam corporales mmunt quererent non desinunt. Unde adhuc subditur et spes illorum abhominacio anime. De

abhominacione anime

Q[uid] hic peccator tot cogitacionibus spei misit ne presentes terrores tunc exsurgat quando post multiplicatate tunc extenderat adversantes dominico subiciat obsequiis inmittandus iniquitatibus ne desiderium satisfaciat benignum se tum laudaretur ondat quando gula appetitibus efferat ad hoc quod voluptas impleat operis explecione. Non ergo spes illorum abhominacio dicitur quia ea que carnales ambiunt spirituales quoque medico cunctis contemnant. Prauum quod peccatores voluptatem estimat hoc iusta proculdubio penam putant. Abhominacio ergo et anime spes pravorum quia inimicum spiritus desiciat in carne requiescit. Nam cum carne mollibus sic enim diviciis intentum illam blandam resonent hanc asperitas contineant. Illa delectacionibus pascitur sed amaritudinibus vegetatur. Et sicut carnem dura sauciant sic mollia spiritum necant. Et sicut illa laboriosa nutriuntur ita hanc delectabilia extinguunt. Spes ita que carnalium abhominacio anime dicitur.

De nuda cogitatione

Pu. 12

Pu. 28

b

Ro. 8 — q(uod) ex mundo e[st]

neque alicui

Cant. 8.

c

De p[er]v[er]s[is] sive hereticis

d

De nuda inte[ncione]

Mt. 6 et luc. 11

e

Labor impiorum e[st] ad acq[ui]r[endum] t[em]p[or]alia

f

g

a

b

quia unde immectum sibi intus bene
adtendere certo sciamus unum Vnde hic scriptum
ac recte dicitur nisi beatus Job tueta lar-
gius etiam vincendo predicasset atque per-
qua sanctorum more deum intime
doctorem qui se erudiat sapientie magistro co-
nauit ipse dictorum suorum ponderibus stringe-
qui indiscretione intempesta omne quod
loquitur destruit quia liquore sapientie ple-
no vasculo sufficienter dicturus namque abs-
discretione opes sunt sicut asculteris sepe
opes corporales sibi possidere. ¶ ¶

Non enim qui tenerarum rerum multa
perplicare subinnui sunt aliqui multa etiam
spiritualia cernunt ut ipsi hic intellectum largius
habere uideantur Sed peruersi cum vera sapi-
unt ita quedam etiam iudicibus loquuntur
non ut alios audientes doceant sed
ut ipsi quanta doctrina polleant innotes-
cant pro re se quippe sapientia cunctos ex-
istimant et tacito intellectu se cuius docte clara
mensuras magnitudinis putant Scio
ponitur quibus sic omnes loquentur superba voce
meliores docere non metuunt quos
se inferiores arbitrantur Et sicut etiam
electos quosque ab estimationis sue culmine
renovat et distinctionis manum adequali
comparacionem reformat Vnde beatus Job qui
eius sunt secum membra et videns quod
amicorum mens in verba plane erudi-
tionis intumuit Illico intulit Ergo vos
estis soli homines et vobiscum morietur sa-
pientia Tumidi quippe se pure tenentes omnes
existimant quid et aliud quam solum se esse
hominem exultat Et sepe contingit ut cum
per timorem mens in altum ducitur unde
spectum animus et sua ammiratione subli-
metur In cogitatione enim proprium favoris
erigitur sibi de singularitate sapientie
blanditur Ipsa summa pensat ea
que audierit ac verba que proferre ad
imitatur sua uidet aliena omnia Et se
solum sepe existimat quid aliud quam
eandem habet secum mori sapiam
putat Magna adesse aliis cupiet se abuimit
lis sibi habere cernes perfecto intellectus superbe
teneritatis claudit pensando et ut secum
quanta discretione utitur Ne tamen ceterorum
superbientium arrogantia reprimatur
tum preterimus adiungit Et michi et cor sicut
et vobis nec inferior vestri sum Cuius at-
tem nesciat quantum beatus Job intra ceteros
scita amicorum eius scientiam excedat Sed
ut eorum superbiam corrigat esse se non in-
feriorem negat Et ne sine humilitate
limitem transcat esse se superiorem tacet
ut perfecto se sed conferendo indicat quod
solet, sicut scriptum est: Si quis sitit
veniat ad me et bibat. Qui autem bibe-
rit ex aqua quam ego dabo ei non si-
tiet in eternum. Et faciet comam quasi cum
primum plantatum est, quia succiso trunco co-
mam fecit, et extincto corporali vita
suae passionis exemplo multorum
corda suscitavit et eosdem ad viriditatem
virtutis induxit. Non autem dicitur quasi cum primum
plantatum est, sed quasi quod hic ...

aque secundum plantationem. Et quia prima videlicet plantatio non in ope nostra sed in potentia conditoris est. Et quia cuncta que agere elegit sicut prius interius conspicimus atque disponit, sicque modo exterius perficit. Unde dicitur: Faciet comam quasi cum primum plantatum est. In viriditate suam ostendit necessitate operis qua prius fuit in potentia conditoris. Potest etiam nomine ligni ipsa natura humanitatis intelligi que subsistit, que videlicet in radice senescit in terra cum natura carnis deficit in pulverem redacta. Cuius in pulvere truncus moritur quia extinctum corpus a sua specie dissipatur, sed ad odorem aque germinat quia per adventum sancti spiritus resurgit et faciet comam quasi cum primum plantatum est, quia ad illam speciem redit ad quam percipiendam conditus fuerat, si in paradyso positus perstare voluisset. Sed fortasse etiam de ipso Redemptore omnium capite duo modo valet intelligi. Iuxta hoc namque quod perdidimus quia de semetipso ait: Si in viridi ligno hec faciunt, in arido quid fiet? Et enim lignum viride et nos lignum aridum dixit, quia ipse in se vim divinitatis habuit. Nos vero qui puri homines sumus lignum aridum appellamur. Habet ergo lignum spem si precisum fuerit, quia rursum virescit, quia si et occidi per passionem potuit, per resurrectionis gloriam rursus ad viriditatem vite pervenit. Cuius rami pullulant quia ex resurrectione illius multiplicati longe lateque fideles creverunt. Cuius radix intra senuit quia eius predicatio in decore perfidie quasi despecta fuit. Et in pulvere truncus emoritur, quia in corde persequentium quod perfidie sic vento levabatur contemptibilis et despectus fuit, quia peremptum potuit occidi. Sed ad odorem aque germinavit quia potente divinitate extincta caro illius claritatem reddiit, impetra quod scriptum est: Quem Deus suscitavit a mortuis. Quem cum Deus dicitur et extinctam carnem unigeniti filii sancta trinitas, id est pater et filius et spiritus sanctus, resuscitavit et fecit comam quasi cum primum plantatum. Et quia illa apostolorum debilitas que in morte illius expavit et ter negavit et negando arruit, resurrectionis illius gloria rursus ad fidem vivit. Sciendum ligni comparatione quod omnis homo nisi pulvis et cinis subditur: Homo vero cum mortuus fuerit et nudatus atque consumptus, ubi queso est? Nullus homo sine peccato est nisi ille qui in hoc mundo ex peccato non venit. Et quia omnes in culpa ligati ipsa amissione iustitie morimur, concessa prius in paradyso veste innocentie nudamur, interitu et carnis subsequente consumimur. Homo itaque peccato moritur, in culpa nudatur, atque consumitur in pena. Hanc nuditatem patris filii tegere dignatur et pater qui eo redeunte dixit: Cito proferte stolam primam. Prima quippe stola est vestis innocentie quam homo bene conditus accepit, sed male persuasus perdidit. Contra hanc nuditatem dicitur: Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. Vestimenta quippe custodimus cum precepta innocentie servamus in mente, ut cum iudicii culpa nudat, admissam redeuntes innocentiam prima operiat. Sed ante dicitur: Ubi queso est? Quia peccator homo ibi stare noluit ubi conditus fuerat, dum esse prohibetur patriam, nolens per a peregrinatione non sua diligit et in ea expellitur. Ubi enim est qui in eius amore non est? Ubi vim esse dicitur. Sequitur: Quomodo si recedant aque de mari et fluvius vacuus factus arescat, sic homo cum dormierit non surget. Mare mens hominis et quasi fluctus maris sunt cogitationes mentis que aliquando per iram tumescunt, per gratiam tranquille fiunt, per odium cum amaritudine defluunt. Sed cum homo moritur aque maris recedunt, quia iuxta psalmiste vocem: In illo die peribunt omnes cogitationes eorum. Scriptum de moriente scriptum est. Amor quoque et odium simul pereunt. Arescit quoque fluvius vacuus factus, quia subducta anima vacuum remanet corpus. Quasi enim alveus fluminis vacuus ita est corpus exanime. Quia inter vigilanter intuendum est quod vita prius videlicet quo usque anima in corpore moratur mari et fluvio comparatur. Aqua enim maris amara est, fluvius dulcis. Et quia hic viventes in quibusdam amaritudinibus afficimur, modo autem dulcedine tranquilli acquiescimus, nescimus pertinet vite decursus comparatione exprimitur maris et fluminis. Sed inter hec dicendum valde videtur esse quod subditur: Sic homo cum dormierit non resurget. Dum itaque laboramus sit in veritatis rectitudine cum non tendimus. Quomodo autem dicitur non resurgit cum scriptum sit: Omnes quidem resurgemus sed non omnes immutabimur. Et rursum: Si in hac vita in ipso cum sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Et per semetipsam veritas dicit: Omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite. Sed subiuncta sua indicat que distinctio in premissa lateat. Nam subditur: Donec atteratur celum non evigilabit nec consurget de somno suo. Liquet enim quia non resurgit sed donec atteratur celum, quia nisi huius mundi finis advenerit humanum genus a somno mortis ad vitam non evigilabit. Pro ergo quia omnimodo

Luc. xv.
Stola prima gratia hominum fuit innocentia
F
Apoc. 16.
causa
prius
B
quia vero ubi cecidit
qua
G
Mens hominis cogitatio ... mare, fluctus eius
C
Ps.
Ecc. 9
B
ad Cor. 15
miserabiliores sumus
Jo. 5.
C
Job ... in die sue
D
H

non resurget, sed quia ante conditionem celi
generis nunc resurgat insinuat.
Notandum quoque est cur pagina sacri eloquii
hominem mortuum diceret inferius non mor-
tuum sed dormientem nominat. Cumque de
sompno suo nunc consurgere dominus celum
aeterne nature nisi cum pateretur datur
intelligi quia in comparatione legum com-
venit hominem mortuum peccatorum memorat
a vita scilicet iustitie extinctum. Ubi autem de
morte carnis loquitur non hanc mor-
tem sed sompnum maluit vocare, ipse pro-
cul dubio resurrectionis insinuans quia sicut
citius homo a sompno evigilat, ita concite
ad conditoris nutum a morte corporis re-
surgit. Vehementer enim ab infirmis men-
tibus non mors pertimescitur. Sompni autem
vocabulum admodum timetur. Unde et Paulus
discipulos admonens dicit: Nolumus autem
vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut
non contristemini sicut et ceteri qui spem non
habent. Si enim credimus quia Ihesus mortuus est
et resurrexit, ita et deus eos qui dormierunt
per Ihesum adducet cum eo. Sciendum est quia predicator
egregius mortem domini mortem vocat, mor-
tem autem fidelium domini non mortem sed somp-
num nominat. Christi quia infirma audi-
entium corda respiciens medicamentum
predicationis sue mira arte componit et il-
lum quem iam resurrexisse noverant
eius mortuum insinuare non dubitat;
eos vero qui nondum resurrexerant ut
spem resurrectionis insinuet non mor-
tuos sed dormientes vocat. Christo enim
velatur dicere mortuum quem auditores ia(m)
resurrexisse cognoverant, et velat di-
cere mortuos quos resurgere vix cre-
debant. Beatus igitur Iob quem dicit mortuos
ad vitam rursus evigilare non dubitat,
eos dormientes vocat quia mortuos
appellat. Sequitur: Quis michi hoc tribuat ut
in inferno protegas me? Prima ante ad-
ventum mediatoris dei et hominum omnis
homo quamvis munde placatam vite
fuit, et ad inferni claustra descendit. Du-
bium non est quia homo qui per se non ce-
cidit per se ad paradysi regnum redire non
potuit nisi veniret ille qui sine mis-
terio incarnationis paradysi eiusdem
nobis iter aperiret. Unde et post culpam hominis
ad paradysi aditum romphea flammea po-
sita esse memoratur. Que et versatilis di-
citur, quia aliquando veniret tempus ut et remo-
veri potuisset. Nec tamen ita iustorum ani-
mas ad infernum dicimus descendisse
ut in locis penalibus tenerentur, sed esse su-
periora inferni loca, esse alia inferiora
credenda sunt, ut in superioribus iusti requi-
escerent, et in inferioribus iniqui punirentur.

Unde in psalmo propheta prememinens se divine gratie
dicit: Eruisti animam meam ex inferno
inferiori. Beatus igitur Iob ante mediatoris
adventum ad infernum se descendere
sciens conditorem suum illuc protectorem
postulat ut a locis penalibus alienus
existat. Ubi dum ad requiem ducitur a
suppliciis abscondatur. Unde subditur: Et
abscondas me donec pertranseat furor
tuus. Furor enim omnipotentis dei in hoc
tempore vim sue districtionis peragit
cum viventes indigne dignis suppli-
ciis diiungit. Tum furor iste quidem
transit sed in fine perficit quia modo agi-
tur sed in iudicii termino consumatur. Tamen
iste furor quoniam ad electos attinet in re-
demptoris nostri adventu periisse quia
eos ab inferni claustris ad paradysi gra-
tia mediator dei et hominum dum illuc
ipse pie descenderet reduxit. [illegible] non
sciendum est quod furoris nomine divine
non congruit quia naturam dei simplicem
perturbatio nulla confundit. Unde ei di-
citur: Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate
iudicas et cum magna reverentia dispo-
nis nos. Sed quia iustorum anime pro me-
diatoris adventum erant ab inferni lo-
quamvis non penalibus quiete liberande
hoc quoque iustus vir providet et protinus
subiungit: Et constituas michi tempus in quo
recorderis mei. Ecce ubi venit plenitudo
temporis misit deus filium suum natum ex muliere
factum sub lege ut eos qui sub lege
erant redimeret. Hanc itaque redemp-
tionem vir dominum presciens in qua erat
nil exoptans exclamandi sic ipse ait hic
et hec celes in corde tuo, tu scio quia
universorum memineris apud omnipotentem
deum tempus filii constituisti sue recordatio-
nis pacem. Sicut enim quod incarnatio-
nis dicitur: Et ego si exaltatus fuero
a terra omnia traham ad meipsum omnia
electa. Ipso enim ab inferno rediens deus
electos simul et reprobos tenet sed illa ex
inde omnia sustulit que sibi inhesisse
presciunt. Unde etiam per Osee prophetam dicit:
Ero mors tua o mors, morsus tuus
ero inferne. Id enim occidimus agimus
ut non sit ereo autem quod mordemus par-
tem abstrahimus partemque relinquimus.
Prima igitur in electis suis dominus funditus
occidit mortem, mors mortis extitit.
Prima non omnino perimit relinquit non
occidit funditus sed momordit infernum.
Dicit ergo: Ero mors tua, o mors; mor-
sus tuus ero inferne, quia sublatis electis
ex parte affligo. Dicat ergo beatus Iob sic
adventum ad inferos redemptoris
sui previdet quod futurus predixit et dicat

Quare non sunt inferni mors sed morsus

Mors audientes terreat? ideo nobis paulus sompnum vocat

Ad thess. 4

Infernus ante Christi adventum omnibus claudebat? non patebat exceptione

itineris · vi cap. · Gen. 3

Non de inferno prior

Versatilis gladius quare dictus est et non de locis inferni

quasi · indic · peccatis · abstulit peccatum

Et constituas mihi tempus in quo recorderis mei. Sequitur: Putasne mortuus homo rursum vivat? Solet infirmis in eo quod ipsi certum ac solidum sentiunt quasi ex dubietate aliquid proferre, ne infirmiorum in se verba suscitat. Et rursus proferens sententiam infirmantium dubietati condescendit omnimodo, quatenus per hoc quod dubie profert eorum infirmius aliquatenus condescendat. Et per hoc quod certam sententiam profert, infirmiorum mentes dubias ad soliditatem trahat. Quod nimirum fecit ex magistri capite sermonis. Passioni quippe Dominus propinquans infirmantium in se vocem sumpsit dicens: Pater si possibile est, transeat a me calix iste. Eorum quippe timorem ne abscideret suscepit, et in se propter vim fortitudinis ostendens ait: Verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Quatenus cum hoc imminet quod si nolumus sic premisa infirmitatem petamus non ne fiat, quatenus per fortitudinem pati simus ne voluntas conditoris nostri etiam contra nostram voluntatem fiat. Hoc itaque more nonnumquam a fortibus infirmitatibus verba suscipienda sunt, ut per eorum prius praedicamenta fortia infirmorum corda quasi roborentur. Unde beatus Job sub quasi dubitantis verba protulit dicens: Putasne mortuus homo rursum vivat? Sed illico sententiam sue certitudinis adiunxit quia ait: Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Qui itaque immutationem suam tanto desiderio expectat, quia nequaquam sit de resurrectione incertus insinuat, et cursum vite presentis quam despiciat innotescit, quod eam militiam appellat. Militia quippe semper ad finem intenditur et cotidie conclusionis terminum expectat. Cursum itaque vite presentis despicit similis et statum soliditatis requirit, qui per hoc quod immutabiliter militat ad immutationem suam pervenire festinat. Iustus quippe in hac vita ipsa sarcina sue corruptionis honerosa et quasi vigilie defatigatus sopori queritur ne vigiliarum labor atque anxietas teratur. Sed non numquam etiam sompnus accedit, fames corpus atterit atque necessitas repellatur cibi requiruntur, sed sepe et cibi gravant qui ad repellendam debilitatis gravamen quesiti fuerant. Gravis itaque est sarcina corruptionis et eripere nisi ita gravis esset, nequaquam Paulus diceret: Vanitati creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit usque ad

hunc. Beatus ergo vir incorruptionis statum desiderans dicit: Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Quid in immutatione quid agatur adiungit: Vocabis me et ego respondebo tibi. Quod tunc libere dicam, cum factis congrua admunite opera reddimus. In illa ergo immutatione vocatio Domini et responsio hominis, quia ante incorruptibilitatem incorruptus homo ostenditur post corruptionem. Nunc etenim quousque subditi corruptioni sumus auctori nostro minime respondemus, quia cum corruptio ab incorruptione longe est similitudo apta nostre responsionis non est. De illa namque immutatione scriptum est: Cum apparuerit similes ei erimus quia videbimus eum sicuti est. Tunc ergo vocanti Deo veraciter respondemus cum assumpte incorruptionis vi sic incorruptibiles surgimus. Et quia hoc proprie creatura ex semetipsa non valet, sed solius omnipotentis Dei dono agitur ut ad eternam incorruptionis gloriam permutetur, recte subditur: Operi manuum tuarum porriges dexteram. Ac si patenter dicat: Idcirco creatura corruptibilis persistere ad incorruptionem potest, quia tue potestatis manu erigitur et in respectu gratie ne persistat tenetur. Humana namque creatura eo ipso quo creatura est in semetipsa sibi subsistere destituere, sed a conditore suo homo accepit ut et super se in contemplatione rapiatur et in semetipso incorruptione teneatur. Creatura ergo sub se defluat, sed in corruptione subsistit, ab incommutabili statu auctoris sui dextera levatur. Potest quoque dextere nomine Filius designari, quia omnia per ipsum facta sunt. Operi igitur manuum suarum porrexit omnipotens Deus dexteram suam, quia ut ab iectu atque in infimis iacens ad summa erigeret genus humanum incarnatum ad hoc misit Unigenitum. Qui nobis in carnatione datum est, et qui ex voluntate propria in corruptionem cecidimus, notam non Deo quoque ad nos incorruptionis gloriam videre valeamus. Et in re surgere dominice nunc pensare qui non valeat, quod ad eternam perducat gloriam hominem, proterviam pensat Deus mala que fecerimus et tamen per benignitatem suam gratiam ea misericorditer relaxat. Unde et subditur: Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. Gressus Dei dinumerare singula queque opera nostra per retributionem signat. Quid enim in gressibus nisi unaquaque nostra acta designatur? Omnipotens itaque Deus et gressus dinumerat et peccatis parcit, quia et subtiliter acta nostra dinumerat considerat, et tamen hec penitentibus misericorditer relaxat, et dinumerata importunitatibus conspicit. Sed tunc hanc penitentie gratia ad primam emollit culpas quas dinumerat, tum nos ipsos ad singula que fecimus deflenda compellit.

Iniquitates misericorditer velavit. Quia ergo cum nos punimus ipse nequaquam in extremo examine iudicat, Paulo attestante qui ait: Si nosmetipsos diiudicaremus non utique iudicaremur. Et subditur: Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam. Signantur delicta nostra quasi in sacculo, quia hoc quod nos exterius agimus nisi per paenitentiam diluimus, in secreto iudicio Dei sub quadam attestatione servatur, ut quandoque ea de sigillo secreti exeant ad publicum iudicii. Unde etiam per Moysen de reprobis dicitur: Nonne haec congregata sunt apud me et signata in thesauris meis? In die ultionis reddam illis. Cum vero pro malis quae fecimus disciplinae flagello atterimur, et haec per paenitentiam deflemus, iniquitatem nostram et signat et curat, quia nec inulta hic deserit, nec in iudicio punienda servat. Signat igitur delicta qui ea hic subtiliter attendit ut feriat; curat vero, quia per hoc flagellum funditus relaxat. Unde iniquitatem quoque illius persecutoris sui quae iam pervenerat signando curavit, cum de illo ad Ananiam dicit: Vas electionis est mihi iste ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis Israel. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pati pro nomine meo. Cum enim adhuc persequentis excessibus venturas passiones minatur, profecto hoc quod designaverat iam designatum tenebat. Et procul dubio delicta eius signando curaverat, quem vas electionis vocat. Recte ergo peccata signantur nostra in sacculo, cum mala quae fecimus sollicito corde pensamus. Quid namque est cor hominis nisi sacculus Dei? ubi dum studiose conspicimus per quanta delinquimus, peccata nostra quasi Dei signata portamus. Iam non peccatum suum David signatum tenebat in sacculo, qui dicebat: Iniquitatem meam ego agnosco, et delictum meum coram me est semper. Et quia ea quae nos inveniendo et paenitendo cognoscimus pius conditor nobis relaxat, recte post signatum sacculo delictum subiungitur: Sed curasti iniquitatem meam. Ac si aperte diceret: Quae mea signas ut paenitendo videam, agis procul dubio ut in retributione videantur.

Mons cadens defluit et saxum transfertur de loco suo; lapides excavant aquae et alluvione paulatim terra consumitur; et homines similiter perdes. Hoc crebro agitur ut cadentibus rupibus saxum ad locum aliud transferatur, ut aquae lapides excavent et paulatim terra alluvionibus consumatur. Sed magna nobis intentione discutiendum quid inferat: Et homines similiter perdes. Quid est enim hoc quod cadenti monti et saxo translato, quod excavato lapidi, alluvione terrae consumptae perditio humana comparatur, nisi hoc quod patenter datur intelligi,

quia duo sunt genera temptationum? Unum quod in mente etiam quorundam iustorum frequenter evenire agitur, quatenus sic subito temptetur ut sine inopinato praeventu veniat et prosternat, casumque suum non nisi per ruinam cernere videatur. Aliud vero quod paulatim venit in mentem, et resistentem animum lenibus suggestionibus inficit, et omnes in eo vires iustitiae non immutatione sui, sed assiduitate consumit. Extrema quippe alia est temptatio quae mentes plerumque subita invasione prosternit. Dicitur: Mons cadens defluit et saxum transfertur de loco suo. In mente sancta cum locus iustitiae fuerat, impulsu subito ad culpam transfertur. Rursum quia alia est temptatio quae si corde hominis leniter insinuat omnemque virtutis fortitudinis corrumpit atque consumit, dicitur: Lapides excavant aquae. Quia videlicet duritiam mentis absorbet assidua et mollia blandimenta libidinis, et lenem atque subtile vitium corrumpit durum et fortem propositum mentis. Unde subditur: Et alluvione paulatim terra consumitur. Sicut enim influente aqua paulatim terra consumitur, sic leniter surrepente vitio mens etiam fortis absorbetur. Unde bene subiungit: Et homines similiter perdes, id est, quia cum temptatione iusto iudicio eminentem mentem quae stare in alto cernitur repente dimittit, permittit cadere ac defluere in montem. Et cum voluntas ad inferiora permittatur, quasi ad locum alium transfertur saxum. Cum vero temptationem lenem atque subtilem sed tamen assiduam eos qui fortes esse creduntur mentibus penetrare sinis, quasi lapides excavant aquae et alluvione paulatim terra consumitur, quia minori suggestione leni fractam mentem duritia mollit. Videamus David ille quam altus mons fuit, quanta Deo in ministeria propheticus spiritus valuit. Contemplemur sed aspiciamus quam subito tactus defluit, qui dum in solario deambulans alienam coniugem concupivit, abstulit eamque viro et cum damno exercitus interemit. Repentino casu mons cecidit, cum mens illa mysteriis caelestibus assueta inopinata temptatione deiecta est, tamque in magna sine turpitudini subacta. Saxum ergo de loco suo translatum est, cum prophetiae animus apprehensionis mysteriis exclusis ad cogitationes turpitudinis venit. Videamus etiam qualiter lapides excavant aquae et alluvione paulatim terra consumitur. Salomon quippe in moderato usu atque assiduitate mulierum atque adhuc usque perductus est, ut templum idolis fabricaret, et qui prius Deo templum construxerat, assiduitate libidinis

et praesidia subsistunt ydolis templa constru-
ere non valentes timuerunt. Sicque servi et non
ab assidua carnis petulantia usque ad
mentis praesidium pervenirent. Quid itaque
aliud quam aquae excavaverunt lapides et
alluvione paulatim terra consumpta est,
quia surripiente paulisper infusione
peccati terra cordis illius ad consummationem
defluxit. Considerat ergo beatus Iob utrasque
temptationes vel subitam vel in mentibus
vel lentam atque longiorem, considerat casus
hominum et cognoscit quia ceteris ex accidentibus
rapitur interius contemplationis, quando mons
cadens defluit et saxum transfertur de
loco suo, lapides excavant aquae et al-
luvione paulatim terra consumitur. Et homines
quasi similiter videt, id est sicut quasi insensibilia in sub-
ita ruina non paulisper infusa aquae
molitione consumitur. Reatu etiam quem
rationabilem condidisti vel subita tempta-
tione deicis vel longa ac lenta con-
sumi permittis, atque mox eandem rationabilem
creaturam verbis sequentibus explicat dicens:
Roborasti eum paululum ut in perpe-
tuum pertransiret. Paululum roboratus est
homo quia hic vincendi vires ad mo-
dicum accepit, ne in perpetuum tendat
ubi eius vitam dominus non claudit, sed
in hac brevitate ubi roboratur et colligit
dum in perpetuum permanet, vel ut semper
gaudeat vel ut susceptum supplicium non
evadat. Eum pro eo quod paululum roboratus
est in perpetuum transeat. Atque mox so-
ditur: Immutabis faciem eius et emittes eum.
Facies hominis immutatur cum eius species
morte atteritur. Emittitur non quia ab his
quae volens tenuit invitus ad eterna
cogitur nolens. Dimittit ad ista perducitur
quae dum cogitata tenuit, semper aliter
futura sunt relicta nescit. Unde subditur:
Sive nobiles fuerint filii eius sive igno-
biles non intelliget. Quia enim hi qui
adhuc viventes sunt mortuorum animae
quo loco habeantur ignorant, ita mortui
vitam in carne viventium post eos qualiter
disponantur nesciunt, quia et vita spiritus
longe est a vita carnis, et sicut corporea
atque incorporea diversa sunt genera, ita etiam
distincta cognitione. Quod tamen de animabus
sanctis sentiendum non est, quia quae intus
claritatem omnipotentis dei vident nullo modo
credendum est quia sit foris aliquid quod
ignorent. Sed quia carnales quique quia
morem proprium filiis impendunt, hoc
eos beatus Iob nescire post modum
asserit quia hic vehementer amaverunt,
ut sive sint nobiles sive ignobiles
filii nesciant quorum eos nescire
cura fatigabat. Quod tamen si intelligi

spiritualiter deus non ingerunt filiorum nomine opera
distinguuntur, sicut de muliere Paulus dicit
quia salva erit per filiorum generationem. Neque enim
mulier quae continere studens nequaquam filios
generat salva non erit, sed per generationem filiorum
salvari dicitur quia per effectum bonorum operum perve-
nit saluti. Dicatur ergo. Nobiles quippe sunt filii
recta opera, ignobiles autem perversa. Et saepe homo
agere quaelibet bona intentione nititur, sed ex-
pertus quae subrepserint eius acta apud omni-
potentem deum qualiter habeantur ignorat. Bene
ne itaque nobiles sint filii eius sive ignobi-
les non intelliget, quia subtili examine
discussa utrum approbentur eius opera an reprobentur
ignorat. Et sic quidem homo in dolore laboris
est positus et illic ducitur in timore suspicionis.
Unde adhuc de ipso pergit vite laboris subiungens:
Et tamen caro eius dum vivit dolebit et anima
eius super semetipso lugebit. Coniugibus Paulus
dicit: Tribulationes carnis habebunt huiusmodi.
Sed tribulationem hic pati possunt etiam qui spiritua-
liter vivunt. Unde quasi in esse coniugibus carnis
tribulationem quasi specialiter dicit, quae etiam avita spiri-
talium longe non est, nisi quod hii frequentius
maiores tribulationes exterius suscipiunt
qui carnis voluptatibus delectantur. Anima
autem dicitur: Anima eius super semetipsum lu-
gebit, quia quousque in se gaudere appetit,
eo ipso iam in luctu est, quo a vera letitia re-
cessit. Vera quippe letitia mentis auctor
et conditor. Dignum itaque est ut in se semper hos me-
rores inveniat qui delicto auctore in se
gaudium quaerebat. Sequitur. Respondens
autem Eliphaz Themanites dixit: Numquid sapiens
respondebit quasi in ventum loquens et implebit
ardore stomachum suum? Crebro iam
diximus beatum Iob typum universalis ecclesie,
amicos vero illius hereticorum speciem tenere,
quasi ex defensione dei occasionem
stulte locutionis inveniunt et quia inmodesta
contra bonos verba iaculantur,
cuncta quae a fidelibus sentiuntur quia
in placata displicent. Unde nunc subditur:
Numquid sapiens respondebit quasi in ventum
loquens? Vel bonorum verba dicta ventis
stultos similia existimant. Unde et subditur:
Et implebit stomacho ardore suum? Quia
etiam quae sentiunt contumeliose dicere student,
se non dant et ex defensione dei palliant.
Unde Eliphaz subdit: Arguis eum qui
non est equalis tibi et loqueris quod non ex-
pedit. Illum non estimant timorem dei
habere nisi eum quem potuerint ad hanc
confessionis stultitiam trahere. Unde adiungit:
Quantum in te est evacuasti timorem
et tulisti preces coram deo. Tulisti
dicitur abstulisti. Ac si aperte dicat: De tua
iustitia presumens auctori tuo contradicens
parti. Quia cum verba mala habent contra bonos

non inveniunt fingunt que redarguant
ne iusti esse videantur et sic plerumque ne ab
aperta contumeliarum verba prorumpant. Unde adhuc
subditur. Docuit enim iniquitas os tuum et imi
taris linguam blasphemantium. Iniquitas os
docet cum criminalis vita contempnitur et peius
dicitur quia ante verba iob tanto moralis
fuerat quanto in se inope ab amicis suis
hereticorum typum tenentibus et eius vita et
de auditore reprehenditur ut dicitur. Docuit
enim iniquitas os tuum ac si aperte dicatur quia
perverse loqueris expulsa vita didicisti. He
re vero heretici dum quem venerantur deum
eius misteriis contradicunt et similiter pietate
si mentem denegant. Sunt neque non nulli qui
se deo iniuriam irrogare estimant si eum
veram carnem assumpsisse fateantur aut si
hunc veraciter pro nobis carne mori potuisse
crediderint. Cumque deo quasi plus honoris
conantur tribuere coguntur veras laudes
bonitatis illius denegare. Quid enim ei est in
caritatis sue laude potentius qua ut illa sibi
pro nobis digna consusceptionem faceret que ei
videntur indigna. Sancta autem etiam ve
ram carnem morte illius confitetur. Sed hoc
dicens ab heretico irrogare deo contumelia
creditur. Unde nunc dicitur. Et imitaris lin
guam blasphemantium. Cum si quid iniustis modo
adversitatis evenerit hoc ei contingere ex ipsa
hac iniuria sue confessionis dicunt. Unde
adhuc subditur. Condempnabit te os tuum
et non ego et labia tua respondebunt tibi.
Nimia enim errore confessionis existimant
in mala adversitatis erumpere labia sua cui as
serunt videre ut culpa eloquii sit eius
flagella. Aliqui non comprimere qui contra
eos nolunt. Cum Eliphaz beatum iob repre
hendit quasi errore conatur. Numquid
primus homo tu natus es et ante colles
formatus. Numquid consilium dei audisti et in
ferior te erit sapientia eius ac si in verbis
apertioribus dicat. Cum de eterno loqueris pe
[illegible] quia temporalis es qui de eius sapientia
disputas perpensa quia eius consilium ignoras.
Sed quia ad hoc heretici verba divine deffe
sionis assumunt ut docti esse videantur
et dum divinam gloriam deffendere videntur
sua statim hominibus innotescunt ipsa hec obi
pressa subiuncta verba testantur. Cum loqui quid
de sapientia dei cepit. Sed statim se elationem con
dit dicens. Quid nosti quod ignore
mus. Quid intelligis quod nesciamus. Que verba
dicta patienter audiunt ex quanto mentis
elatione procedat quando quia ad divinam
deffensionem sonat. Sed. Et senes et
antiqui sunt in nobis multo vetustiores
quam patres tui. Omnes heretici a sancta universi
tate etiam sunt egressi. Testatur iohannes qui
ait ex nobis prodierunt. Sed non erant ex no
bis. Sed ut ea que asserunt commendare

saltem mentibus hominum quasi de antiquitate
possint antiquos patres se habere testantur
atque ipsos doctores ecclesie sue professionis
integros dicunt. Cumque predicatores pre
sentes despiciunt de antiquorum patrum
integro falsa presumptione gloriantur ut ea
que ipsi dicunt etiam antiquos patres te
nuisse fateantur. Quatenus hoc quod intendunt
astruere non valent quasi exiliorum auc
toritate confirment. Quia vero scriptum est quem
diligit dominus castigat flagellat autem om
nem filium quem recipit. Sepe sancta ecclesia
multis in hac vita adversitatibus laborat et
reproborum vita tanta sine flagello dimit
titur quanta ad ultima penitus servatur. Sed
afflictiones sancte ecclesie videntes heretici
eam despiciunt et tot illam flagellis adver
sitatibus professionis merito suspicantur.
Unde adhuc subditur. Numquid grande est ut
consoletur te deus. Sed
verba tua prava hoc prohibent. Ac si pate
ter dicat. Qui professionem fidei corrigeres
iam divinam consolationem afflictus habere
potuisses. Sequitur. Quid te elevat cor
tuum. Et quasi magna cogitans attonitos
habes oculos. Sepe iustorum mens ita ad al
tiora contemplanda suspenditur ut eminentium
eorum facies obstupuisse videantur. Sed quam
habent contemplationem unde in actu agere
heretici ignorant hoc a iustis et veri sapien
tibus fieri magis per ypocrisim quam veritate
putant quia hoc quod ipsi facere nequeunt
in esse veraciter aliis non suspicantur.

Quid tumet contra deum spiritus. Ho
tius ut proferas de ore tuo huiuscemodi
sermones. Plerumque iusti aliquibus irritati
afflicti sua opera coguntur fateri quod beatus
iob fecerat que post iustitia flagelli
despiciebant. Sed cum eorum dicta in iusto
audiunt hec prolationem potius quam per
virtutem estimant prolata. Deus in
cordibus verba iustorum pensat et dura hu
militer posse verba bona non estimant.
Sicut enim gravis culpa est. Et sic hoc
arrogare quod non est. Sic plerumque culpa
nulla est si humiliter bonum dicat quod ex
stere contingit ne iusti et iniusti habeant
verba similia. Sed tamen sepe per longe dis
similiter ex quibus dicunt dominus administratur
offenditur in eisdem quoque animus pul
satur. Nam phariseus ingressus templum
dicebat. Ieiunio bis in sabbato decimas
do omnium que possideo. Sed insufficiente
magis publicanus quam ille extitit. Ezechi
as quoque rex in molestia corporis
afflictus adversitatem vite premissi con
ne commemorans dicit. Obsecro domine me
mento quomodo ambulaverim coram
te in veritate et in corde perfecto et
domus hanc confessionem professionis

eius despexit aut retinuit qui morti sustinendus pabulum expandit. Ecce plerosque sic insanit mors Ezechiae semissum asserit in cogitatione et alioquin unde ille offendit inde iste divinum placavit. Cur itaque hoc nisi quia omnipotens deus singulorum verba cogitationibus pensat et in eius auribus superba non sunt que humili corde proferuntur. Dilectus Job tunc sua opera protulit coram deum nullo modo timuit quia ea que veraciter fecerat humiliter dixit. Sed solent heretici dicti errores suorum vera aliqua permiscere et amici beati Job quamvis in reprehensione eius omnimodo fallantur possunt tamen et quedam verba vera dicere que eruditis assiduitate discutientur. Eorum dicta si omnia refutanda essent eciam Paulus apostolus minime protulisset de apprehendendis sapientibus in astucia eorum. Omnia igitur et ea que veraciter dicunt coram beatum Job non recte dicunt; nos in eorum dictis et alterius viam nec discretionis et distinctionis viros intendimus. Sequitur. Quanto magis abhominabilis et inutilis homo qui bibit quasi aquam iniquitatem. Homo enim ab humo appellatus est quo esse natus sine macula qui sponte sua ad iniquitatem tendit facto de terra ubi et addit: Et ut iustus appareat natus de muliere. Prima quippe in iustitia viro permanet in paradiso quomodo ergo iustus apparebit qui de illa natus est que in iustitie primatu exstitit. Sequitur: Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis et celi non sunt mundi in conspectu eius. Sanctorum nomine hic repetit quod sanctorum virorum appellatione signavit. Stam de eius sanctis scriptum est celi enarrant gloriam dei. Omni pene omnibus in sempiternis ... cum immutabilitate spiritus. Et divinum immutabilis virtute semper studiose inherere desiderant in tendendo agunt ut immutabiles fiant. Quamquam ad hanc toto affectu se tenent quamquam accipiunt ut sempiternos deo inveniant hoc quod in sempiternis immutabiles extiterunt. Creatura enim mutabilitatis nisi more quedam et ... in aliud immutatur quod ... quod fuerat ut incipiat esse quod non erat. Et de auctore omnium scriptum est qui solus habet immortalitatem quia ipse videlicet solus in semetipso immutabilis. Et de quo per Jacobum dicitur: Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Ipsa enim immutabilitatem si hanc per aliquas vicissitudines permutaret. Et quia in deum immutabilitas non venit ulla eius lumine immutabilitas umbra vicissitudinis incidit. Dum autem dicit: Celi non sunt mundi in conspectu eius; quia per semetipsos ante districtum dei iudicium nec ipsi esse mundi adeptum possunt qui mundicie predicatores sunt. Johannes autem

testatur qui ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus. Et ergo inter sanctos illius nemo immutabilis et celi in conspectu eius non sunt mundi quis apud se de iusticie opere presumat. Unde et subditur: Quanto magis abhominabilis et inutilis homo qui bibit quasi aquam iniquitatem. Omni in macula propriis homine et iustum predicat se esse negaverat. Hunc abhominabilem ... iniquitatem mactare in virtute non ... immutare. Iniquitas iniuste vitam ... inutilis intelligi et aliter potest. Aliquando enim homo prave quedam recte agere videtur. Si prava que iniqua sunt etiam ea que eius recta sunt despicit. Itaque ... deo displicent mala neque illa placent que videntur bona. Omni quoque in malis suis abhominabilis deo et in bonis est inutilis quia dum se per prava opera deo exercibilem exhibet nec illud deo quod rectum videtur placet. Bene autem addit: qui bibit quasi aquas iniquitatem. Hoc namque quod comeditur cum mora glutitur quia manditur ut glutiatur. Quod autem bibitur tantum ad glutiendum mora non est quod admadendum necesse non est. Culpa ergo quia absorbet hora sine ulla retractione perpetrat, quasi aquam iniquitatem bibit. Omni enim illicita sine timore facit quasi potum iniusticie sine obstaculo deglutit. Sequitur: Ostendam tibi audi me quod vidi narrabo tibi. Habent hoc omnes arrogantes proprium ut cum rectum quid vel parum senciunt in usum hoc elationis flectunt atque unde primatum sibimet ... alciores sunt inde per mortem in foveam elationis cadunt. Sequitur: Docet doctores estimat reverenciam sibi a melioribus exigit et docet sanctores qui eminentiorem ostendunt. Unde dicit: Ostendam tibi audi me. Et quod in more auctoritatis docet hiis qui audiunt ipsa hiis qui ea viderent loquitur ut sacerdotem sibimet auctoritatem exhibeant arrogans dicit: Quod vidi narrabo tibi. Quia vero nonnumquam heretici dampnatis suis verbis confundunt et tamen eorum sinas quasi cum auctoritate ad medium proferunt exquorum sollatio iure resplendent ... ipsa hereticorum audacia submittetur cum dicit: Sapientes confitentur et non abscondunt patres suos. Iniquorum et laude posuit recte tos nesciunt ... eosdem profuisse gloriantur. Unde adhuc subditur: Quibus solis data est terra et non transibit alienus per eos. Solis suis patribus datam terram existimant quia solos errorum suorum magistros rexisse veraciter ecclesiam putant. Omnis non alienus nisi apostata angelus vocatur. Unde et per psalmistam dicitur: Quoniam alieni insurrexerunt in me et fortes quesierunt animam meam. Heretici igitur quia doctorum suorum corda apostate angelo existimant non fuisse subiecta transisse per eos alienum denegant cum videlicet alieno primulcrum est transire iniquas in corde eius cogitationes inmittere.

Margin (right): posse — immobilez appellat ab hora... — quia tamen ab hora... — 12 c^m — Iniquus despicit opera virtuosa — pium — Prelatus arrogantia bonorum — predicatores — maligni

Unde et per Christum prophete domini maligniis spiritibus contra se venientibus dicitur: Et dominum aut te per tentare ut cum sciamus. Sed eliphaz themanites quia pauca nominatur audivit: quamvis multa que dicenda sunt sinat, sed quia beatus Job dicenda non erant nesciat. Audiamus sententias quas contra beatum Job profert, ut debeamus cum sic solum pensare quod dicit: Cunctis diebus suis superbit impius. Solent enim electi inmagnis dum suis cogitationibus atque actibus superbire. Sed quia electi sunt cunctis diebus suis superbire non possunt, quia prius quam vita finiatur ad se in humilitatis metum ab elatione corda convertunt. Impius non omnibus diebus suis superbit, quia sic vitam terminat ut ab elatione nunquam recedat. Transisse quippe quod temporalis floret et pensare negligit quo metorum durat. In vita carnis fiduciam ponit ea que diu permanere estimat que ad presens tenet. Soliditati in elatione animus in despectum ad ducitur omnes proximos. Quia repentina mors subrepat minime considerat, quia sit eius incerta felicitas minime pensat; qui si incertitudinem fugacis vite conspiceret incerta preterire nequaquam teneret. Unde bene subditur: Et numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Superbire enim minime debuisset, etiam si annorum suorum numerum certum scire potuisset. Ut sciens quantum vivens prestaret quando se ab elatione removeret. Et quia prorsus vita semper incerta est, tanto semper mors subrepens timeri debet, quanto minime provideri valet. Proprie autem superbiam impii tyrannidem vocavit. Proprie enim tyrannus dicitur qui in communi re publica non iure principatur. Sed sciendum nobis est quia omnis superbus iuxta modum proprium tyrannidem exercet. Nam quod nonnunquam alius in re publica, hoc est per acceptam dignitatis potentiam, alius in provincia, alius in civitate, alius in propria domo, alius per latentem nequitiam hoc exercet apud se in cogitatione sua. Nec intuetur dominus quantum mali quisque faciat valeat, sed quantum velit, et cum deesse potestas foras agit, se tyrannus est cui iniquitas dominatur intus. Quia et si exterius non affligit proximos, intus tamen apud se habere potestatem nititur ut affligat. Et quia omnipotens corda pensat, iam in eius oculis impius fecit quod cogitavit. Ad hoc autem conditor noster latere nos voluit finem nostrum, ut dum incerta sunt quando moriamur, semper ad mortem parati inveniri debeamus. Unde recte dictum est: Cunctis diebus suis superbit impius. Adiungit: Et numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Ac si aperte dicatur: Cur quasi de certo extollitur, cuius vita sub pena incertitudinis tenetur. Sed quos deus pravi agentibus non solum venturae supplicia respiciat, sed eorum corda hic etiam ubi delinquunt penis implicat, ut corpore

quo peccant semper vos ferunt, non semper trepidi semperque suspecta mala ab aliis patientur metuant que se aliis fecisse meminerunt. Unde adhuc de hoc ipso subditur: Sonitus terroris semper in auribus illius et cum pax sit ille insidias suspicatur. Felicitas et simplici corde felicius, quia quo innocentia erga alios exhibet, nichil est quod patiatur ab aliis formidet. Habet enim quandam fortitudinis simplicitatem suam, nec suspicatur ab alio pati quod se fecisse non meminit. Unde per Salomonem dicitur: In timore domini fiducia fortitudinis. Et rursum: Secura mens quasi iuge convivium. Secura enim continuatio refectionis est ipsa tranquillitas securitatis. At contra mens prava semper in laboribus est, quia aut molitur mala ut inferat, aut metuit ne hec sibi ab aliis inferantur. Et quicquid contra proximos excogitat, hoc contra se a proximis excogitari formidat. Sit undique suspecta, undique trepida. Omnis qui ad memoriam venit contra exurgere credit. Cui ergo tranquillitas securitatis deest, huic procul dubio terroris sonitus semper in auribus est. Et saepe contingit ut alia quibus proximo suo simpliciter loquitur nil adversi cogitet, sed cum pax sit ille insidias suspicatur; quia qui semper dolose agit, simpliciter erga se agi non estimat. Et quia scriptum est: Impius dum in profundum peccatorum venit contempnit, in voluntate iniquitatis sue tum iam de luce desperat. Unde sequitur: Non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem, circumspectans undique gladium. Quia enim ferit, se in insidiis credit, salute desperata sua ad nequitiam excrescit. Aliquando iste prius etiam superna iudicia attendit et supra se hec venire metuit, sed cum superbia vite presentis querit hec eadem iudicia contemnere reparat avaritie dementiam et iam contempnit. Et quicquid in peccato exist et timet a peccato non cessat. Unde subditur: Cum se moverit ad querendum panem novit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Panis et enim stipendium vite presentis; tenebrarum nos dies tempus ultionis accipimus. In actu itaque suo aliquando iste prius iram superni iudicis perpendit, prius tamen a malo non avertitur, nec etiam ipsa quod abesse inveniri valeat amore actualia. Aut consciencia sua ferire se metuit, sed semper angustiatur quod feriatur, contempnit et conversionem suam desperat. Remanens superius in culpa. Sed tamen conscientie sue nequicie intus sic timore, et quamvis prius vita foras audacter agere desiderat, tamen semper trepidare. Unde scriptum est: Quam sit timenda nequitia dicit testis

12m capitulum a

Marginalia: vs 21 · Superbit · Superbia pt[?] inter ... sed superbio [?] est ... · De tyrannide · Superbia superbi et tyranni · Finis vite nobis ignotus est · Deus corda hominum penetrat · b · c · d · e · f · g · r · T

condempnacionis quia cui illicita queque perpe-
tranti patet quod facit et apertius dampnacionis
testis est ipse timor iniquitatis quia et time-
tur quod agitur et tamen non vitatur malum
quod timetur. De quo adhuc subditur. Ter-
rebit eum tribulacio et angustia vallabit
eum sicut regem qui preparatur ad prelium.
In omne quod iniquus agit tribulacione
et angustia vallatur quia cor eius anxieta-
te et suspicione confunditur. Alius occulte ap-
petit aliena diripere qui laborat in cogi-
tacionibus ne deprehendi valeat. Alius re-
licta veritate mentiri deliberat ut audien-
cium animum fallat. Sed quantus labor est sol-
lerter custodire ne ipsa eius fallacia depre-
hendi queat. Ponit quippe ante oculos
quid sibi a veritate scientibus videri pos-
sit et cum magno cogitatu perpendit quo
argumenta falsitatis documenta veritatis
expugnet. Hinc inde se circumtegit et contra
hoc ubi deprehendi poterit veritati simi-
lem responsionem querit qui si vellet vera
dicere utique potuisset sine labore. Pla-
na quippe veritatis via gravis est vero men-
dacii. Unde et per prophetam dicitur. Docuerunt e-
nim linguam suam mendacium ut inique age-
rent laboraverunt. Eum ergo dicitur. Terre-
bit eum tribulacio et angustia vallabit
eum. quia apud semetipsum in labore
mortis deficit qui facilitatis sociam viam
veritatis relinquit. Et bene regi qui paratur ad
prelium comparatur quia in eo ipso malo quod
agit et circuit et festinat et ex conscientia trepi-
dat et ex desiderio anhelat metuit et sup-
bit pavescit et ex suspicionibus et in mente
audaciam erigit. Dicendum quoque quod
rex qui paratur ad prelium se defendere
suspicatus est ut eundem quoque que-
dit circum muniat ne labefacte
ne desercione militum iaceat pateat in
inimicos. Iniquus ergo angustia vallatur
sicut rex qui paratur ad prelium quia vide-
licet falsa agens falsa loquens formidat ne
suos amittat milites id est argumenta fal-
sitatis et veritatis iacens pateat. Si ei for-
tasse deffuit quod ex fallacia opponat.
Sed quia animus trepidat quamvis conscien-
tia accuset cupiditas tamen sua iniquus
vincit et suppresso pavore audaciam in
iniquitatibus sumit. Et sepe etiam usque
mentem proposita se contra deum erigit quatenus
aperte adversa pati deliberat dum mo-
lestie deum valet dum quod placet agit.
Unde et adhuc subditur. Tetendit enim ad-
versus deum manum suam et contra omnipoten-
tem roboratus est. Et cucurrit adversus eum
erecto collo et pingui cervice armatus
est. Hec de ipso iniquorum capite si antichristum
sentiamus qui contra deum erigens manum

roborari dicitur quia pro in tempore permittitur ex-
altari ut cum admodum gloriari sinitur eo ac-
rius impetu premiatur. Sed quamvis mem-
bris omnes iniqui hoc quod in fine mundi
hic ille unus singulariter et acrius videa-
mus qualiter non a singulis agatur malignus.
Sunt namque nonnulli qui et si qua aliquando
agere contra omnipotentis dei iudicium intuen-
tur ipsa impossibilitate explende sue voluntatis
finem ad semetipsos respiciunt atque ad
eum que contempnere noluerant convertun-
tur et qui distendere longe poterant si quod vellent
implere valuissent pro hoc aliquid saltem
quia quod nequiter voluerunt implere
nequiverunt. Unde et ad se reducti quamvis sint
condicionis aspiciunt et plangunt se contra
voluisse vicia. Sed sunt nonnulli qui hoc quod
inceperunt contra deum appetere iusto dei iu-
dicio nequius permittuntur. Et cum eos ma-
licie attendit potencia roborat tanto
iam semetipsos interiore agnoscere neque-
unt quanto in rebus affluentibus extra se per
potenciam semper extenditur. De quorum intencione
nunc dicitur. Tetendit enim adversus deum ma-
num suam et contra omnipotentem roboratus est.
Contra deum quippe manum tendere est in opera-
cione perversa despectis dei iudiciis persevera-
re. Et quia tunc magis iactitur deus cum
permittit impleri quod saltem in cogitacione
cepit non dubium contra omnipotentem iniquus
iste roboratur quia prosperare in mala sua
actione permittitur quatenus et perversa faciat
et cum felicitate vivat. De quo adhuc sub-
ditur. Cucurrit adversus eum erecto collo.
Erecto collo adversus deum currere est ea que
factori displicent audacia perpetrare. De
quo recte dicitur currere quia in malo opere obsta-
culum de adversitate non sentit. De quo adhuc
additur. Et pingui cervice armatus est.
Pinguis cervix est opulenta superbia af-
fluentibus videlicet rebus quasi multis carnibus ful-
ta. Potens igitur iniquus in pingui
cervice contra deum armatur quia elacione
qualibet tumens contra precepta vite que
de magnitudine carnis erigitur. Sunt e-
nim pompatis nisi quedam maces et de
habundancia rerum nisi pinguedo et vires
fecit. Pingui ergo cervice contra deum se eri-
git qui temporalem habundanciam in superbia
assumit. Habuit enim hoc potentes et
nunc premium ut falsitatibus divitiis occu-
pati vertis dei opus negligat et quanto
minus quod vero et negligentie requirant
tanto amplius falsis divitiis extolluntur.
Tamen enim multiplex creatura rerum quia
attemptat excrescit. Unde et adhuc apte
subiungitur. Operuit faciem eius crassi-
tudo. Visus quippe in facie est et in qua est
prima corporis honorabilior pars est. Nam

De erecto corde superbi contra deum

f

Impeditum prius propositum sepe malos convertit ad deum

g

14 Cap[itulum] [?]

h

Divites faciunt pro rebus deo rebellare

t

Left margin (column 1): nota ... ; ipse ; ... ; loq ; ... pp

z in mito monte incendo p[ro]fatie designat'
qua quos nectimus illuc videmus ffaciem
g crassitudo opit quia desideria terrena
cum vero similitudia oculos mentis p[re]munt
Et hoc quod in eis honorabile esse debuit
ante oculos di fedat quia cum multipli
cibus acquirat terrenis tamen n[on] solum sufficit
ut ipsi superbiant nisi et quos qui ei conecti
sunt de eorum pinguedine etiam ipsi glorien
tur. Unde sunt nonulli qui parentis maioribus
divitiis superbiunt et de eorum potentia contra
minores extolluntur. Unde et adhuc subditur.
Et de lateribus eius arvina dependet. quia
arvina pinguedo carnis est. latera dicere
divitum solemus hos quos divites terum
inus arvina de eius lateribus dependet
quia quis potentia et uniq[ue] adhaeret ipse etiam
de eius potentia velud expinguedine
cor tumet ut pactum perversi iniquitatem
sequens dum non timeat quos valet et quantum
valet pauperes affligit de gloria eius tor
elevet. Quisquis ergo tal est qui unique potenti
adhaeret de eius p[ro]fecto latere arvina de
pendet. De quibus adhuc subditur. Habitabit in
civitatibus desolatis et in domibus desertis
que in tumulos sunt redacte. quia enim agni[ti]one
... civitatis appellatur. Civitates
desolate sunt ipsi obsequium amici per
versi quorum clamoribus perversus iste lau
datur cum ad prava opera provocati rapiuntur
Unde scriptum est. Laudatur peccator in desideriis
animae suae et iniquus benedicitur. Domus non de
serte sunt cogitationes prave quas iniquus
iste inhabitat quia ponit qui agit iniquos
hominum cogitationibus placere appetit. Si
civitates desolate et domus deserte recte
nominantur quia omnipotens deus talium cogi
tationes conversationesque predictis car
tas relinquit ad perpetuam memoriam in
nunc pervenerunt. Unde ante dicitur. Et que
in tumulos sunt redacte. Ruina quoque domo
rum vel civitatum edificia tumulos fac
iunt quia dum priorum quique confusis acer
vis sibi invicem ad perversa opera miscentur
ordinate proculdubio quia de edificio
vite ceciderunt. Sequitur. Non ditabitur
neque perseverabit substantia eius nec mittet
in terram radicem suam. Cum hic dicatur
Scriptum quippe est: Lavabis me et super nivem dealbabor. Sed nos ad diem belli pugneque paratos dominus inter sinum prescientie secreti tegit, sed cum repente eos educit resistentia adversariorum pectora illorum nive ac redarguentibus quasi quibusdam grandinibus percutit. Hinc alias dicitur: Prae fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando et carbones ignis. Prae fulgore enim nubes transeunt quia predicatores sancti innumeris mundi spatia miraculorum claritate percurrunt, qui etiam grando et carbones ignis vocati sunt quia et per increpationem feriunt et per flammam caritatis accendunt. Ipsa quoque libera sanctorum increpatio nunc grandinis nomine exprimitur. Grando enim veniens percutit, liquata rigat. Sancti autem viri corda audientium et terrentes feriunt et blandientes infundunt. Ita quemadmodum feriunt psalmista testatur dicens: Virtutem terribilium tuorum dicent et magnitudinem tuam narrabunt. Et quemadmodum blandientes rigent sic tunc adiungit: Memoriam abundantie suavitatis tue eructabunt et iustitia tua exultabunt. Sunt ergo et grandine thesauri quia plerique iniquitatis tempore frigidi superna gratia assumpti in sancta ecclesia iustitie luce fulgescunt et prenuntiam adversariorum scientiam doctrine sue ictibus tundunt. Unde autem subditur: Que preparavi in tempus hostis in diem pugne et belli. Nix quippe vel grando fuerat Paulus perfrigidum insensibilitatem, sed nix et grando contra adversariorum pectora factus vel candore iustitie vel districti eloquii correptione. Dum latent thesauri in nive et grandine latent tum illum inter persecutorum vitam positum iam tunc electum sibi dominus latenter videt. Et adquisita adversariorum pectora ferienda hanc in manum suam grandinem sumpsit per quam tot sibi resistentia corda prostravit. Nemo itaque de suis operibus extollatur, nemo despiciat eos quos adhuc frigidos videt, quia thesauros domini nivis et grandinis non videt. Quis enim crederet quod Paulus grandem lapidantem Stephanum ille precederet qui in morte eius omnium lapidantium vestimenta servabat. Et igitur abscondita dona vel iudicia occulta veremur nullos omnino desperantes, nec illos nos in corde nostro preferimus quibus per tempus prelati sumus, quia et si iam videmus quantum pessimi nescimus tamen dum currere incipiunt precedant. Hinc igitur ad beatum Job dicitur: Numquid ingressus es thesauros nivis aut thesauros grandinis aspexisti que preparavi in tempus hostis in diem pugne et belli? Ac si aperte dicat: Si nullatenus operibus tuis perscrutas quid de hiis quos inimicos adhuc perspicis frigidos quantos

operatores iustitie et defensores recte fidei facturus sum ignoras. Qui quia per adventum mediatoris agitur recte subiungitur: Per quam viam spargitur lux? Ipse quippe via est qui ait: Ego sum via, veritas et vita. Per hanc ergo viam lux spargitur, quia per eius presentiam cuncta gentilitas illustratur. Et spargitur autem quemadmodum dicitur quia predicatorum voces non angustata atque coarctata sed late fulgens lux predicatoris emicuit. Que non accepta luce conversatione inardescit in eisdem vis amoris, ut vel transacta mala amplius gemant vel ventura bona flagrantissime requirant, competenter adiungitur: Dividitur estus super terram. Sparsa enim luce estus super terram dividitur, quia aperte predicata iustitia adquiescendum dum corda audientis in veri caritatione dilatantur, iste in sermone sapientie fulgeat, ille gratia curationum, alter ille in virtutum operatione convalescit, et dona sancti spiritus dum dispariliter singuli accipiunt, in varietate sibimet iuncti omnes unanimiter accendantur. Sed postquam spargi lux dicitur, recte quemadmodum interim estus presentium persecutionum designetur. Orta enim luce predicationis clarescit mox apostolorum cordibus ardor persecutionis exarsit. Flammam quippe estus persecutoris exprimitur. Dum ex sermo testatur de super petrosa seminibus dicens: Sole orto estuaverunt omnia et quia non habebant radicem aruerunt. Et paulo post exposuit estum persecutorem vocans. Et sparsa igitur luce estus super terram divisus est, quia clarescente vita fidelium accensa est crudelitas persecutorum. Divisus namque estus erat cum nunc Ierosolimis, nunc Damasci, nunc in aliis longe regionibus persecutio fervebat. Scriptum quippe est: In illa die facta est persecutio magna in ecclesia que erat Ierosolimis, et omnes dispersi sunt per regiones Iudee et Samarie preter apostolos. Sed et Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini accessit ad principes sacerdotum et cetera. Ecce igitur nunc hic nunc illic persecutio exarserat hiis qui lucem vite agnoverant. Quasi sub ardore divisus est estus, anhelabant. Sed quia beatum Job de occultis iudiciis requirit superioribus dicens: Audi unum ut hoc quod desuper lux vel divisione estus datur sub albis persecutorum adhuc alta meditatione discutiat non solum quod nesciat doceat. Cuique dicitur: Per quam viam spargitur lux, dividitur estus super terram? Lux enim lucis nomine iustitia designatur. Per quam scientiam sed potius quam

sedebat in tenebris vidit lucem magnam
Sed haec ante quos spargitur non continue
sed sub quadam intermissione micat. Et
recte spargi lux dicitur quia et si ex quadam parte
non ita tamen ut videnda est videmus.
Cor namque Petri lux sparsa tetigerat
cum fidei tanto miraculorum fulgore clarus
erat et cum quorsum gentibus de circumcisionis
pondus imponeret quid veritas diceret nescie-
bat. Lux igitur in hac vita spargitur quia ad
omnis rei intelligentiam tota non habe-
tur. Dum enim aliud scimus et comprehendimus
et aliud ignoramus quasi ex parte luce
et ex parte caligine et in obscuritate ex
parte remanemus. Tunc vero lux nobis sparsa
iam non erit cum mens nostra ad deum
simul in raptu fulgescit. Et quia licet
eadem luce quibus modis humano cordi
insinuetur ignoratur. Recte in percontatione
dicitur: Per quam viam spargitur lux. Ac si aperte
diceret: Scis quo ordine in scientia mea
oculis sensibus cordis infundo cum et
per claritatem non videor et tamen visibilia
hominum invisibiliter immitto. Cum unam
eandemque mentem modo hac modo illa
virtute irradio tamen per sparsam lucem
adhuc ex parte aliqua eam in temptatio-
nis tenebris remanere permitto. Re-
quiratur homo nesciens per quam viam
spargitur lux, dico si aperte dicatur: Dum
enim dura corda emollio, dum rigida
inflecto, dum aspera mitigo, dum fri-
gida accendo, dum debilia roboro,
dum vaga stabilio, dum initiata con-
firmo, intueri si vales incorporaliter
veniens quibus ea meatibus illustro.
Haec quippe omnia nos facta cernimus sed
non qualiter intus efficiantur ignora-
mus. Hanc vitam lucem esse nobis invi-
sibilem in evangelio veritas ostendit dicens: Spiritus
ubi vult spirat et vocem eius audis sed
non scis unde veniat et quo vadat. Sed
quia cum lux spargitur mox a bello adver-
sario contra fulgentem mentem tempta-
menta surrexerunt, recte subiungitur: Divi-
ditur aestus super terram. Hostis namque
callidus cum luce iustitiae emicescere
conspicit corda motus illicitae delectatio-
nis inflammare contendit ut plerumque
plus se urgeri temptationibus sentiant
quam tunc cum lucis internae radios non
videbant. Sic israhelitica plebes postquam
vocare se contra Moysen et Aaron
sentit labore conquerentes dicentes:
Videat dominus et iudicet quia fetere fe-
cistis odorem nostrum coram Pharaone et
servis eius et praebuistis ei gladium ut in-
terficeret nos. Volentibus quippe ex E-
gypto descendere Pharao paleas
subtraxerat et tamen eiusdem mensurae

opera requirebat. Quasi enim contra legem mens
submittitur, per eius agnitionem temptationum
stimulos acriores portat et cui sibi labo-
rem crescere conspicit in eo quod adversario
displicet qui facere se immortalis Pharaonis
dolet. Post lucem ergo aestus spargitur quia post
illuminationem divini muneris temptationis cer-
tamen augetur. Recte non dividi aestus dicitur quia
minime non singulis omnibus sed quibusdam vi-
tiis ac multi post vincens fatigantur.
Omnis enim conspersionem uniuscuiusque antiquus
hostis adversarius perspicit et tunc temptatio-
nis laqueos opponit. Alius namque laetis
alius tristibus, alius timidis alius elatis mo-
ribus existit. Quo ergo occultus adversarius fa-
cile capiat vicinas conspersionibus decep-
tiones parat. Quibus enim laetitiae volup-
tatis conspersa et impura lex moribus luxuri-
am proponit. Et quia tristitia nimia facile la-
bitur, tristibus poculum discordiae porrigit.
Quia timidi supplicia formidant pavo-
res terrores intentat. Quia elatos ex-
tolli laudibus conspicit eos adquo volunt
blandis favoribus trahit. Singulis igitur hominibus
vitiis congruentibus insidiatur. Neque enim
facile captivaret si aut luxuriosis
praemia aut avaris scorta proponeret, si aut
voraces de abstinentiae gloria aut abstinentes
de gulae imbecillitate pulsaret, si mitiores
per studium certaminis aut iracundos cap-
tivos per pavorem formidinis quaereret. Quia ergo
in temptationis ardore callide singulis insi-
dians vicinos in moribus laqueos abscon-
dit recte dicitur: Dividitur aestus super terram. Sed
cum praemittitur per quam viam spargitur lux sta-
tim subiungitur: Dividitur aestus super terram, mini-
mum per eandem viam per quam lux spargitur etiam
dividi aestus videatur. Ille namque atque in-
comprehensibilis sancti spiritus gratia cum luce sua
nostras mentes irradiat et temptationes
adversarii dispensando modificat ne
simul multae non veniant ut ipso tamen
quae ferri possint illustratam iam deo clara
tangant ne cum tentus sui ardore nos
cruciant peccatores incendio non ex-
urant Paulo attestante qui ait: Fidelis
autem deus qui non patietur vos tem-
tari super id quod potestis sed faciet cum tempta-
tione etiam exitum ut possitis sustinere.
Sic ergo aestum aliter dividit callidus
supplantator, aliter internus conditor. Ille
dividit ut pravitatis incitamenta ipse
ut eum tollerabilem reddat. Et quia
cum temptationes frigescant non solum intra
desperationem sed etiam exterioribus pro-
dicationis verbis admoneant recte post divi-
sum aestum subditur: Quis dedit vehemen-
tissimo imbri cursum? Sed nam ut sanctus
divinum dimisit aestum nomine illa iudaeae
regionibus persecutio designatur quae ipsa per

Augetur tempta post dentem

Duas per dispositiones divinitatis pertempta infra victoriam

i cor. x.

De vehementissimo imbre

sermonis aspiratis predicatores sanctos superno
munere admonet predicationis sue mi
nisterio nullo timore compescimur apte sub
iungit Quis dedit vehementissimo ym
bri cursum [struck] nisi ego dominus
cum sic cursus vehementissimo ymbri dedis
se et inter ipsas persecutionis angustias
predicationis impetu laborasse ut tanto
magis virtus predicationis cresceret quanto ma
gis persequentium crudelitas obviaret quando
arentia corda audientium plenius gutte
infunderent et saturitate perfidie uberius
irrigarent ut quamvis contra eos sem
tis esset tandem terreret per eos tunc vox
gratie non taceret. Unde persecutionis estu
paulus et tollerabat et irrigabat cum di
ceret laboro usque ad vincula quasi male
operans sed verbum dei non est alligatum. De hoc
imbre alias dicitur Mandabo nubibus ne
pluant super eam ymbrem. De hoc cursu
imbris quem in electorum cordibus agit psalmista
testatur dicens Velociter currit sermo eius. Plerum
que non ymber et cursum non habet quia predicatio
ad aures venit sed cessante intentione gratie
ad corda audientium non pertransit. De cursu predicationis verbi per electos dicitur Et enim
sagitte tue pertransierunt. Sagitte quippe
dei pertranseunt cum verba predicatoris eius
ab auribus ad cordium descendunt. Et quia
solo divino munere agitur ymber cursum
dominus se dedisse testatur. Et nondum
videtur quia eundem ymbrem non vehemen
tem sed vehementissimum vocat. Imber
vehemens est vis magna, ymber vehemen
tissimus vis immensa predicationis. Vehe
mens namque ymber erat cum predicatores
sancti credere gaudia eterna suadebant
ymber autem vehementissimus cum propter spem
celestium admonet terrena deseri cuncta
visibilia propter invisibilia contempni et propter
audita gaudia presentes penas cruciatusque tolerari. Et cum fide cognita semine
te persecutione tot electi possessa relinquunt
tunc carnales affectus obliti sunt et pre
gaudio spei [illegible] posuere
Quid aliud dominus fecit nisi cum vehemen
tissimo ymbri cursum prebuit qui usque
ad [illegible] summa propria proverba cor
pus invisibilia cordis irrigavit. Unde et
apte subiungitur Et viam sonantis tonitrui.
Tonitruum cum [illegible] nisi predicatorum su
perni terroris accipere. Tunc terrorem
dum perceperint humana corda concutiuntur
Aliquos non intonuit ipse incarnatus dominus
significatur qui [illegible] patrum con
[illegible] ad noticiam [illegible]
[illegible] conversione [illegible] et cum [illegible]
nos visibiliter [illegible] et [illegible] sancti apostoli
dicens [illegible] renati boanerges id est filii to
nitrui sunt vocati [illegible] ante [illegible] est

tonitruo ipsa eius sed predicatio accipitur per quam
supernorum iudiciorum terror auditur. Sed
quia quibusdam ille predicator verba dare
auribus corda non aperire non potest et unus
principaliter gratiam solus omnipotens deus
predicantium verbis ad corda audientium
invisibiliter aditum prestat intimatissimum p
dicatio ante audientium proprie qui p
venire ad intima suo corde prohi
betur. Itaque dominus viam sonantis tonitrui
dare asserit qui tunc predicationis verba
penetrat pectorum corda quum pungit.
Hanc viam paulus predicator egregius
dum superna misteria turbis insinuaret
se a se habere non posse considerans disci
pulos admonebat dicens Orantes simul
et pro nobis ut aperiat nobis dominus ostium
verbi ad loquendum misterium Christi. Quem enim
loquebatur misteria sed in corde audientium
eisdem misteriis adiuro aperiri ostium
petebat. Habebat quidem iam tonitruum
sed dare ei viam desuper querebat. Hanc
viam nequaquam se iohannes dare posse cog
noverat qui dicebat Ego vero hec ut
aliquis doceat vos sed unctio eius do
cet vos de omnibus. Hanc viam nisi
paulus quis dare intimabat dicens Neque
qui plantat est aliquid neque qui rigat
sed qui incrementum dat deus. Accepta igitur
via quid iste ymber ac tonitruus
agat audiamus sequitur Ut plueret super terram
absque homine in deserto ubi nullus mor
talium commoratur. Super terram absque homine
in deserto pluere est verbum dei gentilitati
predicare. Et dum nullus cultui divinitatis
tenuit nullam in se spem boni operis
ostendit velud deserta sunt in qua quia
legislator non fuit quasi homini nullus fuit
et velut solis bestiis occupata variam
amorem [illegible] extitit. Per hanc desertam
terram alias dicitur Posuit in deserto viam.
Per hanc predicatione gentilitatem concessam psalmista
testatur dicens Posuit flumina in deserto.
Nondum non est quod per quam est super
terram dominus et cursum vehementissimum
ymber accepit ut in deserto plueret quia
per quam in iudea aspirans persecutionis
inhorruit ut non solum fidem minime
reciperet sed eam etiam gladiis impug
naret absque [illegible] quamque predicatio
ad [illegible] gentes defluxit. Unde
sancti apostoli hebreis persequentibus quos
deserunt dicunt Vobis oportebat
loqui verbum dei sed quia repellitis illud
et indignos vos iudicatis vite eterne
Ecce convertimur ad gentes. Dominus igitur
est in deserta absque homine terra cum
pluit quia dispersa in iudea regioni
bus persecutione fidelium derelicta iudea
et quasi ab infusione roris aliena

M

predicatoris gentis gentilitas irroraretur
Quia gentilitas que adhuc predi-
catoribus sit inventa ostenditur cum subditur
Ut impleret inviam et desolatam. Quid
nos complueret redditur demonstratur cum
illico adiungit Et produceret herbas vi-
rentes. Invia namque dudum gentilitas
fuit ad quam via dei verbo non patuit
Redemptore quippe nullo veniente sic
accepit vocationem gratie ut non meatu pre-
us fuerit ima prophetie. Desolata etiam
vocata est, quia ratione vel consilii vel fructu
boni operis destituta. Sed quia dominus
vehementissimo ymbri cursum et
magni sonantis tonitrui iter dedit ut
plueret et impleret inviam et desolatam
et produceret herbas virentes, id est per
predicationem interna aspirationem
tribuit ut corda gentilium arentia
vivescentis causa patescerent. Suscep-
tura enim fuit aliquem vigorem gratie quasi
alicui refecto quasi aliquam sustentacionem
predicatorum aliquam bona operatio aliquem
etiam vite sancta atque doctrina accipitur
Vigor namque gratie temporalis sicut propheta
ait Mane sicut herba transeat mane
floreat et pertranseat. Mane namque sicut
herbam florere atque transire et impro-
spicere hominis sed temporalis gratie velo-
citer decans arescere. Herba refecto
hyac accipitur sicut de illo ad deum dicitur
Hinc montes herbas ferunt dicit si-
dicet Omnibus ac tumidi domini se
elati cogitationibus atque actionibus
efferuntur suis iniquitatibus pascuntur
Herba sustentatio predicationis demon-
stratur cum dicitur producit in montibus
fenum et herbam servituti hominum. In
montibus quippe fenum et servituti ho-
minum herba producitur cum sublimes
homines sed ad fidei agnicionem vocati
sanctis predicatoribus in huius vite iti-
nere terrestria alimenta largiuntur
Herba bona operatio ponitur sicut scriptum est
Germinet terra herbam virentem
Sic licet mediatione mundi iuxta hysto-
riam fuit, tamen terra tamen etiam figu-
rasse non inveniemus. Accepimus quia
in eo germinavit herbam virentem
in quo adverbum dei fecunda mente
opera protulit. Herbam aliquam scientiam
atque doctrinam etiam viriditate caritatis
primus sicut per Jeremiam dicitur Onagri steterunt in
rupibus traxerunt ventos
quasi dracones defecerunt oculi
eorum quia non erat herba. Onagri dicti
superba ac nequissima iudeorum plebs
sentitur expressa. Ipsi quippe onagri pro
mente elatione vocati sunt. Qui steterunt
in rupibus quia non in deo sed in potesta-

tibus huius mundi confisi sunt dicentes Regem
non habemus nisi cesarem. Traxerunt ventos
quasi dracones quia spiritu elationis
inflati superbia malitiosa tumuerunt
Defecerunt oculi eorum quia super spes eorum
ab eo qui intendebat tenuerunt quem cum
diligentius perscrutari etiam neglexerunt et
terrena ideo quia deo perdere amiserunt
verunt enim. Si dimittimus eum sic omnes
credent in eum et venient Romani et tol-
lent nostrum locum et gentem. Timuerunt ne
locum non perderent deo et eum perderent
perdiderunt. Sed cur ista miseris eveni-
rent subditur quia non erat herba
quia eorum cordibus deerat scientia
sciam et nulla eos reficit pabulo viridi
interne doctrine. Hoc ergo loco quid aliud
virentes herbas producunt quam domini
sancte predicationis ymbre gentilitas
percipit et viret opera et doctrine verba germi-
nans. Ista videlicet voce prophetica deser-
te terre pollicetur. In cubilibus in quibus
prius dracones habitabant orietur viror
calami et iunci. Quid enim per calamum
nisi doctores qui per iuncum qui iuxta
aquam semper in humore nascitur nisi
pusilli ac teneri auditores sacre
eloquii designantur? Predicationem non in cu-
bilibus viror calami et iunci oritur
quia in eis pectoribus quos antiquus hostis
malicia possidebat et doctorum scientia
et doctorum obedientia coalescunt. Hec
tamen que spiritualiter de gentilitate dicta
sunt si plenius aspicimus in terra sinum
sancte ecclesie agi in singulis videmus
Sunt enim plerique ad verba dei valde
insensibiles fidei quidem nomine censen-
tur verba vite auribus audiunt sed ea
transire usque ad interna cordis minime
permittunt. Hii quid aliud quam deserta
terra sunt quia sicut terra hominem non habet
quia eorum mentes sensu rationis caret
et nullus mortalium in hac terra commo-
ratur quia et si quando in eorum consa
rationabilium sensum cogitaciones veni-
unt non persistunt. Prava enim desideria
in eorum cordibus sedem inveniunt recta
non si quando venerint ac si impellantur
decurrunt. Sed cum in eorum deus ym-
bri suo cursum et sonantia tonitruo viam
dare dignatur compuncta pruniciam gra-
ciam verba vite auribus cordis aperiunt
Et impleatur terra invia quia dominum
post audiunt verbo cumulatur instructio
et producat herbas virentes quia per gratiam
compunctionis infusa predicationis verba
non solum libenter accipit sed etiam uber-
tim reddit ut quod ante prius percipe-
re non poterat iam loqui compescat etiam
manifeste amiciat iam loquendo que sunt

Jo 19.
Jo xi.
ys 35. c
Calamus et iuncus quid significat
Ier. xiiii ca.
b c d e f g a

sed viriditate sua quasi esurientes pa
scit. Unde per prophetam dicitur: Emittes spiritum tuum
et creabuntur et renovabis faciem terre. Cum e-
nim facies terre interne spiritu dei innovatur
et virescit dum siccitati cordium nostrorum gratia
superna veniente compluitur et post ariditatem
vel sterilitatem quasi producit herbas sine viriditate
nescit. Crescit conditoris in gratia adhuc
nobis aliquid quinec... tunc subditur: Quis
est pluvie pater vel quis genuit stillas
roris. Ac si dicat: Nisi ego qui siccitatem
terram humanam cordis guttis sic generare
spargo. Hanc enim pluviam alias dicit plu
viam voluntariam segregabis deus hereditati
tue. Voluntariam quippe pluviam here
ditati sue deus segregat quia non eam
nobis prioris meritis sed pro sue munere be
nignitatis prestat. Unde recte hoc loco pater
pluvie dicitur quia superna nobis predicatio
non de nostro merito sed de eius gratia generatur.
Stille enim roris ipsi sancti predicatores
sunt qui arida pectoris non ... mala vi
te pre... quasi inter tenebras sitte noc
tis aquam gratia superna largiter infun
dunt. De istis stillis generari indeo d-
picitur prophetice sed stille pluviarum et sed
tiones imbres non sunt. Isti quippe stille
roris sunt qui stille pluviarum cum eum
dispensatione aliqua predicationis tem
perant quasi rorem tenent. Aspergit que
non ea que de supernis sentiunt vertunt
que prevalent loquuntur qui nobis cum ma
nente pluvia fundit rorem aspergere
bat Paulus cum Chorinthiis dicit: Non
enim iudicavi scire me aliquid inter vos
nisi Ihesum Christum et hunc crucifixum. Certe rur
sum pluvia manabat dum dicit: Os meum patet
ad vos o Chorinthii cor meum dilatatum est
sine et quod Moyses que et valida fortibus
et tenera infirmis dicturus sed veni
ret dicebat: Expectetur sicut pluvia elo
quium meum et descendat sicut ros verba
mea. Sed certe audivimus quo munere
gentilitas vocatur. Audivimus nunc
qua distinctione iudea repellitur. Audi
vimus quo deserta excolat acenda isim
dat. Audiamus nunc quomodo ea que vide
tur interna proprie... Reges enim sic col
ligit electos ut non etiam iudices rep
bos vel sic quibusdam culpas relaxat
ut non et iniquibusdam feriat. Sepe quippe
et ... abillo. Unde hic quoque quod
pagina tot dona gratie innuit ostatur
sine iudicia non abscondit. Nam sequitur:
De cuius utero egressa est glacies et
gelu de celo quis genuit. Quid enim
aliud in gelu vel glacie nisi frigido
perfidie corpore constricta accipimus corda
iudeorum qui quidam preceptorum legis
per custodiam mandatorum per iustitiam sacrificia

insinuit gratie quasi inter uteros ecclesie
habebantur. Sed quia veniente domino constricta
frigore perfidie fervorem fidei et caritatis
amiserunt. Ab secreto gratie sinum prorsus
quasi glacies de utero ecclesie egressa
sit. Sed et gelu de celo quis genuit.
Quid hic aliud celum nisi sublimis
dei increati vita sanctorum cui celo dicitur: Ad-
tende celum et loquar. Sic enim in sen
sibili sed rationali creatura loquebatur. De
hoc celo ait dominus: Celum michi sedes
est. De qua sede alias scriptum est: Anima
iusti sedes est sapientie quia ergo sapientia
deus si sedes dei celum est et anima iusti
sedes est sapientie celum est utique anima
iusti. Celum fuit Abraham. Celum Ysaac.
Celum Jacob. Sed quia persecutores domini
pontifices iudeorum perfidie torpore
frigidi de istorum progenie patres pro
cesserunt quasi de celo gelu exivit
quia de sublimi prole sanctorum prope
sit qui cum gelu. Idcirco dominus se genuis
se dicit quia iudeos quos naturaliter
bonos condidit iusto iudicio per eorum
malicia frigidos esse exire permisit
Deus enim auctor est nature non culpe. Ge
nuit ergo creando naturaliter quos in
quos permisit vivere tollerando pa
tienter. Et quia illa quidam tenera ac
fidei penetrabilia corda iudeorum imp
perfidie perpetuo obstinatione durata
sunt recte subiungitur: In similitudinem lapidis
aque durantur. Aquis enim populos an
tea iam sepius me docuisse memini
in lapidis vero nomine propria duricia
aliquando gentiles populi designantur. Ipsi
quippe lapides colunt et de eis per
prophetam dicitur: Similes illis fiant qui fa
ciunt ea et omnes qui confidunt in eis. Dum
iohannes iudeos aspiceret se de sermone
generationis extollere et gentiles previderet
in Abrahe prolem fidei cognatione tran
sire ait: Patrem nolite dicere intra vos
patrem habemus Abraham. Dico enim
vobis quia potens est deus de lapidibus
istis suscitare filios Abrahe. Lapides
utique dixit perfidia gentiles vocans
quia ergo primum iudea deo credidit ge
ntilitate omni in perfidie sue obsti
natione remanente postmodum vero
ad fidem gentilium corda mollita sunt.
Et iudeorum infidelitatis obdurata
bene dicitur: In similitudinem lapidis
aque durantur. Ac si dicat: Ista mol
lia et penetrabilia fidei corda iudeo
rum in insensibilitatem lapidum aque du
rantur. Venientes credentes cum enim in morte
deo gentes traxit utrique iudeam
repulit. Utrique sed ut sicut dudum
ad perpetuam fidem gentilitas fuit

De quo est predicio
Ro. ca.
Je. 3.
Stille roris
Ia. Ro. 11
i. Cor. 2
ii. Cor. 6.
Deu. 32.
Ecc. 7.
De reprobatione iudeorum

obdurata

ob duritiam ita postmodum ad fidem gentilitate suscepta iudea prius perfidie corpore durescere. ~~sicut paulus apostolus~~ Eisdem gentibus dicit: Sicut aliquando vos non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem, ita et isti non crediderunt in vestram misericordiam ut et ipsi misericordiam consequantur. Conclusit autem deus omnia in incredulitate ut omnium misereatur. Cuius sententiam suam prius quidem de vocatione iudeorum et de repulsione gentium, postmodum vero de vocatione gentium et de repulsione iudeorum subtiliter pensans, seque occulta dei iudicia comprehendere non posse considerans, exclamando subiungit: O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei et cetera. Sic hic quoque cum de iudeorum perfidia dominus diceret: In similitudinem lapidis aque durantur, ut de repulsione iudeorum occulta esse sua iudicia demonstraret, apte subdidit: Et superficies abyssi constringitur. Quia superficiem quidem ignorantie sue velamine incomprehensibilitas divini iudicii humane mentis oculis [illegible] penetrat. Abyssum quippe et iudicia eius abyssus multa. Secundo ergo per eam [illegible] apte tunc dicitur cum alius repellitur alius eligatur, vel tunc cum alius eligitur alius repellatur, quia superficies abyssi constringitur. Et attestante paulo inscrutabilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Per hoc non quod dictum est: De cuius utero egressa est glacies, et gelu de celo quis genuit, et sathanam in gelu et in glacie nil obstat intelligi. Ipse quippe qui de dei utero glacies processit, qui a calore secretorum eius malitie torpore frigidus magister iniquitatis existit. Ipse gelu de celo est genitus, qui consternens corda reproborum a summis cadere et ad yma premissus est. Qui bene electis conditionem malitie frigore mentes sequacium quasi gelu dum cecidit astrinxit. Qui adhuc veniens quid in hominibus egerit exponitur cum subditur: In similitudinem lapidis aque durantur. Per aquas namque populi, per lapides vero eiusdem sathane duritia designatur. Illo igitur adveniente in similitudinem lapidis aque durantur, quia cum eius malitiam imitati homines mollia viscera caritatis amiserint. Cuius fraudulenta consilia quia absconduntur hominibus deprehendi non possunt, recte subiungitur: Et superficies abyssi constringitur. Abyssi

quippe in visceribus latere atque aliud extrinsecus ostendere. Quod significatur cum se velud angelum lucis et callida deceptionis arte plerumque proponit laudabilia ut ad iniquitatem perducat. Abyssi ergo superficies constringitur, quia dum quasi bona persuasionis eius species velut solida desuper glacies ostenditur, in profundum latentis eius malitia non videtur. Cuncta tamen hec intelligere et aliter possumus si moralem exquirimus. Mentes namque hominum omnipotens deus dum in suo timore firmat quasi conceptas castas adiunctis virtutibus dum pro fetu gignit. Et si de acceptis virtutibus extolluntur relinquit. Et sepe quosdam cognominius malorum suorum consideratione compungi divini terroris pavore fremescere. Et pavoris ex gratia usque ad virtutem summa pervenire. Et dum de eisdem virtutibus quas acceperunt extolluntur in manus glorie laqueos astricti adhuc in corpore reddunt. Hinc ergo cum tales perierint dominus dicit: De cuius utero egressa est glacies. Quasi enim de dei utero glacies egreditur quando hi qui iam mentes in calorem eius dono frigescunt et inde exteriorem gloriam turpiter appetunt unde ad interna diligenda ardenter flagrare debuerunt. Iste signis, iste scientia, iste iustitia, ille magnis virtutibus pollet atque per hec dona placere hominibus appetit. Omne quod prius mens incaluerat exteriorem laudem diligens in torporem vertit. Quasi ergo glacies de utero egreditur dum post donorum beneficia auctoribus pietatis superne separatur. An non sunt glacies qui in virtutibus quas acceperunt laudes ab hominibus querunt et tamen veniente iudicio dona sua ad eius memoriam revocantes dicunt: Domine domine nonne in nomine tuo prophetavimus et in tuo nomine demonia eiecimus et in tuo nomine virtutes multas fecimus. Sed quos hanc glaciem dominus perire ostendit, dicit: Nescio vos unde sitis, discedite a me omnes operarii iniquitatis. Hanc glaciem hic minime dominus in utero portat quia in se summi caloris contulerat. Sic tunc apte dicitur cum tales a secretis celestibus proiciuntur et publicum iudicium repellet. Sub his utique verbis quid apte agitur nisi ut ~~beatus iob~~ de summis suis virtutibus humilietur, ne in hoc quod bene vivendo caluerat superbiendo frigescat et adiuvante vero repulsus extra se intima sinu sui cordis se animus extollat. Et quia iusto iudicio superbas mentes adiustia egredi exaccepta quae premittit ~~vere ad hunc subiungit~~ Et gelu de celo quis genuit.

Marginal notes: Quasi per malitiam ad se transfert in angelum lucis. — Ex qua sunt ne dicat superbire de bonis operatione. — a. — 22 — Cum in virtutibus hominibus placere separatus a deo — cf. a — de celestis

cum sacri eloquii scientiam percipit et dum ea-
dem scientia is qui accipit extollitur intra
districta iudicia in ipso sacro eloquio re-
cencit ut exteriores favores pollicitur
sequens eius iam interna non videat. Et
qui intus manens calere non potuit
exeundo frigescit. Duriusque in ima
corruit qui ad agnitionem dei prius
excitabit in summis liquidus stabat. Ipsum
sacrum eloquium non est quod de nobis
intelligentie dicte aperiens ipse nos in
scientie illustrat et dum nos vite pre-
ceptorum continet. Et tale nobis inaudito
fulgent. Et quia oportet hereses esse
ut probati manifesti fiant cum ab intel-
lectu suo mens superba repellitur ulcie
districti iudicii gelu de celo generatur
ut cum ipsa scientia sacra in electorum
cordibus caleat eos qui se superbe sci-
re appetunt ipse frigidos ostendat. Illi
quippe erant. Et dum superne intelli-
gentie resplendentes eloquio obdu-
rantur ipsi seducti in errores corru-
unt eamque venientes ut gelu et
alios astringant. Generari tamen
dominus hoc gelu gignere perhibetur non quo
pravorum mentes ipse ad culpam formet
sed quo a culpa non liberat. sed scriptum
est Ego obdurabo cor pharaonis quia quia
misericorditer emollire noluit per se
districte se obdurare inveniatur. Et
non cum inchoata dum timore virtu-
tis mittitur preter humanas laudes vir-
tutis ymago remanet. Unde subiungitur
In similitudinem lapidis aque durantur
et superficies abyssi constringitur. Aque
enim per glaciem in superficie durescunt
sed fluide in intimis remanent. Et
quid per aquas nisi fluxa accipimus
corda reproborum que cum ex proposito vir-
tutem deserunt fortasse eam in bonis
operibus per hypocrisim ostendunt. Dumque
in intimis suis adiuncta defluunt et
foris se sanctorum ac fortium imitato-
res fingunt aque in similitudinem la-
pidis durantur et superficies abyssi con-
stringitur quia per superductam sancti-
tatis speciem fluxa ac instabilis corda constan-
tibus bonis tegitur. Nam cum sibimetipsis
interius turpes sint ante alienos
tamen oculos quadam vivendi ve-
nustate vestiuntur. Et ne quis hec
verba domini in bona intelligi parte
velit debemus etiam quietius dis-
cernere dum ipse in fine indicem
que perscrutanda fuerant neglexisse.
Superiore enim versu dicitur Et cum
pluvie pater genuit stillas
roris statim quoque additur De cuius utero
egressa est glacies et gelu de celo quis

genuit. Qui ergo dicitur precedentibus
sequentibus sine disparari sensu coniungitur
profecto et in bonam partem nobis eius
intelligentia sine obstaculo dissol-
vitur aperiatur. Terra enim complevit
ut igitur in ea semina feracia lega-
tur. Et intus si illam pluviam
immoderata irrigat in cultura pin-
guedinem seminum vitiatque intus.
Et cum non interea semen post
pluviam gelu premitur quo foras
a ventis aperire repellitur eo intus
fecundius radicatur. Et quo ventum
progredi cogitur in se plicatum quasi
ab incauto ortu restringitur inceptionis
sue tarditate locatum ad fructum
ubertatis impletur. Et quid est ergo
quia dominus prius quidem pater se
pluvie insinuat post modum non dicit
egredi utero glaciem narrat sed
gelu gignere de celo perhibetur
nisi quia inmo immo intra pectorum
terram ad suscipienda verbi semina
et prius pectora gratia irrigat infundit
pluviam et post modum ne in concepta
virtutibus in moderatam perfluat
disciplina interne dispensationis
premit ut quia precepta gratie pluvia
irrigat etiam disciplina rigor astrin-
gat ne si ante quam debet apparet
quia nate et conceptis virtutibus per-
ferat frigus in hiemalem vertitur.
Plerumque enim ab inchoantibus opus bonorum
dum prius quam oportet ostenditur agi-
tur imperfectionis inanitur et plerumque
virtutes dum plus quam necesse est con-
siderant exaltantur. Unde et electorum
suorum dominus vel ante tempus desideria
retinet vel mensuram inopie vel ma-
xime in prefecto premit. Ne si cum quia
debent dum plus quam debent perficiant
in precepto sui magnitudinem in elatio-
nis defectum incidunt. Illa enim cor pre-
ceptum contingit. Tercia que arme-
nte infusione pluvie rigatur tamen
relicte iniquitatibus bona eorum
opera promit quasi per infusionem
semina accepit. Et plerique cum
desidia sancta concipiunt in sum-
mis operari iam vitiis inardes-
cunt ne non solum culpa operatione
non inquinet sed nec cogitationem
pulset. Et ad hunc quidem in corpore
posita sunt sed nihil iam prave deco-
minione vite pure nolunt inve-
stari premunt etiam mentis
stabilitatem appetunt. Et in eorum
eventibus temptationibus vehementer
ut virtutis infirmitatem sui meminerint
et cauti de virtutibus quas acceperint

non sint. Cum ergo mira disciplinae rep-
ressione agitur, quid aliud quam de Dei
utero glacies producitur, qui de mentis se-
creto dispensatio egreditur, ut voluntates
vitae etiam in bonis desideriis refre-
nantur? Videamus Paulus in fusa vir-
tute quanta disciplinae gratia premitur, dic-
ens: Velle adiacet mihi, perficere autem
bonum non invenio. Cum enim velle se
re se asseruit, iam profusione gratiae
quae latebant semina ostendit. Sed cum
perficere bonum non invenit, profecto in-
dicat quia illum dispensationis supernae
glacies premebat. In ista glacie cor-
da non perierant, quibus dicebat: Ut
non quaecumque vultis illa faciatis. ~~De se~~
~~ipso dicit:~~ Ardua cordis mei scientia
ipsum prodire insurgentem quaerit, sed
superni moderaminis gelu premitur, ne
tanto per fervoris crescat, quanto di-
vini iudicii praeeminentia pondus pavo-
ris portat. Et quia humana corda
quomodo erumpere ad virtutes quas
appetunt non valent, eo ipso quo ab
intentionis suae perfectione resili-
unt, temptationum stimulis fatigantur.
Sed tamen easdem temptationes co-
gitationum comprimunt, seque pervicacis
usum inquidam vincendi rigorem
componunt. Unde subditur: Instar
lapidis aquae durantur, quia etsi
fluxae cogitationes mentem lacessunt,
nequaquam tamen usque ad consensum per-
versi operis trahunt, sed mens sub mollit-
ia bene vivendi consuetudine quasi
sub quadam duritia exterius ab-
scondit quidquid mens ex temptatio-
nis pulsatione molestat. Ubi et ibi
subiungitur: Et superficies abyssi con-
stringitur. Quia prava cogitatio et si usque
ad suggestionem venit, usque ad consensum
non prosilit, quia fluctuationes mentis
animi superducta rigor sanctae delibe-
rationis premit. Hoc est enim in gelu
vel in deliberatione in glacie premere vitae
adversitates designari, quae dum
sub adversitate sua stantes compr...
valentiores reddit. Dum enim nos
omnipotens Deus molestiis exteri(or)ibus per-
mittit atque ad melioris vitae statum
intervenientem efficacia provehit, miro con-
silio super fluentiam stringens gelu et
glaciem gignit, ne electus quisque
in hac vita tamquam in hieme ad-
versa ventorum et frigorum toleret et
nolit in aestivalia serenitate praemoti(s?)
fructus quos hic concepit demon-
strare. Unde et sponsi voce unicuique
animae post singularia turbines
ista extremitate amoena pertransiit, dicit:

Surge, propera, amica mea, formosa mea,
et veni; iam enim hiems transiit, imber
abiit et recessit. Et quia si sola nobis
assumit prospera, solvimur; ad virtutem non
melius per adversa solidamur, recte subiun-
gitur: Instar lapidis aquae du-
rantur. Viventes enim quae per prospera molliter
fluxerant, contracte adversitatibus du-
rescunt, et ad similitudinem lapidis aquae
perdurant, qui infirmi quique participatione
desuper passionis sui redemptoris
imitatur. Instar lapidis quippe lapidi
aqua duruerat, cum ille primus impacientes
persecutor persequendum Paulus dicebat: Im-
pleo ea quae desunt passionum Christi in
carne mea. Et quia cum desuper ad-
versis solertius interna dona custodi-
untur, recte additur: Et superficies a-
byssi constringitur. Solet enim laetitia
arcana mentis aperire atque aperiendo
amittere; adversa vero cum nos exte-
rius deprimunt, interius cautiores red-
dunt. Post gelu itaque de glacie superfi-
cies abyssi constringitur, quia mens
ad conservanda profunda dona quae
accepit, ipsis adversitatibus munitur. Ab-
yssi enim sue superficiem praevaricans constri-
xerat, cum dicebat: Secretum meum mihi,
secretum meum mihi. Abyssi sue superficiem
Paulus constrinxerat, qui tot periculis ad-
versitatis insidiantis subpressus, cum dat
de se veritate locutus est, dicendo: Audivi archa-
na verba quae non licet hominibus loqui. Et mox
subiungitur: Parco autem, ne quis me existi-
met supra id quod videt in me, aut audit
aliquid ex me. Quem ille foris adversa
tolerans, ne fortasse in laudibus de-
flueret, arcana sua aperire desiste-
bat, metuebat. Quid aliud quam
secretorum suorum abyssum per stricta
superficie premit, se constringit? Numquid coniun-
gere vales micantes stellas Plia-
des, aut gyrum Arcturi poteris dis-
sipare? Pliades stellae a pro coniunctione
vel a pluralitate vocatae sunt. Ita autem vicinae
sunt et divisae sunt conditae, ut simul sint
et tamen coniungi nequaquam possint; quae
tenus tamen quidem coniunctae sint, sed
tamen disiunctae. Arcturus vero ita noc-
turna tempora illustrat, ut in caeli axe
positus per diversa se vertat, nec tamen
occidat. Neque enim extremitates volvitur,
sed in loco suo in circuitu mundi per volvens neque
quam casurus inclinatur. Quid igitur e-
go extra sanctis atque in ea possitis de cae-
lesti administratione dicatur? Quia Plia-
des coniungere non vales, quas vitas
sibi invicem condicas et pene coniunctas
videas; quia Arcturi gyrum dissipare non
potes, quia eam cum currere ipsa sua vagie

Cant. 2.

ad Col. I.

Ysa. 24.

I Cor. 12.

2 Cor. 12.

pene dissipatū pt. nisi ut ꝛ in istis
misterijs auctoris potentiā pensans
infirmitatē sue meminerit ꝛ eū q̄
adhuc ī maiestate sua uidē nō po
terat quā sit inestimabil ī misterioꝝ
celestium gubnatione ꝑpenderet. Cer
te ista loquimur qui sanctis tonis
vrgemur nec tñ uerba mistice sensibꝫ
quidē agnoscimus. Et micantes
pliades que ꝛ septem sūt aliud quā
sanctos om̄s denunciant. qui in ne
sente uite tenebris ꝑ septiformis
gr̄e nos lumine illustrant qui a prīpa
mundi origine usqꝫ ad terminū diuisi
quibꝫ ad pliandum missi inuicē ad
sibi conuncti sūt ꝛ inuicē aliquid nō
coniuncti. Stelle em̄ pliades sīd sup
dem ꝛ inter se sibi iuncte sūt tamen
disiuncte. Simul quidē site sūt cer
tum liuē sine uarios radios fundunt
ita om̄s sancta alijs atqꝫ alijs ad
ꝑdicandum tpibꝫ apparentes ꝛ dis
iuncti sūt ꝑuisionem ymaginis et
coniuncti ꝑ intentionem mentis. Simul in
tuitu quia vnū ꝑdicant. ꝫ nō sensu
ipsos tangunt quia in diuersis tpibꝫ
apparuere etiā diuisi tpibꝫ abel. ysa
ias ꝛ iohīs apparuerunt. diuisi quidē
fuerunt tpe ꝫ nō ꝑdicatione. Nam
abel passionem redemptoris sig
nificans agnū in sacrificio obtulit de
cuius passione ysaias ait. Sicut agnus
coram tondente se obmutescit ꝛ nō
aperuit os suum. De quo iohīs quoqꝫ ait
Ecce agnus dei qui tollit pctā mundi.
Ecce quidē diuisis tpibꝫ missi sūt ꝛ tn̄
concorditer de redemptoris sui inno
centia sentientes eiusdē agnum
iohīs ostendendo abel offerendo locutꝰ ē
ꝛ quē iohīs in ostensione quē ysaias
in locutione. hunc abel significando
in manibꝫ tenuit. Quia igitꝰ quos
pliades stelle de humanitate redemp
toris sibi concinant diximus nunc
quomō in ostendenda unitate eiꝰ
concorditer micant demonstremus
Diuersis quippe tpibꝫ huic mundo
dauid ysaias ꝛ paulꝰ apparuit. sed
cū multis corꝫ alteri diuersum sensit
qꝛ ꝛ si semꝫ ipsos nō agnouerant
fidei tamen unum dixerant. ex diuina
agnitione. Dauid quippe ne auctore
omnium dum cante onderet dixit Bene
dicat nos deus deꝰ nr̄. benedicat nos
deus. ac ne trs dū nominans tres
deos dixisse putaretur ī ilico unitatis
eius dicꝰ eius insinuans adiūxit. Et me
tuant eum om̄s fines terre. Eum
nō eos ꝫ eum subdidit. unitatē que
dixerat insinuauit. ysaias quoqꝫ
in laude d' unitate eiꝰ ait auret
seraphin voces exprimens ait.
Sanctus sanctus sanctus. ac ne ter sanctum
nominans unitatem dme sb̄e scin
dere uideretur adiunxit. Dominꝰ
deus sabaoth. qui ḡ nō dm̄ dii. sed
dns deus addidit. unū existere quē
ter sanctum nominauerat indicauit.
Paulꝰ quoqꝫ ut operationem sc̄e trinitatis
ostenderet ait ex ipso ꝛ ꝑ ipsum ꝛ ī ipso
sūt omnia atqꝫ ut unitatem eiusdē
trinitatis insinuaret protinꝰ addidit
ipsi gl̄ia in scl̄a sclōꝝ amen. qui ī
nō ipsis ꝫ ipsi subdidit unū reuela
uit scdm̄ ꝑsonas innotuit. Quos tā
simplicis sensum dixit. Quia ḡ ꝛ uno in
loco pliades site sūt quia de deo
concorditer sentiunt ꝛ tamē semet
ipsas nō tangunt quia sīd dam
plurimis mundi tpa diuisa permanē.
Est enim ac breuiter ezechiel ꝓpha
describit qui cū diuersi generis
animalia uidere se diceret adiunxit
iunctaqꝫ erant penne eorꝫ alteri
ad alterum ꝑpenne quippe animalium
alterius ad alterius iuncte sūt quia
ꝛ si dissimilia sūt que agunt uno ꝫ
eodemqꝫ sensu sibi sanctorꝫ voces
uirtutesqꝫ ꝑdicant. Et quamuis alij
rationabili cuncta gerendo sic homo
alius in passionibꝫ forti aduersa
mundi nō metuendo sic leo alius per
abstinentiam semꝫ ipsum vitia hostia
offerendo sic vitulꝰ. Alius se in alta
rapiendo contemplationis volatu sic
aquila. penne sūt tamen dum vo
lant contingunt. quia ꝛ confessione
uoci ꝛ equum sibi unanimitate
iungunt. Est quia plꝫ dme vox
ꝫ. ꝛ disiuncti tpibꝫ missos ī fidei
ꝑdicatione coniungere ꝛ dissimi
libꝫ uirtutibꝫ ꝑdicatorꝫ fulgore incon
tinuis unire uerbo dixit. Nunquid con
iungere valebis micantes stellas
pliades ac si dicat ut ego qui
unus omnia impleo atqꝫ in unitate
sensus electorꝫ mentes impledo
coniungo. Arcturo autē qui per
gyrum suum nocturna spacia nō
deserens illustrat nequaquā ꝑoci
lari ē ecclesia uita sanctorꝫ ꝫ tota
simul ecclesia designatur que cūcta
gatione quidem patitur nec tñ
ad defectum suum serua inclinatur. Cū
labores tolerat. ꝫ ad occasum tamē
tpibꝫ nō festinat. Neqꝫ enī ad
yma poly arcturo in nocturno gyro
ducitur. ꝫ dum ipse uoluitur nox fini

Stelle pliades
signt scōs viros

24 cap
a

ys. xx.

Jo. j.

de abel.

gen. 4

vj

2 xj

Ez. j

vir[?] … ūrtus[?]

29

quia nimirum dum sancta ecclesia in
miseris tribulationibus quatitur pre
mire virtutibus eminet. eiusque status nunc
proterit qualiter illa in summa et colonie pro
ficiente providentie huius vita pervenit. In
arcturo quem considerare possumus inve
nire in septem quippe stellis volvitur
et modo quidem tres ad summa elevat
aliter ad yma quatuor inclinat. mo
quatuor supius erigit et tres infe
rius premit. Sancta quoque ecclesia cum
modo infidelibus eminet notitia modo
manet fidelibus virtutes quatuor id est
prudentiam. fortitudinem. temperantiam.
iusticiam predicat. quasi rogaturi predi
catoris status sui speciem quando inma
net. statim tunc quibusdam de operibus
suis gloriantibus confidentiam iuvis
laboribus evacuat et fide sive invitatos exal
tat. quid aliud facit nisi tres stellas
arcturus elevat et quatuor inclinat.
Et dum quosdam bona opera habentes
de sola fide presumere prohibet et opera
ri omnimode que precepta sunt iubet quid
aliud arcturus facit nisi quatuor
stellas erigit et tres deponit. Vi
deamus quomodo tres elevet quatuor
deponat. Ecce per paulum tenet fidem
de opere supplicantibus dicit. Si abraham
ex operibus iustificatus est habet gloriam sed
non apud deum. Quid enim scriptura dicit
Credidit abraham deo et reputatum est
illi ad iusticiam. Videamus quomodo in
alto elevatas tres deponat. Ecce per iacobum
de fide tumentes opera supplicantibus dicit. Sicut
corpus sine spiritu mortuum est ita fides
sine operibus mortua est. Arcturus itaque
volvitur quia sancta ecclesia inter audi
torum suorum mores in diversis lateribus
predicationis arte versatur. Arcturus
volvitur quia hec in motibus huius tribu
lationibus rotatur. Et sicut arcturi
gyrum quoque dies dissipat quia la
bores ecclesie ad requiem perducuntur.
Tunc et pliades plenius iungit et
gyrum arcturi desistunt quando
numerus sanctorum civium et visionis sibi
spe copulantur qui in fine mundi
sunt etiam ab hiis quos nunc susti
net laboribus solvitur. Numquid ergo
coniungere valebis micantes
stellas pliades aut gyrum
arcturi poteris dissipare. Quasi
diceret nec ego qui cuncta sanctorum
vitam etiam per spem numquam tu gy
rum universalis ecclesie corporaliter solvis
Et quis hominum solus sanctorum esse
vitam ignorat. Et ut gloriosum hoc
quod iste sic memorat affectu quasi

solus deus possit. Sciendum ad hunc quod de
istis pliadibus atque arcturo aliud sentiri
amus. pliades quippe ab oriente arc
turus vero ex parte aquilonis surgit. Et
cuncta ante se per gyrum suum arcturus verti
tur. Sic diei iam victima efficitur stellarum
eius ordo distinguitur per partitionem qui
in plaga frigoris nascitur lex per pliades
vero que ab oriente surgunt testamenti
nomen gratie designari. Quasi enim ab
aquilone lex venerat que tanta sub
ditos rigiditate asperitate tenebat. Na
tu pallens suos alios perimit lapidi
bus obrui. alios gladio morte interimi
in plaga torporis nescitur a sole calor
aliqua preceptorum suorum semina plus per
urebat ex frigore quia ex calore nutri
ebat. Cuius oppressionis pondus petrus
agnoverat cum dicebat. Quid temptatis
deum imponere iugum super cervicem disci
pulorum quod neque patres nostri neque nos por
tare potuimus. Neque enim quod particulari
septem stellas testamentum vetus ex
primitur quia et in veneratione legis di
es septimus extitit. Et per ebdomadam
meditatum consecrata sacrificia vetusta
vota tendebant. Pliades vero quia me
quoque sicut superius diximus septem sunt
testamentum novum gratiam tanto apparens
indicatur quanto autem liquido cunctis
quod per illud fideles suos spiritus sancti
septiformis muneribus lumine illustrat.
Et usque sed igitur arcturus vertat plia
des oriantur quia postea quam testamen
tum vetus legitur testamentum novum opera
primitiatur. Cui litteram enim littere te
git in ipsam se perficit et quasi inclinat
se arcturus et demonstrat quod dum ad
spiritualem intellectum flectitur significatum
per illud lux gratie septiformis aperitur
et pinguiore diei luce stellarum eius ordo
distenditur quia per quam persenserimus
nobis veritas innotuit a nobis sequimus
carnalibus littere precepta laxantur. Re
demptor autem in mysterio veniens
pliades iunxit. quia operationes
septiformis spiritus simul in se et cunctas
et manentes habuit. De quo per ysaiam
dicitur. Egredietur virga de radice yesse et
flos de radice eius ascendit et requies
cet super eum spiritus domini. spiritus sapientie et intel
lectus. spiritus consilii et fortitudinis spiritus
scientie et pietatis. Et replebit eum spiritus timo
ris domini. De quo zacharias ait. Super
lapidem unum septem oculi sunt. Atque iterum
Et in candelabro aureo lucerne septem.
Nulla vero hominum operationes sancti spiritus sufi
ciens habuit. nisi solus mediator dei
et hominum cuius et idem spiritus est qui de patre

Arcturus et pliades deus in ortu.

lex et gratia significata partim et per pliades

Act. xv.

2a cap a

ysa xi.

Zach. 3

Zach. 4.

de spiritu christi

ante secula procedit. ~~Unde per zachariam dicitur~~ super la-
pidem unum septem oculi sunt. Hunc enim
lapidem septem oculos habere est simul om-
nem virtutem spiritus septiformis gratie in
operatione retinere. Alius namque prophetiam
alius scientiam. aliquis interpretationem sermonum
iuxta distributionem sancti spiritus accipit. ad
summa vero omnia eiusdem spiritus mu-
nera nemo pertingit. At non conditor
in infirmitate nostra suscipiens. quia per
divinitatis sue potentiam simul se habere
omnes sancti spiritus virtutes edocuit. mi-
cantes procul dubio pliades iunxit. Unde
vero pliades iunxit. arcturi gyrum
dissipat. quia dum sanctorum suum liberos
habere fecit sancti spiritus operationes in
novo testamento veteri littere labo-
rem solvit. ne fidelis quisque iam cum
libertate spiritus illum intelligat cum pressus
formidine inter tot districta sine-
bat. Audiat itaque beatus Job. Numquid
coniungere vales micantes stellas
pliades. ac si aperte diceretur. Habere
quidem lumine quarundam virtutum
potes. sed numquid facere simul omnes
operationes sancti spiritus sufficis. Hec igitur
coniungentem pliades tantum divi-
bus contemplare et tu depone ablatio-
ne competere. Audiat ~~quod sequitur~~ Aut gyrum
arcturi poteris dissipare. Ac si aper-
liam pati. Hinc Paulus cum diversis in Ma-
cedonia simul persecutionibus pressus mo-
dum se afflictum insinuat et iocunditate de-
monstrat. Unde cum venissemus in Mace-
doniam nullam requiem habuit caro nostra. Ac
si aperte dicat: Caro quidem requiem habuit
Deum per promissum ac persecutionum supplicia-
tio ac tolerantur. Conterit itaque
equum ad adversarios siccitate para-
tum gladii doloris poenas. Parant
arma de proximis scelerum peccati. Ho-
stes namque saeva potentiam mundi
defensionibus quasi quibusdam armis
se tegere. Solet omnis infideles per-
secutionem fidei excitat. Etiam scelestis praelatis
impugnare. Sed equus Domini exsultat an-
dacter et exteriora tormenta non metuit
quia interiorem dilectionem quaerit. Pertimes-
cit iacturam non formidat quia numquam in-
te prius desiderium permanens excessit
calcat. Hinc psalmista dicitur: Non confundetur
iustus cum ceciderit. Hinc in eo-
dem scriptum est: Iustus quasi leo confidens absque
terrore erit. Ac si dicat: Iniuriis bestiarum
ideo leo non expavescit quia se valere se ce-
teris non ignorat. Vir iustus vero securitatis
recte leoni comparatur quia quos contra se
insurgere conspicit admonet. Si enim fiducia
redit. Et scit quia cunctos adversantes su-
perat quia illa solum diligit quae invitus
nullus amittat. Cum enim exteriora quae et
nolentes subtrahunt appetit suam se
sponte exteriori timori substernit. In-
stabilia autem virtus et concupiscentiae ter-
ne conceptus quia et mala mors pro-
tinus orbis infirmus spei sine indicio sub-
levantur atque clementer adversitatibus tanto
minus attingitur quanto infirmis sita cu-
stodia nostra. Equus itaque iste non solum
se venientes minime metuit sed eis
etiam in occursum pergit. Unde hic dicitur:
In occursum pergit armatis. Volentem enim qui-
dem atque incursu relinquimus si obviare
prius praesumit non cedimus. Sed si cedere
ne vitae desiderium animus exarsit sic ia-
cens humo invisibilis respicit. Sed ipsa
flammam sui fervoris accendit singularis
loci admittit. Singularis cum exurgit debes
pro defensione iustitiae nosmetipsos obiec-
tos persequentium adversariis exemplis et cum ab-
cis non quaerimus obviare. Ita cum iustitiam
quam nos amamus malis sentire

Act. v.
2 Cor. 8
Psal. [illegible]
Prov. 28

Iustitia totis omnibus defendenda est

nichilominus sua passione confodiunt etiam si venerari videantur. Circa quod vero scis pravis ac male agentibus sese etiam cum non queritur opponit. Unde de equo dicitur Interritus pergit armatis. Intueri libet illum sessoris sui calcaribus excitum contra armatos hostes quociens pauli fervorem attendat qui cum effesi ad impediendas eius actus turbas zeli flamma rapiebat. Repente et repleti sunt ira et exclamaverunt dicentes Magna Diana Ephesiorum et impleta est civitas confusione et impetum fecerunt uno animo in theatrum rapto gaio et aristarcho macedonibus comitibus pauli. Atque mox subditur paulo autem volente intrare in populum non permiserunt discipuli; quidam autem et de asie principibus qui erant amici eius miserunt ad eum rogantes ne se daret in theatrum. In quibus perfecto verbis agnoscitur quia impetum contra inimicos adversitates invenit nec eum parentes et discipulos cum frena tenuisse. Et si obviat hostibus si vult pugna petere si nos intuemur spiritualiter in corpus sui fervoris debemus eum esse qui isto predicator egregius dissimulet non fateri. Damasci prepositus gentis arethe regis custodiebat civitatem damascenorum ut me comprehenderet et per fenestram in sporta demissus sum per murum et effugi manus eius. Quid est quod is cuius iste non sponte armatorum inimicos impetit et non se abscondat hostibus quasi trepidus abscondit nisi hoc quod notandum est ut in eius artificiosa virtute discamus adversariorum pugna tolerare aliquando appetere et prudenter aliquando declinare. Sed tamen quippe non potest quia agminis in mente tantummodo potentie hic pondus illic fructum sui laboris estimet. Sed cum pondus fructum superat laborem quisquis nomine declinat. Cum vero sed in aliis exercet in quibus laborum fructum pondus laboris vincat. Cum non subsequitur quanto fructum in eis sumat labor qui equatur non vincitur labor non sine culpa declinatur. Unde predicator sanctus cum damasci valde obstinatas mentes perspiceret eum cerneret eorum noluit adversitate confligere quia et semetipsum quem persecuturi multum noverant videret posse deficere et ad ultimum se illic ad pauca prodesse. Secessit quo Athanasius petiit et pugnaturus felicius ad alia se bella servavit. Non enim locum virtus sed locus virtutem deserit et idcirco fortissimus miles ad obsidionis angustia certaminis campum petiit conscrire. Ubi autem subiuganda regi proprio multa adversariorum colla conspexit subire bellum vel eum mortem non timuit sed

ut cum ierosolimam pergeret cunctis discipulis passione illius per prophetiam presciam prohiberent sibimet ipsi attestatur dicens. Ego enim non solum alligari sed et mori in ierusalem paratus sum pro nomine domini ihesu. Neque enim facio animam meam preciosiorem quam me. Excogitat hostiles timens etiam presciata passione sua impetum perite ille de discretione sinistra edocuit non de timore qui fugit. Circa vero pensandum est quia ille labores quosdam per dispensationis intuitum laudabiliter declinat qui pro deo maiores alios fortiter tolerat. Nam sepe ab hominibus timor debilis tamen dispensationis vocatur et qui prudentiam impetum declinasse asseritur cum fugientes turpiter terga feriuntur. Unde necesse est ut in causa dei cum res dispensationis agitur intenta cordis subtilissima liberatione pensetur ne per infirmitatem timor subripiat et sese per dispensationis ymaginem ratione fingat ne culpe se prudentia nominis tegat nec ad penitentiam animus redeat cum hoc quod nequiter perpetrat virtutem vocat. Restat igitur ut in dubiis quisque deprehensus cum quelibet sibi adversitas iminet prius mentem ipsam contra formidinem et precipitationem pugnet. Et tunc nec formidolose se subtrahat nec precipitanter obponat. Valde enim preceps est qui semper se adversis obicit et valde pavidus qui semper abscondit. Sed et hoc melius in bellis spiritualibus discimus si fortium exercitia corporalibus bellis extrahimus. Precipitem enim ille dux sapiens est qui contra hostiles cunctos exercitum preceps admonet. Neque vero dux fortis qui se semper ab hostibus faciem timendo subducat. Bene namque dux sed nec ab hostili impetu exercitum timere subtrahere neque hostem confusis cordibus coartare. Circa minus solliciti perfecti predicatores exhibent cum modo persecutoris rabiem declinantes noverunt ei fortiter sed non precipitanter obviare. Circa attendit vir cum congressum cernit iaculorum obiciat et inveniat iacula vel moriens timidit. Recordatur interritus pergit armatis de quo adhuc hic subditur. Contemnit pavorem nec cedit gladio. Gladios quippe pavore despiciat quia et ipsos adversariorum gladios contemnerat calcat. Dux enim. Quis nos separabit a caritate christi. Tribulatio an angustia an fames an persecutio in pavore quoque ventura metuit pena in gladio

Act. 19

2 Cor. 11

Paulus effugit persecutores cum vas electionis

2 Cor. 12

Act. 9 et 2 ad Cor. 11

Si audientibus in predicatione proficere non possimus ab eis recedere debemus

31

no iam dolor depulit percucione sen
titur quia hic vir sanctus venenum ad
sit non metuit pavorem despicit quia
nec nunc supveniente percussione vincat
nequaquam gladius cedit Contra hunc
itaque equum tot sunt gladii hostium
quot genera percussionum. Sed tantis obvia-
mus semper ac amore vite sese admittit
parat. Sed quia tam robustissimum pectus
quo se iaculis opponat audivimus
nunc quid adversus agatur audiamus
Sequitur Super ipsum sonabit pharetra. Suscep-
tum sancte pharetre nomine aliquando in
sensu dei occultumque iudicium. [24 ca a] Aliquando non
clandestina pravorum machinamenta per
designatur. Per pharetram namque sensum dei
occultumque consilium exprimitur sicut
idem beatus Iob superiore parte testatur
dicens. Pharetram suam aperuit et afflixit
me. Id est occultum suum iudicium detexit
et publica me percussione vulneravit. [b]
Sicut enim in pharetra sagitta sic in
occulto dei consilio latent sententie et
quasi ex pharetra sagitta educitur quando
ex occulto consilio aperta dei sententia iaci-
latur. Pharetre quoque nomine pravo-
rum machinamenta designantur. Unde per
pharetram dicitur paraverunt sagittas
suas in pharetra ut sagittent in ob-
scuro rectos corde. Iniqui enim cum
dolos quos bonis excogitant sub
machinamentis occultant quasi in
pharetra sagittas parant et in hac
parte vite caligine velud in obscuro
rectos corde feriunt quia malicia
sua eos iaculantur et tamen perversus parte
et in veniencia deprehendi non patitur
Igitur quia equus dei nulla adversi-
tate cedit quo magis obviatur eo
in incertis sunt semper armatos hos-
tes fervencior dicitur persecuto-
res eius qui se et ferientes vinci
sentiunt turbati ad consilium vertuntur
dolos parant et velud ex longinquo
quasi mittendo vulnera occultant. Unde
recte nunc dicitur Super ipsum sonabit pha-
retra ut eum ex abscondita machina-
tione longe feriant cui aperte con- [c]
gressionibus minime appropinquant
Hoc tunc super equum dei pharetra sonu-
erat cum xl viri qui invicem morte
coniuraverant contra ducem paulum
se quiescant ut consiliorum suorum iaculis
qui eum sagittarent dolo inficerent
quem congressione persecutionis pu-
blice superare nequaquam poterant. Phare-
tra ergo sonuit quando occulte machina-
tionis adversum causam prevenit quam
ins si vigilanter querimus adhuc
in pharetra sonum aliquid subtilius
invenimus. Sepe enim adversarii consilia

contra bonos inermis pravus inveniunt
invicem adest cogitationes dolos se
conferunt. Et tamen qui eosdem dolos prae-
bonis debeant ipsi insistere latenter
ipsi consumant ne crudelis suppliciorum
paratio nec dum quasi furtive innotes-
cat at amplius timeatur et audiencium
animum plus suspecta vulnera quam
percepta perturbent. In pharetra enim sagit-
te dum latent et sonant mortem etiam
non insunt visibilem denunciant pharetra
ergo contra equum sonitum reddit cum
contra predicatorem sanctum occulta pravorum [24 ca]
machinamenta consilium suum quod fraudule-
ter operit fraudulentis innotescit ut
prius sicut minus quasi ex sonitu pha-
retre trepidet. Sed predicator dei apertas
contumelias velud equus minus ferit
eius iacula non formidat cum non ceder
minus minime tractat mox perseco-
rum crudelitas ad supplicia manifesta
perducitur. Unde hic perquiram dictum est super
ipsum sonabit pharetra illico additur
vibrabit hasta contra predicatorem dei
tunc post pharetre sonitum hasta vibra-
tur quando post terrores exhibitos emicio
iam feriens aperta pena perducitur.
Predicatores autem sancti tamen pro defensione [gl]
fidei supplicia subeunt ad eandem
fidem quos valent rapere et interea
verbera non desistunt et tamen pacienter
suscipiunt prudenter contra corda in
ferentium sagittas predicacionis reddunt.
Unde nonnunquam agitur ut ipsi qui inpersecu-
cione seviunt non tantum doleant quod
cor predicatur non emolliunt quam quod
per eius verba etiam alios amittunt. Ita [26 ca a]
id est cum feriendo non superant ne forsitan
sed et alii qui illum audiunt derelinquunt
mox contra loquentem verba sententia res-
ponsionis parant. Unde cum dicitur vi-
brabit hasta recte subiungitur clipeus
persecutor enim fremens per quam predica-
tor corpus suppliciis perimitur. Auditori
cor quasi clipeus verbi sue disputa-
tionis munitur. Unde id est sanctus ne feri-
ri debeat hasta vibratur. Sed ne au-
dire possit clipeo supponitur. Sunt
namque defensores dei in pharetra sagit-
tas suas quas eo acie auditorum
cordibus inmittunt quo illas de spali-
atum a de intima cordis consione
distringunt. Hinc quippe se in bello [b]
fidei paulus armaverat cum dicebat
laboro usque ad vincula quasi male [2 ad thy 2]
operans. Sed verbum dei non est alligatum
At si diceret. Hasta quidem suppliciorum
ferior sed tamen verborum sagittas emit-
tere non desisto vulnera crudelitatis acci-
pio sed cor infidelium vera loquendo
transfigo. Dicatur ergo super ipsum sonabit

pharetra vibrabit hasta et clipeus. Quem
equum quippe dei quia pravorum consilia
perspexerit pharetra sonat. quia aperta
pena exquiritur hasta vibratur quia non
ei etiam de disputatione resistentium cli-
peus aufertur. Sed nunc aferendo suo
pista compescitur. Vir enim sanctus quo
maiori persecutione premitur eo ad predi-
candum vitiatorum actus instigatur et
cum persecutores patienter tolerat ac
deinde ad se auditores trahere festinat
hinc et hinc ad finem de equo dei subditur
Fervens et fremens sorbet terram. Nec re-
putat tube sonare clangorem. Primo
namque pectora hominum et terra es et in
terram ibis. Tube autem clangente in
hiis sancti patres loqui sacerdotes tribula
prohibentur. Quia igitur predicator zelo sancti
spiritus inflammatus vel metu supplicia po-
sitis quosque peccatores ad se trahere non
desistat. fervens procul dubio terram sor-
bet quia non persecutorum minas minime
formidat clangorem tube sonare non
reputat. Tuba enim que discrimen belli
denuntiat quid est aliud quam vox sevitum
potentium que concepta resistentibus mortem
certaminis parat. Hinc a principibus sacerdotum
tuba sonuerat cum flagellatos apostolos
de deo loqui prohibebant sed deum et celestis
denunciantium ne loquerentur in nomine
ihesu. Sed videamus quomodo equus dei clangor
tube non terreat. dicit petrus: Obedire oportet
deo magis quam hominibus. Et aliis quoque
persequentibus dicit. Non enim possumus que vidi-
mus et audivimus non loqui. Equus ergo clamo-
rem tube non metuit quia predicator e-
gregius despectis potestatibus sancti nullos
minarum sonitus pertimescit. Videamus
alium equum dei quomodo terram sorbeat quem
non nullius enim tube terror attingit.
Scriptum est supervenerunt quidam ab antio-
chia et yconio iudei et persuasis turbis lapi-
dantes paulum traxerunt extra civitatem esti-
mantes eum mortuum esse. Circumdantibus
autem eum discipulis surgens intravit in
civitatem. Et postera die profectus est
cum barnaba in derben. Cumque evange-
lizassent civitati illi et docuissent multos
reversi sunt listram et yconium et antiochiam
confirmantes animas discipulorum. Ecce la-
pidibus obruitur nec tamen a civitate submo-
ne removetur. Occidi potest superari non
potest. Velud extinctus extra urbem proicitur
sed intra urbem die alio illesus predicator
invenitur. Quam fortis ergo viro inest
firmitas quem nec imperium pena conquassat
iniuria parata ad agendum repulso-
nem provocat ad predicandam salutem
plaga erigit ad procellandum laborem
lassitudinem pena reficit. Ergo

hunc adhistans super que pena
sonet. Sed equus dei est et pharetre sa-
gittas despicit quia malitie consilia
contempnit. Vibratam hastam superat
quia aperte terrores persecutionis robusta
pectora firmat. Oppositum clipeum vin-
cit quia disputationem resistentium pre-
dicando subigit. Terram sorbet quia
peccatores in suo corpore exhortando con-
vertit. Clangorem bucine sonare
non reputat quia voces quaslibet terribi-
les prohibitionis nihil estimat. Atque
autem et quod dicitur quia fortis perseverat
in laboribus adhuc quia magis exul-
tat adversis. Ubi audierit
buccinam dicit vah. Quibus prosecu-
toribus et illud ostenditur quod hoc loco
de equo mirabiliter dicitur.
Neque enim vah dicere brutum animal potest sed
dominum asseritur quod ore dicere non valet
innuitur que designat. Vah quippe
sonus exultationis est. Equus ergo audita
buccina vah dicit quia fortis quisque pre-
dicator cum certamen passionis sibi immi-
nere considerat de certo victorie ex-
ultat. Nec enim pugne periculo quia vic-
torie letatur triumpho. Equus igitur
dicere vah predicatorem sanctum de ventura
passione gaudere. Sed si predicator
fortis gloriam passionis appetit si
discrimen mortis subire proprio lo-
co querit quid est quod ipsi predicatori
fortissimo qui extrahendus corde vic-
toriam tenuit in ore per vocis dicit
Cum senueris extendes manus tuas
et alius te cinget et ducet quo tu non
vis. Quomodo de passione gaudet
qui cinctus ab alio ire quo ducitur
non vult. Sed si pensamus qualiter ani-
mum quemque passione et mortem mente
quatitur et tamen de venturo regni
premio letatur intelligimus quomodo con-
stanter subire pridem volens
nolle quia et in morte considerat quod
tolleraturus pateat et insuper in morte
aspicit quod appetens querat. Vide-
amus paulum quomodo amet quod refugit
quomodo refugiat quod amat. Ait enim
Desiderium habens dissolvi et esse cum christo
et michi vivere christus est et mori lucrum
Et tamen dicit Nam simus in hoc tabernaculo
ingemiscimus gravati eo quod nolumus
expoliari sed supervestiri ut absorbe-
atur quod mortale est a vita. Ecce et mo-
ri desiderat et tamen carne expoliari
formidat. Cur hoc? Quia et si victoria
imperium letificat ipsa in agonis
asperius pena perturbat et quamvis
vincat amor subsequentis muneris
tangit tamen non sine merore an-

31

pulsus doloris. Sicut enim vir fortis
cum imminere iam belli certamina cernit
accingitur, palpitat et festinat, timet
et fremit, quasi pavore pro pallore ter-
retur, sed primum vehementer urgetur.
Ita vir sanctus cum passioni propinqua-
re se conspicit, et naturae suae infir-
mitate concutitur et spei suae soliditate
roboratur, et de imminenti morte trepidat,
et tamen quod moriendo verius vivat
exultat. Ad regnum quippe non potest
nisi interposita morte transire, et idcirco
et confidendo quasi ambigit et quasi
ambigendo confidit, et gaudens me-
tuit et metuens gaudet, quia scit quod
ad bravium quietis non pervenit nisi
hoc quod interiacet cum labore transcendat.
Sic nos cum morbos a corpore repellere
cupimus, tristes quidem amara purga-
tionis pocula sumimus, certi autem
de subsequenti salute gaudemus. Quia
enim pervenire corpus ad salutem aliter
non valet, impotenti libet etiam quod taedet;
cumque amaritudini inesse vitam
animus conspicit, merore turbatus
hilarescit. ~~Dicatur~~ Dicitur ergo: Ubi audierit
buccinam, dicit: Vah, quia praedicator for-
tis agnito certaminis initio, etsi
nec ipso adhuc passionis trepidat,
per spei tamen certitudinem ad praemium re-
munerationis exultat. Sed nequaquam ad
hoc passionis bellum temerarius exsilit,
sed eius passionis meritum cogitatione
meditando praemeretur. Calcaneum namque
qui conflictum praevenit decertaturus, qui se an-
imo ex ratione subicit, quia tanto quisque
minus adversitate vincitur, quanto contra
illam praeveniendo paratus invenitur. Saepe
enim cum timoris pondus usu levi-
gatur, saepe mors ipsa si sit inopinata
perturbat, in deliberatione praeventa levi-
fit. Unde recte de hoc equo subiungitur:
Procul odoratur bellum. Ac si aperte di-
ceretur: Idcirco quaelibet certamina exsuperat
quia mente certamen ante certamina parat.
Bellum quippe procul odorari est adver-
sa quaeque longe adhuc posita cogi-
tando prospicere, ne fortasse valeat
improvisa superare. Hoc bellum procul o-
dorari discipulos Paulus admonebat
cum diceret: Vosmetipsos temptate si
estis in fide, ipsi vos probate. Ac si aperte
praeciperet: Quae persecutionum certamina ad
mentem reducite, et cordis vestri in-
tima atque occulta pensantes, qualiter
inter supplicia existere valeatis, inve-
nite. Hoc bellum sancta vir procul odo-
ratur, cum et in pace universalis eccle-
siae vel haereticorum bella vel immi-
nentia ab infidelibus persecutionum cer-

tamina conspiciunt. Qui dum recte vivunt,
saepe mala recipiunt, detractorum contu-
melias aequanimiter ferunt, ne si per-
secutionis occasio subeat, tanto illas
fortiores apud hostes inveniat, quanto
eos et nunc etiam falsorum fratrum maculis
non expugnant. Nam qui abstinet patien-
tiae ante linguarum vulnera cor munit
ipse sibi testis est quia contra manifeste
persecutionis gladios non subsistit. Quia
ergo vir Dei exercitatus proventibus contra
ventura certamina minus contra maiora
metuitur, recte de equo dicitur, quod
bellum procul odoretur. Sequitur: Exhortatio-
nem ducum et ululatum exercitus. Duces
adversae partis sunt errorum auctores, de quibus
per prophetam dicitur: Effusa est contemptio super prin-
cipes eorum, et seduxit eos in invio et
non in via. De quibus per Zachariam vicinis
dicitur. Hos autem duces exercitus sequitur
pravorum scilicet turba quae iniquis eorum per-
suasionibus famulatur. Non dum quoque
duces exhortari exercitum dicit, non ulula-
re, quia videlicet hi qui infidelibus vel haeretic-
is praesunt prava quae tenere perceperunt quasi
ex ratione persuadent. Turba vero eis sub-
dita, quia sine iudicio eorum voces se-
quitur, in confusione infamiae perstrepit, be-
stiali mente ululare perhibetur. Lupis
quippe proprie ululatus convenit, et quia
caterva reproborum contra vitam moresque
fidelium sola rapacitate inhiat, quasi
per ululatum clamant. Equus ergo Dei exhor-
tationem ducum et ululatum exercitus procul
odoratur, dum sanctus quisque praedicator lon-
ge ante considerat quid vel auctores erro-
rum contra electos valeant proferre, vel
turba eis subdita quam possit immani-
ter insanire. Hanc exhortationem ducum
odorabatur Paulus, cum diceret: Per dulces
sermones et benedictiones seducunt cor-
da innocentium. Hunc ululatum exercitus
odorabatur, dicens: Intrabunt post discessionem
meam lupi graves in vos. Exhortatio-
nem ducum odoratus est Petrus, cum de
quibusdam discipulis admoneret dicens: In
avaritia fictis verbis de vobis negotiabun-
tur. Ululatum quoque exercitus odorabatur
cum praemitteret dicens: Et multi sequentur
eorum luxurias, per quos via veritatis blas-
phemabitur. Igitur quia sanctus quisque
praedicator atque in praedicationis bello
Domino fidei qualem se possit exhibe-
re, nimirum nunc sublimis equi spe-
cie quoque Christi militem describit,
ne et qui ad praedicationis culmen nec-
dum se pervenisse considerat, hac tamen
voce divina si iam bene vivere coepit
expressum se esse agnoscat, quatenus
hinc colligat quantum Domino notum sit si

Ro. 16.
Act. 20.
2 pe. 2.

29 cap[itulu]m a

admaiora perueniunt que signate de eloqui uoce in summis premittit. Con gula itaque que de equo dicta sunt repe tentes intueamur quomodo miles dei a prima conuersione ad quibus gra dibus ascensionis ad suprema peruenit. Dicitur ergo Numquid prebebis equo fortitudinem aut circumdabis collo eius hinnitum. Vinciamque tunc misericordi ter deus presidet ante omnia fidei forti tudinem prebet de qua petrus ait Adu

i. pet. v.

ersarius vester dyabolus sicut leo rugiens circuit querens quem deuoret cui resistite for tes in fide.

b

Hinc autem fortitudini hinnitum iungitur dum fit quod scriptum est Corde creditur ad iusticiam ore autem confessio fit ad salutem.

Ro. x.

Numquid suscita bis eum quasi locustas. Unusquisque qui deum sequitur in ipso suo exordio ue locusta suscitatur. Nam et si in quibusdam actionibus locustarum more flexis poplitibus terre inheret in qui busdam tamen expansis alis sese in aere suspendit.

c

Conuersionis quippe initia bonis moribus malisque permixta sunt dum et noua iam penitentium agitur et necdum adhuc uita exusti retinetur. Tanto autem minus premit interim mala ledimus quanto contra illa cotidie sine cessatione pugnamus nec suos nos iam culpa uendicat cuius prono usui iam sollicita mens resultat. Minus itaque nos inchoantibus terrena opera officiunt quia in nobis diutius demorari prohibentur. Unde quo in ipso sue conuersationis initio infirma quedam premit de nobis deus tolerat ut nos quoque ad celestia ex perfectione producat quasi locustas nos in exordio

d

suscitat quia et in uolatu uirtutis subleuat et non tamen de terrenis o peris cunctis desperat. Gloria narium eius terror pro eo quod non uisa res na ris odore deprehenditur non inmerito narium nomine spei sue cogitationes exprimuntur quibus uenturum iudicium quod et si oculis adhuc non cernimus iam

e

tamen sperando preuidemus. Omnis autem qui bene uiuere incipit audiens quod extremum iudicium ista aduenit uocetur hilarescit. Sed quia dum quedam mala adhuc ex reliquiis sibi inesse considerat hoc ipsum iudicium de quo ex ultare inchoat appropinquare formidat. Mentem quippe suam bonis malisque per mixtam conspicit cogitationes suas aliquando spe et timore confundit. Na tum audit que sunt regni gaudia mox interim leticia subleuatur. Rur sum cum respicit que sunt gehenne tor menta mox metu formido perturbatur.

f

Sed quia gloria narium eius terror dicitur quia inter spem et metum positus dum futurum iudicium mente conspicit hoc ipsum timet unde gloriatur. Ipsa ea sua gloria terror est quia inchoat iam bonus spe de iudicio letari et necdum finitis omnibus malis perfecta securus non est. Sed inter hec sollicitate adiuncte uenerit et procellas timore formidinis remittes sed insolitus uias intellectus dispones tot uiribus ad districtum iudicium liber inuenire conatur. Eximie quippe estuat amicam prescientiam formidare ac ne minus perfectum patris metuat illa agit ut pie se filium recognoscat. Discat ergo iudicem tota expectatione dili gere atque ut ita dixerim timendo desinit timere. Prius autem terror formidinem pectorali actione consi derat et idcirco ante omnia carne fortis edomatione castigatur. Unde pugna dum et gloria narium eius ter rore subiungitur.

g

Terram ungula fodit. Ungula namque terram fodere districta abstinentia carnem doma re est quo autem plus caro premitur eo de celesti spe animus securus letatur. Sed et fossa terra aperte subinuenitur Ex ultat audacter.

30 cap[itulu]m a

Terra enim ualet reprimit quod impugnat audacter exultet de hiis que interna prius desiderat. Tantoque mens medius ad summa appetenda conuenit quanto assiduat arta corpus edomat. Sum

Vide p[rouerbiorum] 24

ite per salomonem dicitur Diligenter exerce agrum tuum ut postea edifices do mum tuam. Ille quippe bene post domum edificat qui prius agrum corporis ab spinis uiciorum purgat ne si deside riorum mentes sentes incrementum ag presserit unique tota uirtutum fabrica fama boni crescentis deficiat.

b

Vide per gradus profectus ...

In ipso autem quasi belli certamine po sita tanto subtilius fraudes hostium conspicit quanto et districtius corpus premit quasi quendam hostium adiu torem premit. Sed post contemptionem corporis pro leticia cordis recte sub iungitur In occursum pergit armatis. Hostes armati sunt in mundi specie immunes contra nos fraudibus armati qui cum suadere nobis im proba nequeunt ea sub bonitatis specie mentis obiectibus opponunt. Et quasi sub quadam arma se contegunt ne ipsa malicia a nobis inimici uideantur.

c

Occurrimus armatis hostibus in occursum per gimus qui eorum insidias longe prius

deinde effossa vero terra armatis hostibus
in occursum pergere et edomita carnis
superbia dolos in interiore spiritum in
visibiliter explorare. Effossa terra ar
matis hostibus in occursum pergere et devic
ta carnali nequitia contra spiritualia vi
tia certamen subire. Nam qui adhuc
secum eneruiter pugnat frustra
contra se bella extra posita suscitat.
Qui enim semetipsum carnalibus subiu
gat cuius spiritualibus vitiis resultat.
Quomodo de labore exterioris certaminis
triumphare appetit qui adhuc apud
semetipsum domestice libidinis bel
lo succumbit. Vel certe armatis hostibus
in occursum pergimus cum per exhortatio
nis studium eorum insidias et mali
cias corde premimus. Quasi enim in loco
quo sumus ad locum alium obviam
hostibus venimus cum intra cuncta ordina
te proposita accessu in interiore spiritu
proximi mentem prohibemus. Unde fit plerumque
ut nos hostes callidi militem dei iam
certa de interiori bello victoriam
tanto de semetipso [?] temptent quan
to illum contra se et in alieno corde preva
lere fortiter vident. Ut dum illum
ad se tuendum revocant aliena cor
da liberius que exhortatione protegeba
tur invadat. Cumque eum superare non
potest saltem occupare conatur quatinus
dum miles dei de semetipso geritur non
ipse sibi ea que defendere consueverat
perimat. Sed mens in deum immobiliter
fixa temptationum spicula despicit
nec singulis [?] iacula pertimescat.
Suscipit enim quasi [?] animo sic
vulnera infirmitatis sue curat ut
aliena non deserat. Unde bene de hoc equo
subiungitur. Contempnit pavorem nec ce
dit gladio. Contempnit pavorem quia
nullius temptationis formidine ab hoc
usque terretur ut cedat nec cedit
gladio quia et si violentia illum tempta
tio pulsat acuta tamen proximi non
repellit. Unde et paulus exemplum nobis in mente
constantie insinuans et quos ab
hoste gladios susceperat dicit. Et
quomodo eisdem gladiis non cedat ostendit.
Cum enim iam carnalis operis pugna
superata carnalis temptationis gladium
ab hoste superatus susceperat qui dice
bat Video aliam legem in membris me
is etc. Sed eidem gladio quem in
se vicerat etiam in aliis non cedebat
cum prefecto proximis diceret Non reg
net peccatum in vestro mortali corpore
ad obediendum desideriis eius. Et rursum
Mortificate membra vestra que sunt
super terram fornicationem inmunditiam

libidinem concupiscentiam malam. Gravius illum
temptationum gladius feriebat de quibus
ipse ait In laboribus plurimis in carce
ribus habundantius in plagis supra modum
in mortibus frequenter. A iudeis quinquies
quadragenas una minus accepi. Ter virgis
cesus sum semel lapidatus sum ter nau
fragium feci nocte et die in profundo ma
ris fui. Et cetera que ipse tolerare po
tuit et nos enumerare lassamur. Sed
quomodo eidem gladio in proximi dilectione non
cedit perpendat ipse subiungit preter illa
que extrinsecus sunt instantia mea coti
diana sollicitudo omnium ecclesiarum. Equus
ergo dei et gladio percutitur et tamen a propositi
one caritatis acutissimi prohibetur. Dum fortis
spiritualis certaminis miles et ipse vulnera
ab hoste suscipit et tamen ad salutem alios
surgit. Sed contra tam duros celestis mi
lites pectus antiquus hostis tanto acutiora
spicula porrigit quanto se perimi robustius
conspicit. Unde et subiungitur Super ipsum sonabit
pharetra vibrabit hasta et clipeus. Pharetra
enim videlicet mentis sancte studium contra se et alios
prodesse multiplicata hanc sagittas temp
tationis confodere. Unde sepe contingit ut hii qui
regendis aliis preesse temptationum certamina
fortiora patiantur. Carnalis corporalibus mo
re bellatorum dum duce ipso ad fugam vertitur
resistentes exercitus conspersi unanimiter
sine labore dissipentur. Hostis itaque cal
lidus contra celestem militem diversa per
cussionum vulnera exquirens modo pha
retre insidias cum sagitta vulnerat modo
ante eius faciem hastam vibrat. Quia videlicet
et alia sub veneni specie contegit et alia ut
sit aperta eius oculis opponit. Ubi enim infir
mari dei militem conspicit illic frau
dulentia non requirit. Ubi autem resistere
sibi fortem considerat illic contra vires penal
dubios dolos parat. Ita cum infirmum
quempiam in carnis illecebris videlicet aperte sperat
corporis que concupisci valeat eius obtu
tibus obviat. Si autem fortasse validum
contra amaritudinem temptationis importune eius
cogitationibus domesticorum suorum eius in
opiam suggerit. Ut dum mens ad premissi
omnis curam qui pie flectitur seductam for
tim in terras ambitio iniquitatis rapiatur. Equum
ergo dei sagitta per insidias impetit quando
ei hostis callidus sub specie pietatis abscondit.
Hasta autem cominus vulnerat cum ma
nifestam nequitiam et scelera temptat. Sed pensando
celesti militi uno eodemque tempore utrumque
ab hoste obiciatur ne inequaliter una presentia
ne perimatur dolos namque adversarius
ferire simul nititur et aperte forcius
et insidiis latens ut dum declinat
sagittam metuit minus cum fronte ha
stam timeat. Vel dum ante faciem haste

2 Cor. xi

A

B

C

Plati fortiora temptamenta recipiunt

Super certamen hominis pat dyabolus temptaciones mittit

D

De dolo dyaboli

resistitur nequaquam ex occulto veniens sagitta videatur. Saepe enim temptator proponit libidinis et subito fraudulenterque cessans elationem suggerit de servata castitate. Et sunt nonnulli qui dum multos ex castitatis arce in elationis foveam cadunt, sese ostendunt vitae suae custodia negligentes, et immunditiam libidinis fugiunt, pro castitatis culmen in voraginem elationis ruunt. Quia ergo aperte feriens hasta est culpa de vitio, et quae ex occulto vulnerat de pharetra sagitta est culpa de virtute. Sed equus Dei et ante faciem hastam superat, cum libidine caret, et elationis sagittam despicit, cum in castitate humilitatem se ab elatione custodit. Unde bene in huius certamini psalmus dicit: Dominus erit in latere tuo et custodiet pedem tuum ne capiaris. Pes namque in anteriori tendit, anteriori namque non videt quia ea quae sunt a latere conspicit. Utrumque qui pedis custodiam perdidit, anteriora tenuit et inspectionem lateris deserit. Dum non ante faciem positae virtutis aliquid agimus, quasi quo pes debeat poni providemus. Sed dum extiterit ad furtum culpa sub oritur, quasi dum in anteriori respicitur, nequaquam tenuit pes in anteriora quod ponatur. Unde ergo dicit: Dominus erit in latere tuo et custodiet pedem tuum ne capiaris. Omnia miles Dei dum gerit, circumspectus et quae ex latere possint prodire circumspiciendo considerat, et gressum ante faciem ferre perficiendo non cessat. Cum fraudulentem hostem videt quia per pharetram et hastam nequaquam se praevalere conspicit, clipeum opponit ut si resistentem pectus feriendo non perforat, saltem quibusdam obiectionibus perfectus iter intercludat. Quibusdam namque difficultates ipsis eius conatibus obicit, et cum superare non valet, vel resistit. Sed quid inter tot argumenta bellorum equus Dei agat audiamus: Fervens et fremens sorbet terram, nec reputat tubae sonare clangorem. Quem equum tubae clangor sonat, qui clarum mentem intus quae agit fortiter, cum eius quod ... culpa terribiliter comperit. Sed fervens et fremens sorbet terram, quia nimio ardore semper distendit, et quidquid intus terrenum repperit cottidie perficiendo consumit. Et clangorem tubae sonare non reputat, quia consideratione forti omne vitium quod de virtute gloria nascitur sollicitus declinat. Sonare enim clangore tubae reputaret, si fortissime pariter aliud quod pie subortum aliud agere(?) intra metueret. Quia ergo adtingenda fortia ante insinuantia temptamenta non trepidat, in fundo

suo positus clangore tubae munire formidat. Saepe ante diem praeparare se dicitur, inter tribus conspicit ne ipsa eum virtutis prosperitas elenet pulsare se temptatoribus gaudet. Unde et apte subiungitur: Ubi audierit bucinam dicit: Vah. Multos enim sua prosperis felicitas stravit multos diuturna pax incautos reddidit, coque illos inopinatus hostis gravius perculit, quo longe quietos usu negligentes invenit. Unde sancti viri cum illata se virtutis prosperitate considerant, quodam dispensationis superne modo ruinae evitare se etiam temptationibus exultant, quia tanto robustius acceptam deinceps gloriam custodiunt, quanto temptationis impulsu commissi infirmitatem suam humiliter agnoscunt. Equus ergo Dei audita bucina vah dicit, quia bellator Dei cum temptationis intulerit conspicit utiliter superne dispensationis considerans, copia validius adversitate confidit, cum adversitatis eius discrimina illum non superant, quia numquam impressa temperantur. Longe quippe providet ex unaquaque re cuius vitii pugna succrescit. Unde et sequitur: Procul odoratur bellum. Bellum namque procul odorari est ex causis praecedentibus quae vitia subsequentur culpae agnoscere. Quia enim sicut iam diximus saepe odore res non visa agnoscitur, bellum procul odorari est sicut flatum narium sic promissae cogitationum nequitias latentes indagare. De quo odoratu Dominus recte in Cantico sui laudibus dicit: Nasus tuus sicut turris. Turris non speculatoris in nasum ponitur in alto, ut hostis veniens longe videatur. Unde et nasus in Libano etiam turri similis dicitur, quia sanctorum provida discretio dum sollicite circumquaque conspicit, malum prius pervenit, quam veniat culpa, deprehendit et quo vigilanter praevenit eo fortius declinat. Hinc Abacuc ait: Super custodiam meam stabo. Hinc vigilantes electi etiam Ieremias ammonens dicit: Statue speculam, pone tibi amaritudines. Speculam quippe sibi statuere est ventura vitiorum certamina exalta consideratione prospicere. Sibique electi mentis amaritudines ponunt, quia et in virtutum pace constituta dum mala insidiancia conspicit, sopita quiescere non consentit. Primo autem ne mala quaelibet sentiat non considerat, ne bona incaute faciat. Ut postquam prima subegerit, ipsa etiam sibi subigere vitia contendit, ne si mentem dominium tenuerit, elationis culpa

Quae est in Libano Per nasum quippe odores fetores quae discernimus quid per nasum nisi providam sanctorum discretionem designat?

nectantur. Quia enim sicut superius dictum
est plerumque ex bonis per negligentiam vi-
tia mala nascuntur, vigilanti studio
contemplatur qui ex doctrina arroga-
ntia, ex iustitia crudelitas, ex pietate
remissio, ex zelo ira, ex mansuetudine
torpor oritur. Cumque bona hec agit quo-
modo contra se hostes plus ex eo consurgere
valeant consideret. Nam cum adipiscen-
de doctrine studiis elaborat, mente
sollicite contra certamina arrogantie
preparat. Cum culpas delinquentium iuste
ulcisci desiderat, sagacissime caveat
ne modum iustitie crudelitas vin-
dicte transcendat. Cum pietate frena-
re se nititur, solerter prospiciat ne qua
discipline dissolutione vincatur. Cum
se recti zeli stimulis excitat, summope-
re perpendat ne plus quam necesse est ire se flam-
ma succendat. Cum in magna tranquil-
litate se temperat, vigilanter obser-
vet ne torpore frigescat. Quia ergo
spiritalis miles cognitione omnium vitiorum
pugna subrepere possit aspiciat, recte
de equo Dei dicitur: Procul odoratur bel-
lum. Prevenit etiam que turba inimi-
cum premat, si mala ad se ingredi vel
pauca permittat. Unde et sequitur:
Exhortationem ducum et ululatum exercitus.
Temptantia quippe vitia que pugnam (?) invi-
sibili contra nos prelio regnanti super-
bie militant, alia more du-
cum preeunt, alia more exercitus subse-
quuntur. Neque enim culpe omnes pari ac-
cessu cor occupant, sed dum maiores
et pauce neglectam mentem preveniunt,
minores et innumere ad illam se ca-
tervatim fundunt. Ipsa namque vitiorum
regina superbia cum devictum cor ple-
ne ceperit, mox illud septem principalibus
vitiis quasi quibusdam suis ducibus
devastandum tradit. Quos videlicet duces
exercitus sequitur, quia ex eis proculdubio im-
portune vitiorum multitudines oriun-
tur. Quod melius ostendimus si ipsos duces
atque exercitus specialiter ut possumus
enumerando proferamus. Radix quippe
cuncti mali superbia est, de qua scriptura
testante dicitur: Initium omnis peccati super-
bia. Prime autem eius soboles septem ni-
mirum principalia vitia de hac virulen-
ta radice proferuntur, scilicet inanis gloria,
invidia, ira, tristitia, avaritia, ventris
ingluvies, luxuria. Nam quia his septem
superbie vitiis nos captos doluit,
idcirco redemptor noster ad spiritale li-
berationis prelium spiritu septiformis gratie
plenus venit. Sed habent contra nos hec sin-
gula exercitum suum. Nam de inani gloria
inobedientia, iactantia, ypocrisis, con-
tentiones, pertinacie, discordie et novita-
tum presumptiones oriuntur. De invidia odium,
susurratio, detractio, exultatio in adversis
proximi, afflictio autem in prosperis nascitur. De ira
rixe, tumor mentis, contumelie, clamor, in-
dignatio, blasphemie proferuntur. De tristitia
malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio,
torpor circa precepta, vagatio mentis circa illi-
cita nascitur. De avaritia proditio, fraus,
fallacia, periuria, inquietudo, violentie
et contra misericordiam obdurationes cordis oriuntur. De
ventris ingluvie inepta letitia, scurri-
litas, immunditia, multiloquium, hebetudo
sensus circa intelligentiam propagantur. De luxuria
cecitas mentis, inconsideratio, inconstantia,
precipitatio, amor sui, odium Dei, affectus pre-
sentis seculi, horror autem vel desperatio futuri
generatur. Quia ergo septem principalia vitia tan-
tam de se vitiorum multitudinem proferunt, cum
ad cor veniunt quasi subsequentis exercitus
catervas trahunt. Ex quibus videlicet septem
quinque spiritalia duoque carnalia sunt. Sed
unumquodque eorum tanta sibi cognatione iun-
gitur ut non nisi unum de altero proferatur. Prima
namque superbie soboles inanis est gloria,
que invidiam, dum vani nominis potentiam
appetit, ne quis hanc alius adipisci
valeat tabescit. Invidia quoque iram pa-
rit, quia quanto interno livoris vulnere a-
nimus sauciatur, tanto etiam mansuetudo
tranquillitatis amittitur, et quia quasi dolens membrum
tangitur, ideo opposite actionis manus
velud gravius pressa sentitur. Ex ira quoque tri-
stitia oritur, quia turbata mens quo
inordinate se concutit, eo addicendo
confundit, et cum dulcedinem tranquillitatis
amiserit, nichil hanc nisi ex perturbatione
subsequens meror pascit. Tristitia quoque
ad avaritiam derivatur, quia dum confusum
cor bonum letitie intus amiserit
amiserit, unde consolari debeat fo-
ris querit, et tanto magis exteriora
bona adipisci desiderat quanto gaudium
non habet ad quod intrinsecus recurrat. Post hec
vero duo carnalia vitia, id est ventris inglu-
vies et luxuria, supersunt. Sed cunctis liquet
quod de ventris ingluvie luxuria nascitur,
dum in ipsa distributione membrorum ventri
genitalia submixa videantur. Unde dum unum
inordinate reficitur, aliud proculdubio
ad contumelias excitatur. Bene autem duces
exortari dicti sunt, exercitus ululare, quia prima
vitia decepte menti quasi sub quadam ratione
se inserunt, sed innumera que sequuntur
dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt,
quasi bestiali clamore confundunt. In-
anis namque gloria devictum cor quasi
ex ratione solet exhortari cum dicit: ✗ In quo
illo vel illo minor es? Cur ergo eis vel
equalis vel superior non es? Quanta vales

✗ Debes maiora appetere, ut quo potestate
valueris multos excedere, eo etiam valeas
et pluribus prodesse. Invidia quoque devictum
cor quasi ex ratione solet exhortari cum dicit.

De radicibus et origine omnium viciorum

3a (?) Et 5 spiritualia, carnalia 2 sunt (?)

De duobus carnalibus viciis

Nove persuasiones oriuntur ex viciis et qualiter quilibet se de viciis excusat.

quo ipsum non valent. Sed quod ergo et ante superiores et etiam equales dicit, ira devictum cor quasi ex ratione solet exhortari cum dicit: Que erga te aguntur equanimiter ferri non possunt, sed ymmo patienter tolerari peccatum est; quia et si ea non cum magna exasperatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulantur. Tristicia quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari cum dicit: Quid habes unde gaudeas, cum tanta mala de proximis portes? Perpende cum quo merore omnia intuenda sunt, qui in cunctis contra te amaritudinis felle vertuntur. Avaricia quoque devictum animum quasi ex ratione solet exhortari cum dicit: Valde sine culpa est quod quedam habenda concupiscis, quia non multiplicari appetis, sed egere pertimescis; et quod male alius retinet, ipse melius expendis. Ventris quoque ingluvies devictum cor quasi ex ratione solet exhortari cum dicit: Ad esum Deus munda omnia condidit, et qui saturari cibo respuit, quid aliud quam muneri concesso contradicit? Luxuria non devictum cor quasi ex ratione solet exhortari cum dicit: Cur te in voluptate tua modo non dilatas, cum quid te sequatur ignoras? Acceptum tempus in desideriis expendere debes, quia quam citius pertranseat nescis. Si enim misceri Deus homines in voluptate coitus nollet, in ipso humani generis exordio masculum et feminam non fecisset. Hec est ducum exhortatio, que dum incaute ad secretum cordis admittitur, familiarius iniqua persuadet. Quam videlicet exhortationem exercitus ululans sequitur, quia infelix anima semel principalibus vitiis capta, dum multiplicatis iniquitatibus ad insaniam vertitur, ferali iam immanitate vastatur.

Sed miles Dei quia sollerter iam providere vitiorum certamina nititur, bellum procul odoratur; quia mala persuadentia quid intenta persuadere valeant, cogitatione sollicita perpendit, exhortationem ducum naris sagacitate deprehendit. Et quia longe prospiciendo subsequentem iniquitatum confusionem conspicit, quasi ululatum exercitus odorando conspicit. Agnoscat igitur quia predicatorem vel quibuslibet spiritalis certaminis predicatorem, mulier describitur, cuius naturam conspicimus, nunc eiusdem iterum mansis significatione videamus. Neque per equum didicimus eius fortitudinem et pene agnoscamus discutis illius contemplationem, quia in descriptam equi magnitudinem audimus contra certamina vitiorum vir sanctus per patientiam tolerat, nunc pennis agnoscamus quomodo per contemplationem volat. Dicitur:

Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum? Quia pannos singulos penna vetere

accipiter nova nascente priuat ac sine intermissione plumescat, pene nullus ignorat. Sed ante hoc illud tempus dicitur quo in nido nescit, qui tenuiter adhuc videlicet pullus ad austrum alas expandere non valet; sed ista anima pluma desertur que lavacri veteri penna renovatur. Et quidem domesticis accipitribus quo melius plumescere debeant munita ac tepentia loca requiruntur. Agrestibus vero mos est, ut flante austro alas expandant, quatenus eorum meatibus ad laxandam pennam veterem venti tepore concalescant. Cum vero ventus deest, ad radium solis expansis alis, percussis tepentem sibi auram faciunt, sicque apertis poris vel veteres exuunt vel nove succrescunt. Ad hoc et accipitrem austro plumescere, nisi quod unusquisque sanctorum actus flatu sancti spiritus concalescit, et usum vetuste conversationis abiciens, novi hominis formam sumit. Cui Paulus admonens dicit: Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum. Et rursum: Licet is qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem. Vetusta autem penna pigritie est immunditia, studia dolose actionis amittere; et nova penna simile est mite ac simpliciter vivendi sensum tenere. Penna itaque veteris conversationis gravat, et pluma nove immutationis sublevat, ut advolanti tanto leviorem quanto noviorem reddat. Et bene autem expandere alas suas ad austrum. Alas quippe nostras ad austrum expandere est, per adventum sancti spiritus confitendo cogitationes aperire, ut iam non libeat defendendo nos tegere, sed accusando publicare. Tunc ergo accipiter plumescit, cum ad austrum alas expandit: quia tunc se unusquisque virtutum pennis induit, cum sancto spiritu cogitationes suas confitendo substernit. Qui enim vetera fatendo non detegit, nova virtutum opera nequaquam producit. Qui nescit lugere quod gerit, non valet proferre quod sublevat. Ipsa namque confessionis vis poros cordis aperit, et plumas virtutum fundit. Cumque se studiose mens de pigra vetustate redarguit, alarum novitate innotescit. Dicatur ergo beato Job: Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum? id est, Numquid electo tu intelligentiam contulisti, ut flatu sancti spiritus cogitationum alas expandat, quatenus alas pondera vetuste conversationis

31

abiciat. et vetustas plumas et usu non
volantes sumat. Ut hinc videlicet colligat 36 ca[pitulum] a
quia vigilanciam sensus interioris ex
se non habet qui hanc ex se conferre aliis
nequaquam valet. Potest etiam plume
accipitrem renovata gentilitas desig-
nari ac si beato Iob aperte diceretur: Sanctus
veteri plumas inutilitatis respuit
et vetustas superbie pennas amittit.
Sequitur. Numquid ad preceptum tuum elevabitur b
aquila et in arduis ponet nidum sibi?
In sacra scriptura sub vocabulo aquile aliquando
maligni spiritus raptores animarum aliquando
presentis seculi potestates aliquando vero vel subti-
lissime sanctorum intelligencie vel in-
carnatus dominus ima celeriter transvolans
et mox summa repetens designatur. Aqui-
larum nomine insidiatores spiritus expri-
muntur Ieremia attestante qui ait: Ve-
lociores fuerunt persecutores nostri aquilis
celi. Persecutores enim nostri aquilis celi
velociores sunt cum tanta contra nos
maligni homines faciunt ut ipsas ae-
reas potestates inventionibus mali preire
videantur. Aquile vocabulo potestas terrena c
figuratur. Unde per Ezechielem prophetam dicitur:
Aquila grandis magnarum alarum lon-
go membrorum ductu plena plumis et
varietate venit ad Libanum et tulit
medullam cedri et summitatem frondium
eius avulsit. Qua videlicet aquila quid aliud
quam Nabuchodonosor rex Babilonie de-
signatur qui pro immensitate exercitus
magnarum alarum per dimensionem extitit lon-
go membrorum ductu pro multitudine vero di-
vitiis plena plumis pro innumeritate
ac terrene glorie compositione plena varie-
tate describitur. Qui venit ad Libanum
et tulit medullam cedri et summitatem fron-
dium eius avulsit quia Iudee celsitudinem
petens nobilitatem regni eius quasi me-
dullam cedri abstulit. Et dum Iudaicam
regum prolem a regni sui culmine
transmigrando sustulit quasi summitatem fron-
dium evulsit. Aquile vocabulo vel subti- d
les sanctorum intelligencie vel volatus dominice
ascensionis exprimitur. Unde idem propheta dum
sub qualitate specie evangelistas quatuor
se vidisse describeret in eis sibi ho-
minis leonis bovis et aquile faciem
apparuisse testatur. Quartum procul dubio
animal Iohannem pariliter signavit qui
volando terram deseruit quia per sub-
tilem intelligenciam interna desideria
mistica verbi videndo penetravit. Cum e
ministro prophete sive ipso quoque Iohannes
in revelatione sua de semetipso disse-
rat: Animal primum simile leoni et
secundum animal simile vitulo et tertium animal habens
faciem quasi hominis et quartum animal simile aquile

volanti. Et quamvis singula ad unum quemque
evangelistam recte conveniant dum alius humane
nativitatis ordinem alius per immundi sacrificii
mactatione quasi vituli mortem alius
per fortitudinem quasi leonis clamorem
fragmenta dissolvunt. Corpus ergo leviathan
istius id est omnis iniqui quia praesumpta per
obstinationem divini sed tamen prompta fragiles

scutis fusilibus comparantur. Cum enim ver-
ba praedicantis audiunt, alta corruptio-
nis iacula se penetrare permittunt quia
cum peccato quod faciunt scutum superbe de-
fensionis obponunt. Nam cum quisque
talium de reatu suo iniquitatis arguitur
non mox cogitat quomodo culpam corrigat
sed statim insidiatorum sue defensionis
obponit. Nulla ergo veritatis sagitta perf-
orantur penetrantur, quia verba suae cor-
reptionis in scuto excipiunt superbe defe(n)-
sionis. Unde bene de Iudeis contra perverso(rum)
tam divini superba defensione timentibus
p(ro)phetam d(icit): Reddes eis vicem domine

iuxta opera manuum suarum. Moxque ean-
dem vicem expressius subdidit dicens: Dabis
eis scutum cordis laborem tuum. Labor
quippe dei apparens inter homines
passibilis eius humanitas fuit, quam in-
dei superbe sapientes dum cernerent
despexerunt, cumque immortalem credere
dedignati sunt quem in natura passibili mor-
tale viderunt. Cumque eius humaniter
conspicerent superbis fastibus adorare
summa circumspicientia sunt, ne eorum men-
tes servi praedicantium verba penetrarent.

Dum ergo eis deus iuxta opera malorum
reddere, dedit eis scutum cordis la-
borem suum, quia ecce in medio in deus illos
contra se superbe obstinatos exhibuit
unde ipse pro nobis in infirmitate labo-
ravit. Repulerunt quippe a se verba
praedicantium, quia dedignati sunt in deo
infirmia passionis laborem conspicere. Dum
contra eundem deum scutum cordis
fuerunt, quia superbe sapientibus eo
despectus apparuit quo pie eos humil-
lis fuit. Hoc scutum sibi iam dudum primus
ille peccator tenuit qui quaerendo quod in
tur lignum vetitum contingisset non ad
se culpam retulit, sed adiutricem quam
deus dederat se accepisse. Ut eae
ne quod reatum suum obliquus mandatorem
reduceret qui ei mulierem dedit,

que talia persuaderet. Hoc scutum eam
mulier requisita tenuit quae neque ipsam
ad se culpam retulit, sed serpentis
illius persuasionibus replicavit dicens: Ser-
pens decepit me et comedi. Ne ipsa
quoque reatum suum obliquus instigatorem
reduceret qui illic in terra serpen-
tem persuasorum talia permisisset. Superbos
non iam non regimen quia ne eius pr(a)e-
cipiebat. Sed ante quorum prima confessa
et scutum nequissime defensionis
contra insurgere impatiens verba persilu-
erunt. Unde nunc usque inusum per
tanta observat ne culpa cum arguitur
defenditur, ne unde sumi reatus de-
buit inde cumuletur. Bene ergo dicitur: Cor-
pus illius quasi scuta fusilia, quia omnes
iniqui ne ad se corrumpentem verba
perveniant quasi contra admissum
iacula scuta defensionis parant.

Cum vero corpus eius adhuc nobis expressius
detegit, deum subiungit: Compactum
est se prementibus squamis. Afferunt
quia draconis corpus squamis tegi-
tur, ne acus iaculatione penetretur.
Iste corpus omne diaboli id est in ultiendo re-
proborum cum de iniquitate sua corripi-
untur quibus valet tergiversationibus se ex-
cusare conatur et quasi quasdam
defensionis squamas obiicit, ne tur-
figi sagitta veritatis possit. Cum sibi
enim deum corripientem peccatum suum magis
excusare appetit, quia deflere quasi
squamis tegitur deum astuuntur pro-
ditoribus gladiis verba iaculantem. Squa-
mas habet et ideo ad cuius praecordia
transmitti in a verbi sagitta non habet.
Divina enim carnali repellitur ne spi-
ritale ei gladius infigatur. Carnalis sa-

Tren. 3

Quique corrigi falso excusationibus se defendit

Clipea vero nos persuasit

incta

pientia contra deum Saulus obdurueat, quem cor eius nulla praedicationis evangelice sagitta penetrabat. Sed postquam forti caelestis increpatione iaculatus est et superno respectu tactus est, lumen quod prius non acceperat amisit, et adamantinam mentem illuminatur, sanguina illuminatione, quia defensionis suae duritia caruit. De eo scriptum est: Ceciderunt tamquam squamae ab oculis eius. Carnalia vero tegumenta cum duritia possederat, et idcirco radios veri luminis non videbat. Sed postquam superbe repugnationis eius victe sunt defensionis squame ceciderunt, quicquid sub eam manibus ab oculis ceciderunt corporis. Sed cum iam subdita increpatione ceciderunt ab oculis cordis, cum eum alte innocentis in caelo confessionis intuentem humilia et penitente corde requirebat dicens: Domine quid me vis facere? Repulsis vero squamis, in ardoribus misericordiae virtutis sagitta pervenerat, quem deposita elatione superbie cum qua impugnaverat deum confitens et quid ageret nesciens requirebat. Intueri libet ubi et pennis iam persecutor ubi Lupus rapax, ecce in ovem iam versus, et qui prius tamquam persecutor, iam pastor, quia sequatur: Ecce non timidi cum dicat quis es domine, non ei adhuc videt: ego sum vinge(n)tem sepius, ego persequar et ego verbum ante seta. Carnia cum similis in carnali duritia corde contrepidabat et cuius humanitatem infirma desperat. De caelo hoc quod contempserat audivit: Ego sum Ihesus Nazarenus quem tu persequeris. Ac si dicat: Vocatione audis designationibus quem me despiciens nullus despicit. Auctorem caeli venisse desperans mortem, exurit quo homine cognoscere de caelo ne tanto mecum aptis sacramenta infirmitatis metiatis quanto tu prudenta intelestibus adorptestentia penis probas. Persequeris in terra nequaquam quia hoc tibi assero quia cum sit a deo sum. Sed illud a me audis quod de me credere dedignaris. Postquam enim deus Ihesus adhuc in expressionem terrene in habitationis subditus Nazarenus velut si aperte diceretur: humilitatem meae infirmitatis suscipe et tuae superbie squamas amitte. Saevdum quippe, et qui iste defensionis squame constringuit pene omne humanum genus, contegit hypocritis tam spiritualiter et tali dolo hominum mentes primitus prius tem culpas suas tanto vehementius confiteri refugiunt quanto et similius inde absolvi lib persistere erubescunt. Correpta itaque satagit simulatio

et malitia detecta deprehensa, squamas obiicit defensionis et vitalem gladium reponit. Unde bene per prophetam contra iudeam dicitur: Ibi cubabit lamia et invenit sibi requiem, ibi habuit foveam herinacius. Per lamiam quippe hypocritae, per herinacium vero malitiosi quique qui se diversis defensionibus contegunt designantur. Lamia enim humanam habere faciem dicitur sed corpus bestiale. Sic omnes hypocritae in prima facie quod ostendunt quasi ratione sanctitatis est, sed bestiale corpus est quod sub ea qui valde iniqua sunt quae sub boni specie molituntur. Herinacii autem nomine malitiosorum mentium defensio designatur, quia herinacius cum apprehenditur eius et caput cernitur et pedes videntur et corpus omne conspicitur. Sed mox ut apprehensus fuerit, semetipsum in speram colligit et intrepesum pedes subtrahit et caput abscondit, et inter tenentis manus totus simul amittitur, qui totus simul ante videbatur. Sic nimirum sic malitiose mentes sunt cum in suis excessibus comprehenduntur. Caput enim herinacii cernitur, quia quo initio ad culpam peccator accesserat videtur. Pedes eius conspiciuntur, quia quibus vestigiis nequitia sit perpetrata agnoscitur. Et tamen adductis repente excusationibus malitiosa mens introrsus pedes colligit, quia cuncta iniquitatis suae vestigia abscondit; caput subtrahit, quia miris defensionibus nec inchoasse se prius aliquid ostendit, et quasi spera in manu tenentis remanet, quia is qui corripit cuncta quae iam cognoverat subito amittens, involutum intra conscientiam peccatorem tenet, et qui totum iam deprehendendo viderat, tortuose responsionis sue defensionis illusus totum pariter ignorat. Foveam ergo herinacius in reprobis habet, quia malitiosa mens sese intus colligens inter tenebras defensionis abscondit. Sed in hoc quod se peccator excusat, in hoc quod caligosis defensionibus abscondit, signum nisi acutum corripientis obnubilat. Dominus nobis sermo etiam quo similibus fulciat ostendit. Sequitur: Una uni coniungitur et ne spiraculum quidem incedit per eas. Iste squamae pertinaciam ne ab ore praedicantium aliquo vite inspiraculo penetrentur et obdurate se coniungunt. Quos enim simul reatus sociat concordi pertinacia etiam defensio perversa construit, ne de facinoribus suis alterna se invicem defensione tueantur sibi. Enim quisque metuit dum attingeri vel corrigi alterum corrigere cernit et idcirco quem corripientem siebra unanimiter assurgit, quia se malorum protegit. Unde et dicitur: una uni coniungitur et ne spiraculum quidem incedit per eas, quia iniquitatibus

Concordia malorum in pravitate

Ecc. 21

Naum 1

Sternutatio unde causatur

sinis dum vicissim superba defensione se
protegunt, sic ex hortationis spiritalis ad se
illatam nullo vulnere penetrantur. Quorum posi-
tam concordiam adhuc apertius subdidit
dicens: Una alteri adhaerebit et tenentes
se nequaquam separabuntur. Qui enim divisi
corrigi poterant, iniquitatum suarum per-
tinacia uniti perdurant; et tanto magis
cotidie a cogitatione iustitiae separabiliores
fiunt, quanto invicem a se nulla correptione
ne separantur. Pravorum sed ecce noxium solet:
si unitas desit bonis, ita perniciosum est
si non desit malis. Perversos quippe uni-
tas corroborat, et tanto magis incorri-
gibiles quanto unanimes facit. De hac
unitate reproborum Salomon dicit: Stuppa col-
lecta synagoga peccantium. De hac et
propheta ait: Sicut spinae invicem se complec-
tuntur, sic convivium reproborum pariter po-
tantium. Convivium namque reproborum est
delectatio temporalis voluptatis, in quo invicem
convivae pariter potant, quia delectationis
suae illecebris se concorditer debriant.
Igitur quia membra Leviathan istius, id est iniquos
omnes, quos dei sermo squamarum compara-
tionibus comparat, ad defensionem suam parata
concordat, unde dicitur: Una alteri adhaerebit
et tenentes se nequaquam separabuntur. Te-
nentes enim se separari nequeunt, quia
ad defensionem suam vicissim constricti se
quo se sibi prorsus similes esse memi-
nerunt. Descripto itaque eius corpore adhuc
per sermonem reducitur, et quid per semetipsum
extremae persecutionis tempore antiquus hostis
exerceat, indicatur. Nam sequitur: Sternu-
tatio eius splendor ignis. Quod melius
exponimus, si prius quomodo sternutatio
agatur indagemus insinuatione.
Quippe inflato a pectore exurgit, quae
cum aptos ad emanandum poros non in-
venit, cerebrum tangit, et congesta per nares
exiens totum caput percussa concutit.
In hoc itaque Leviathan corpore, id est sive
in malignis spiritibus sive in reprobis ho-
minibus, qui illi similitudine iniquitatis in-
haeserunt, quasi inflato surgit a pec-
tore, dum elato se erigit in tumens
sui pravitate, quae velud ad emanandum
poros non invenit, quia in hoc quo contra ius-
tos extollitur, disponente deo quantum appe-
tit praevalere prohibetur. Exsurgens autem
cerebrum tangit et concutit, quia collata elatio
sathanae sensum infirmi mundi arcis per-
cutit et caput turbat, dum ipsum auctorem
malignorum spirituum per quem antiquus hostis
in persecutione fidelium vehementius exci-
tat. Tunc congesta inflato per nares
egreditur, quia tota superbia eius in-
quietis apertae maliciae flatibus demonstra-
tur. Quia ergo sternutatio caput movet

tonitue Leviathan istius sternutatio
vocatur illa eius extrema commotio, qua
damnatum hominem ingredietur et per
ipsum principatur, qui tanta se tunc
virtute commovet, ut, si fieri possit,
etiam electi perturbentur. Tanta signa et
prodigia veniunt, ut miraculorum potestate
quasi quodam igne luminis resplendere
videatur. Quia ergo commoto capite
illius miracula clarescere incipiunt, recte
eius sternutatio splendor ignis vo-
catur. Iusto quod enim quo se ad persequendos
iustos commovet, cum reproborum oculos
signorum virtutibus lucet. Et quia eius
tyrannidi sapientes mundi adhaerere
cordeque consiliis omne quod pravum mo-
liatur extra re subiungit: Et oculi
eius ut palpebrae diluculi. Oculos
quippe qui inhaerentes capiti viam
visionis insinuant, non immerito eius
consiliarios designat, qui dum perversis
machinationibus quae qualiter agenda
sint praevident, malignis eius operationibus
quasi ostensis pedibus iter praebent. Qui recte
palpebris diluculi comparantur. Pal-
pebris quippe diluculi extremas
noctis horas accipimus, in quibus quasi
non ex oculos aperit, dum venturae lu-
cis iam initia ostendit. Praedicantes ergo
scientiam maliciae antichristi perversi consiliis
inhaerentes quasi palpebrae sunt dilu-
culi, quia fidem quam invenerunt
quasi erroris noctem asserunt et ve-
nerationem antichristi quasi mane esse po-
licentur. Spondent enim se tenebras
repellere et vitae lucem ignibus
clarescentibus initiare, quia persuadere quae
nolunt non possunt, nisi exhibeant se me-
liora facturos. Unde hic ipse coluber
in paradiso primis hominibus loquens
in eo quod se melius aliquid praebere
simulavit, quasi diluculi palpebras
aperuit, cum innocentibus mentibus huma-
nitatis ignorantiam reprehendit et
scientiam divinitatis promisit, quasi igno-
rantiae tenebras repellebat, et quasi diu-
nae scientiae diem mane initiabat
dicens: Aperientur oculi vestri et eritis sicut dii sci-
entes bonum et malum. Ita in illo
damnato tunc homine membra eius omnia
palpebris diluculi comparantur, quia
sapientes illius simplicitatem fidei
quasi tristitiae noctis tenebras re-
primunt, et eius signa mendacia quasi
exsurgentis solis radios ostendunt.
Quia Leviathan iste non solum per eos
qui malignis consiliis praesunt praedi-
cat, sed eos quoque ad persequendas
mentes hominum aperit, quia quandoque praedica-
tores suos ad diligendam pravitatem

auditorum corda succendit apte subiungitur: De ore eius lampades procedunt. Quia mentes audientium ad amorem perfidie accendunt. Et unde qui perspiciunt lucent inde procul dubio pro nequicia contenebrantur. Et quasi ipsa superba eorum locutio ardet cum pertinax subinferatur. Sicut teda ignis accense. Recte ypocrisis eorum apte describitur quorum predicatio tedarum igni lampadibusque comparatur. Teda enim cum accenditur odore quidem suave lucet sed lumine obscuro. Ita isti predicatores antichristi quia sanctitatis sibi speciem arrogant sed tamen opera iniquitatis exercent quasi blandum quidem odorem redolent sed nigro quo lucent. Olent enim per simulationem iusticie sed obscure ardent per nequitiam perversitatis. Quorum simulationis malitiam Iohannes in Apocalypsi bene in descriptione comprehendit dicens: Vidi aliam bestiam ascendentem de terra et habebat cornua similia agni et loquebatur ut draco. Priorem quippe bestiam id est antichristum superiori iam descriptione narraverat, post quam etiam hanc aliam bestiam ascendisse dicit quia post eum militando predicatores illius exterena potestate gliscunt. De terra quippe ascendere est terrena gloria superbire. Que habet cornua similia agni quia per ypocrisim simulant eam quam ipse dominus veraciter habuit singularem sibi inesse et sapientiam mentiuntur et vitam. Et quia sub agni specie auditoribus reprobis spiritum draconis virus infundunt recte illic subditur et loquebatur ut draco. Ista ergo bestia predicatorum militando si aperte ut draco loqueretur, similis agno non appareret. Et assumunt agni speciem ut draconis exerceat operationem. Quod hic utrumque per tedarum lampades exprimitur que et obscure ardent per effectum malitie et quasi suave redolent per simulationem vite. Et neque enim estimandum est quod tunc soli antichristi predicatores apparebunt et nunc ab humanis deceptionibus desistunt. Modo namque priusquam perversorum appareat novissimus ipsi vocibus plerique autem moribus predicant. Illi predicatores simulationis illius non sunt qui in sacris ordinibus obtinent fugiere tot desideriis innumeris tenent qui videri student esse quod faciunt sed videri et esse quod agunt. Et electorum mens quanto magis interne luci inheret tanto subtilius quomodo voces antichristi discernere debeat videt. Cum autem et hoc nos spiritualiter agere quotidie corporaliter cernimus nummulariorum os implere. Nam cum minima pa-

rime prius qualitas illius per figuram adextremum non ponderis examinatur ne aut subaurati specie aes lateat. Aut hi qui veracitatem et monete reprobe signa de honestate. Aut qui tamen recte figure et sed hoc non integre pondus levigatum. Cum ergo miraculorum signatorum hominum facta conspicimus residere admonet nos incunctanter quasi nummularii debemus ut prius discernamus examinemus ne subaurati specie servicium oblatet et qui prima intentione agitur in visione palliatur. Tunc et si interioris qualitas approbatur in ipsa mox formule figura querenda. Et si approbat moneta, veris i. antiquis patribus concordat et a bonorum vite similitudine nullo errore viciatur. Cum non et primitivorum qualitas et vita proborum signa cognoscitur restat ut integrum eius pondus exquiratur. Bonum quippe qui per signa et miracula coruscat, si perfectionis similitudinem non habet pensari sollicitate per cautela dispensationis debet ne dum imperfecta res quasi pro perfecta accipitur in accipientem dampna vertatur. Predicatores itaque antichristi quo vera nummismatis qualitate non tenent et in hiis que agunt intentionis recte vim nesciunt quia per hoc non patriam celestem sed culmen glorie temporalis exquirunt, quo admonete signa non discrepant a bonorum operum iustorum iustos prosequendo discordant. Qui iuste integritatis pondus ostendunt quoniam non solum humilitatis perfectionem nequaquam assequi se sed neque ipsam primam eius ianuam contigerunt. Hinc ergo hinc electi cognoscunt quomodo eorum signa despiciant quorum perfecto actu omne quod a prioribus patribus gestum memoratur impugnat. Et ipsi quoque electi dum signa conspiciunt dum contemnentes vita tamen eius miracula perhorrescunt quedam dubietatis nubilum in corde patiuntur quia dum se per prodigia illius malitia elevat in iniustis alienationis visus certior caligat. Unde bene subiungitur: De naribus eius procedit fumus. Sancti quippe acies animo sanciantur. Fumus id est de naribus procedere dicitur quia de miraculorum eius insidiis admonente caligo dubietatis etiam in electorum corde generatur. De leviathan itaque naribus fumus exit quia eius prodigiis mediantibus etiam bonarum mentium oculos temptationis caligo confundit. Tunc namque in electorum cordibus conspectis cinilibus signis obscura cogitatio conglobatur. Unde hoc quod iam superius protulimus Veritatis ore pervenit: Surgent pseudo Christi et pseudo prophete et dabunt signa et prodigia ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Quamvis valde

Apo. 13 — sollertes — Mt. 24

comprehendimus, quo soli qui electi sunt in dubitationem mentis errorem possint. Ad eum si fieri potest quasi ex dubietate subditur, cum quid faciendum sit dubius omnia per formidinem postulat. Sed quia mistorum (electorum) cor de terrenis cogitationibus cingitur et cum eorum conscientia non monetur, hoc una sua veritate compleverit et dicit: Ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Quasi enim iam subterere et in cogitatione turbare. Et protinus: si fieri potest etiam electi subiungitur, quia procul dubio fieri non potest ut in errore plene electi capiantur. Sed ante in hac fumi caligine ipse etiam commotionis fervor exprimitur, cum protinus subinfertur: Sicut olle ferventis atque succense. Velut enim olla fervens est, et unaquaeque cogitationum suarum impetus quasi spumas undarum ardentium sustinens, quas et ignis zeli commovet et ipsa per malitie compressio more olle mentis clausas tenet. Unde Iohannes quoque cum huius bestie signa narraret adiunxit: Ita ut ignem faceret de celo descendere. Ignem quippe de celo descendere est de celestibus electorum animis zeli flammas emanare. Quia ergo leviathan iste aliis non solum serpens sed etiam regulus dicitur, per eos qui in mundi principatibus vel reprobis hominibus principatur, sicut per Ysaiam dicitur: De radice colubri egredietur regulus. Insinuandum nobis summopere est quare regulus perimat, ut aperitione reguli huius nobis malicia apertius innotescat. Regulus namque non morsu perimit, sed flatu consumit. Sepe quoque flatu aera inficiat et quidquid vel positum longe contigerit, ne sola narium inspiratione tabescit. Nunc ergo libet pensare quomodo per hoc quod de naribus eius fumus procedere dicitur, etiam plus quam apertius appareat quod occulte in humanis cordibus fumus pestifere exhalationis operatur. Quia enim, sicut supra diximus, fumo oculorum acies infirmatur, non immerito de eius naribus procedere fumus asseritur, cuius noxiis inspirationibus prava in humanis cordibus cogitationes nascuntur, per que acies mentis obtunditur ne lux interna videatur. Quia enim flatu narium caliginem emittit, qui in reproborum cordibus insidiarum suarum aspirationibus ex amore vite qualis cogerit estum multiplicem cogitationum, quia vanissimas vite presentis curas interiorum hominum mente concatenat. Iste fumus ex eius naribus prodiens aliquando adtrectat etiam electorum oculos tangit. Unde ita quia mentis suae fumum patiebatur propheta cum diceret: Turbatus est in ira oculus meus, huius immutatione premebatur dicens: Cor meum conturbatum est in me, et lumen oculorum meorum non est mecum. Fumus

quippe iste obtundit faciem cordis, quia caliginis sue nubilo serenitatem intime turbat quietis. Cognoscitur non nisi tranquillo corde non potest Deus. Unde per nunc propheta rursum dicitur: Vacate et videte quoniam ego sum Deus. Vacare autem mens non potest, que huius fumi in vindicatione premitur, quia in ea cogitationum terrenarum volumina ex prurientis vite amore glomerantur. Hinc ergo quies a tive hoc fumo amittitur, quia curiarum prurigine cordis oculus dum confunditur tenebratur. Sed fumus iste alias electorum oculos turbat, alias reproborum oculos excecat. Electorum quippe oculus surculum desideriorum fluxum respuit, ne prevalente misera cogitatione densetur. In reproborum vero mentibus quo se licentius pravis cogitationibus colligit, eo ab eis veritatis funditus lumen tollit. Fumus iste reproborum cordibus quot illicita desideria ingerit, quasi per tot ante illos globos intumescit. Et recte fumi globos nominamus, quia cum alii superius evanescunt, alii inferius surgunt. Sic et in cogitatione carnali et si alia praeteritis desideria consumuntur, alia succedunt. Sepe autem mens misera quid iam transierit videt, sed ubi adhuc retineatur non videt. Gaudet de quibusdam vitiis quia subiecta non sit, et peritura ac gemina negligit, quia eorum vice successerunt alia quibus fortasse nequius sauciabitur. Sic quippe fit ut dum alia vitia consumuntur, et ipsa alia succedunt, ab hoc serpente cor reproborum sine intermissione teneatur. Unde bene per Iohel prophetam dicitur: Residuum eruce comedit locusta, et residuum locuste comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo. Expergiscimini et flete. Quid enim per erucam, que toto corpore repit in terra, nisi luxuriam designatur, que cor quod tenet ita polluit ut ad superiora munditie surgere amore non possit. Quid per locustam, que saltibus evolat, nisi inanis gloria exprimitur, que se vanis presumptionibus exaltat. Quid per bruchum, cuius pene totum corpus in ventre colligitur, nisi edendi ingluvies significatur. Quid per rubiginem, que dum tangit incendit, nisi ira innuitur. Residuum eruce locusta comedit, quia sepe dum luxurie vitium a mente recesserit, inanis gloria succendit. Nam quia iam per amorem carnis non sternitur, quasi sancta se ex castitate gloriatur. Et residuum locuste bruchus comedit, quia sepe cum inanis gloria que

Sternutatio electorum.

Apoc. 13.

Ys. 14.

De fumo narium diaboli.

32 capitulum a

Deus sine quiete

Joel.

Eruca, locusta, bruchus, rubigo.

quasi extincta veniebat resistitur
vel nequaquam vel quibuslibet ambitionis desi-
deriis immoderatius indulgetur. Mens
enim nescia tanto atrocius ad quaelibet
ambitum ducitur quanto in illo vel humanae
laudis amore refrenatur. Residuum
bruchi rubigo consumit quia saepe dum
ventris ingluvies per abstinentiam restrin-
gitur vice impatientia acrius dominatur
quae more rubiginis quasi exurendo
messem comedit quia virtuti frugem
impatientiae flamma tabefacit. Dum ergo vici-
is vicia succedunt acrius mentem alia
post devorant dum alia relinquunt. Be-
ne autem illic subditur: Expergiscimini ebrii
et flete. Ebrii quippe vocati sunt qui mun-
di huius amore confusi mala non sen-
tiunt quae patiuntur. Unde et ergo dicitur
expergiscimini et flete. nisi semper in tanta insen-
sibilitate evenit et in debita sanitate cordis
tot sibi succedentibus viciorum pestibus
obviantibus lamentis obviate. Per tot
igitur globos de leviathan naribus fumus
surgit per quot minutorum pestes strin-
gentis cordis corporibus occulta aspiratione con-
sumit. Longum fumum sollicite dum ex-
surgit cum illico subiungit. Sicut olle suc-
cense atque fervente. Olla enim suc-
cenditur cum mens humana maligni
hostis suasionibus instigatur. Olla autem
fervet cum per consensum iam etiam in de-
sideriis prave persuasionis accenditur
et tot undas quasi fervendo iacit per
quot se nequicias usque ad deteriora
opera extendit. Hinc namque carnalis
concupiscentie olle fervore ex leviathan
fumo venientem propheta prospexerat cum
dicebat: Ollam succensam ego video
et faciem eius a facie aquilonis. Aqui-
lonis enim facie olla succenditur cum
per instigationem adversarii spiritus mens illi-
citis desideriis inflammatur. Ipse namque
qui ait: Sedebo in monte testamenti in
lateribus aquilonis, mentem quam
saepe ceperit malignus persuasionis
sue spiritibus flatibus quasi suppositis
ignibus accendit quatenus non contentis
temporalibus indesinenter per desideria
estuet ut alia contempnendo appetat
alia adepta contempnat ut nunc suis
compendiis inhiet nunc alienis con-
modis etiam cum proprio detrimento
contradicat nunc carnis illecebris satisfa-
ciat nunc quasi in quodam culmine
per cogitationis superbiam rapta cunctis
curae praepositam totam se in typo e-
lationis attollat. Quia ergo tot per
varia desideria ducitur quot instiga-
tione sathane leviathan usque inflam-
matur recte eius fumus succense et fer-

venti olle similis esse perhibetur quia per tot
se fervores afflatu eius temptationibus
concitata erigit per quot inter se cogitatio-
nes intumescit. Quod verbis aliis ad-
huc virtutis apertius exequitur cum subiungitur:
Halitus eius prunas ardere facit. Quid
enim prunas nisi succensis iniquitatis con-
cupiscentiis reproborum hominum mentes
appellat? Ardent enim cum quibuslibet temporalia ap-
petunt quia nimirum urunt desideria
quae quietum vel integrum esse animum non
permittunt. Totiens igitur leviathan halitus
prunas accendit quoties eius occulta
suggestio humanas mentes ad delectatio-
nes illicitas pertrahit. Alias itaque super-
bie alias invidie alias luxurie alias ava-
ricie flatibus inflammat. Superbia quippe
face mentem Eve supposuit cum hanc ad
contempnenda verba dominice iussionis insti-
gavit. Invidie quoque flamma Cain animum
succendit cum de accepto sacrificio doluit
et per hoc usque ad fratricidii facinus pervenit.
Luxurie face cor Salomonis exussit
qui tanto mulieribus amore subdi-
dit ut usque ad ydolorum venerationem
pertractus dum carnis delectationem sequeretur
conditoris reverentiam oblivisceretur. Ava-
ricie quoque igne Achab animum con-
cremavit cum eum ad appetendam alienam
vineam impatientibus desideriis impulit
et per hoc usque ad reatum homicidii perduxit.
Tanto igitur leviathan halitus alias in prunis
flat quanto admissu suggestionis occul-
te humanas mentes ad illicita inflam-
mat. Unde mox bene subditur: Et flamma de
ore eius egreditur. Flamma quippe
oris eius est ipsa instigatio occulte
locutionis. Prave enim suasionis verba
admovens cuiusque animum stringit. Si flamma
et non de ore eius egreditur quia ardet
in desideriis animus cum eius suggestio-
nibus instigatur. Hec totiens sug-
gerit. Hec usque ad perfinem vite terminum
suggerere non desistit. Et nunc neque
cunctatur cum plurimum dampnatum hominem ve-
niens in huius mundi gloria apertius se osten-
tat. Nunc aliquis naribus fumus vastior
procedit quia humana corda signorum eius
admirationibus tincta amplior instiga-
tio pervertit. Nunc eius halitus ardere vehemen-
tius prunas facit quia reproborum
mentes quas iam calentes a more
glorie temporalis invenerit sugge-
stionis sue flatibus usque ad nequitiam
extendere cum delectat incendit. Nunc
de ore eius flamma egreditur quia quid-
quid predicatores suos loqui
igneis et quo infructuosa ligna consu-
mantur. Igne autem terrente quamvis cor-
mens tangatur qui nequaquam se persona

gen. 3.
gen. 4.
3 Reg. 11.
3 Reg. 21.
Flamma egreditur de ore dyaboli

i. cor. 3.

metalla concupiscunt. Cum igitur oris eius non vult flamma affici iuxta veritatem doctoris non ligna non fenum non stipula sed aurum et argentum et preciosi lapides tunc inveniuntur quia ignis suasionis eius tanto amplius incendit quanto se ei ad succendendum mollior quisque prebuerit. Sed quia nulla tunc conceditur ut mens in hac corruptibili carne posita nequicie suasionis ardore tangatur restat ut malignis flatibus adusta orationis ope se sine cessatione queratur. Flamma quippe suggestionis eius extinguitur aqua unda lacrimarum.

Quia ex hoc mundo corporis gerimus universitatis terminum exerci qua nos simus parte pensemus. Cuius quippe qualis sit mundi finis agnoscimus si sollicite aspicimus hoc quod de mundo gestimus. Etas enim nostra per iuveniles annos roboratur viget extendi atque crebrescentibus morbis exagitur et dum diucius ascenditur ut subsistat moriendo nitet cotidie deficiat per momenta vivendi. Ita et mundi tempore decurrentibus annis angetur crebrescentibus malis afficitur et unde etatis augmentum percipit inde salutis dispendium sentit. Tribulationes namque isti temporibus crescunt et decrementum vite debilior tolerat quo quasi ad mortem propinquior durat. Hoc enim quod ipse antiquus hostis viribus solvitur qui quamvis iam nunc interitus pro quo superbe conditionis beatitudinem amisit. Tunc tamen plenius extinguatur cum accepta illi licencia abstracta mentis incendiis religatur. Unde extrema mundi actionis tempestatibus agreditur quia tanto fit ferventior ad seviciam quanto se vicinitatem sentit ad penam. Considerit quippe quod in morte sit ut licentiam nequissime libertatis amittat et quanto brevitate temporis angustatur tanto in multiplicata crudelitate expanditur.

Apoc. 12. d

Sicut de illo voce angelica ad Iohannem dicitur: Ve terre et mari quia descendit dyabolus ad vos habens iram magnam sciens quia modicum tempus habet. Tunc ergo in magnitudine furorem se dilatat ne qui in beatitudine stare non potuit in dampnationis sue foveam tunc penam trahat. Tunc quidem nequiter valuerit talibus exquirit. Tunc cervicem superbie altius erigit et per dampnacionem istam que gestat hominem omne quod temporaliter prevalet nequiter ostendit. Unde divina voce recte nunc dicitur: In collo eius morabitur fortitudo. Quid enim collo leviathan istius nisi elationis extensio designatur. Quia contra deum se eriget tamen simulatione se fictum etiam timore premitur extollitur. Quia enim per collum superbia exprimitur per semetipsas ypsa testatur. Quia excelse filias redarguit dicens quia ambulaverunt extento collo. In collo ergo leviathan istius fortitudo morabitur quia elationi illius cuncta subiecta potentia suffragatur. Nam cum quidquid tunc superbe extollitur quicquid tam inde machinatur et quibus ubique potentie secularis exquiritur. Quia Daniel intuens ait: Dolus in manu eius dirigetur. Dolus quippe in manu eius et fraus in virtute quia omne quod nequiter voluit hoc adhuc exequi etiam fortiter prevalet. Dolus non eius dirigi dicitur quia fraudis eius malicia nulla difficultate preditur. Hoc enim leviathan iste ut vasa eius habere crebro premium solent quod adimpleat sua cuncti eius neget appetitui explere nequius posse. Iam enim fortasse infirmante elata atque in desideriis illiciter tunc. In hoc plerumque dum minoris manum retinentur quod voluntatis nisi terminos effectus inveniunt. Cumque eorum voces valida gravitatis nasceretur plerumque opera impossibilitate coartantur. Et miro ac interno dispensationis ordine per generationem inimico male volentibus voluntas suis tunc per infirmitatem profecto denegatur. Hinc etenim quod sub specie unius cuiusque anime demonstratur Iudea atque impravis voluntatibus contendente per prophetam dominus dicit: Ecce

Dan.

b

ego sepiam viam tuam spinis et sepiam eam maceria et semitas suas non inveniet et sequetur amatores suos et non apprehendet eos et queret eos et non inveniet. Et dicet: vadam et revertar ad virum meum priorem quia michi bene erat tunc magis quam nunc. Spinis enim electorum me sepiuntur cum dolorum punctiones inveniuntur in hoc quod temporaliter concupiscunt et quasi interposita maceria viis eorum obviat quorum minutur desiderata perfectionis difficultatis impugnat. Horum profecto anime amatores suos querunt et non inveniunt dum spiritus malignos sue nequicie eos quos appetunt hinc secularis voluptates apprehendunt. Bene autem subditur quod exempla

Osee.

difficultate mox dicit Vadam et venerunt ad virum meum postrem quia michi bene erat tunc magis quam nunc. Post quippe vir dus et qui castam sibi animam sanctam spe interposito amore co iungit. Etenim tunc mens unigenitum eius desiderat cum multiplices amatricandi nec nesciit quasdam spinas in vete meis delectationibus quas tpaliter co rupiscit. Scdam dum adversitatibus mundi quem diligit morderi anima cepit. tunc plenius intelligit quantum ipsi cum priore viro melius fuit. Eos ergo quos voluntas prava pervertit plerumque adversitas corrigit. Unde et minus tunc dum et ne sequantur prospera dum desiderantur munistra quia difficilius malum corrigitur qui prosperis etiam prosperitate fulcitur. Leviathan itaque iste qui cum membris suis arcenis et macabus depinatur et dolus in manu eius dirigetur et fortitudo in collo eius demorabitur quia hoc quod tpaliter perversi quae bonos voluntate desiderant perversiore fallacie consummat et tanto ei de adversitate nymia nil obstat. quanto ei imposterum de prosperitate nil remanet. Et quia omnes qui perversis moribus amicus eius in no tescunt prius veras mentis divicias amittunt apte subiungitur. Et faciem eius precedit egestas. Per faciem quippe solet notitia designari. Sciendum vero est quod egestas in scriptura sacra quo aliter electorum premit atque aliter reproborum. Egestas namque electorum et cum rerum divitie celestis patrie careant animum redemerunt et in hoc exilio se perpetue vite exilio positi pauperes se esse meminerunt. Aditias quippe divicias sine cessatione suspirant de quibus paulus dicit Ut sciatis que sit spes vocationis eius et que divitie glorie hereditatis eius in sanctis. Et qui adhuc eas nequaquam conspiciunt sen diose interim in exemplo istius paupertatis gemunt. Hanc procul dubio paupertatem Jeremias inspexerat cum dicebat Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. Virga enim indignationis dei est percussio districtionis qua indignationem homo tunc pertulit cum ex paradyso pulsus veras in terni gaudii divicias amisit. Et quo electi quique incessanter conspiciunt quod in pane vite penuria ab illa preter ingenite facultate ceciderunt. Unde dicitur Ego vir videns penuriam meam. Et ..is est enim hic ad hunc visibilia appetit peregrinationis

sive mali non intelligit et hoc ipsum videre quod patitur nescit. Hac paupertate moriens david propheta ait. In paupertate infirmata est virtus mea. In paupertate enim virtus infirmatur dei quia lapsus in hac peregrinatione animus et corruptionis sive molestiis reverberatus hoc quod perdidit contemplari prevaluit. Et hanc paupertatem reprobi considerare nesciunt quia dum sentiunt ea que conspiciunt considerare invisibilia negligunt que perdiderunt. Unde et egestas eorum proprie dicitur quia dum replentur viciis deserunt divicias vacuantur. Ta...nibus sepe eveniunt ne per elationis dementiam sublevati dum nequaquam nimie sive dampna considerant esse se eam ab omnibus actibus inopes non agnoscunt. Unde voce angeli predicatori laodicie dicitur quod dicis quia dives sum et locupletatus et nullius egeo et nescis quia tu es miser et miserabilis pauper et cecus et nudus. Quasi divitem se asserit qui pro arrogantia suam extollit. Sed pauper et cecus et nudus arguitur. Pauper utique quia veram divicias non habet. Cecus quia nec paupertatem quam patitur videt. Nudus quia primam stolam perdidit. Sed peius est quia nec se per didisse cognoscit. Quia igitur dicimus egestas reproborum et defraudatio interiorum de leviathan dicitur Faciem eius precedit egestas. Nemo quippe cognitori eius iungitur nisi prius eum bonas cogitationes subtrahit et tunc eis apertiore notitia iungitur sive infundit. Egestas ergo faciem eius precedere dicitur. Quia prius facultas virium perditur. Ut quo post familiaritatem proprius modum eius notitia cognoscitur. Vel certe quia multos ita fraudulenter subrepit ut ab eis deprehendi nequaquam possit et sic eorum virtutes evacuat. quatinus astutie sive malicia non ostendat. Faciem eius egestas prius prohibet de se aperte dicitur. Quia enim insidians temptat prius spoliat videatur spoliat hic est enim quod de effraym per prophetam dicitur Comederunt alieni robur eius et ipse ignoravit. Alieni quippe apostate spiritus intelligi solent qui robur come dunt cum virtutem mentis pervertendo consumunt. Et effraym pertulit et nescivit quod temptatione malignorum spirituum et robur animi perdidit et hoc ipsum quia perdidit non intellexit. Leviathan ergo faciem egestas antecedit quia negligentum mentes ante temptando spoliat quia eius insidias is qui temptatur agnoscit. Per hoc ergo quod dicitur est. In collo eius morabitur fortitudo virtus violentie ostenditur. Per hoc vero quod subditur Et faciem eius precedit

Adversitas [illegible] mundo

Apoc. 2.

pauper nudus et cecus quis est

Astucia dyaboli intemptando quosdam.

Ze. a

Ecclesia est in temporalibus aucta in spiritualibus diminuta

egestas fraudis subtilitas designatur. Quamvis de eo quod eius faciem egestatem precedit agnoscimus, summopere aliud quod tamen eius exponamus. Terribili quippe hoc ordine dispositionis occulte prius quam leviathan iste in illo dampnato homine quem assumit appareat, sancte ecclesie signa virtutum subtrahuntur. Nam prophetia absconditur, curationum gratia aufertur, prolixioris abstinentie virtus imminuitur, doctrine verba conticescunt, miraculorum prodigia tolluntur. Que quidem superna dispensatione funditus non subtrahit. Sed non hec sicut prioribus temporibus multipliciter ostendit. Sed tamen mira dispensatione agitur, ut una exire simul divina pietas et iusticia compleatur. Dum enim subtractis signorum virtutibus sancta ecclesia velud abiectior apparet, bonorum premium crescit, quia illam pro spe celestium et non pro presentanea signa venerantur. Et malorum mens contra illam citius ostenditur, qui sequi que promittit invisibilia negligunt, dum signis visibilibus continentur. Dum igitur humilitas fidelium multitudine et manifestatione signorum quasi destituitur, tribulationis dispensationis examine inde bonis merita largitur, unde malis iusta ira cumulatur. Quia ergo leviathan iste perspicua manifestus et conspicuus veniat, ex magna parte in sancta ecclesia signa virtutum cessante, recte nunc dicitur faciem eius precedit egestas. Ante enim a fidelibus miraculorum divitie subtrahuntur et tunc contra eos antiquus ille aperta prodigia hostis ostendit, ut quo ipse per signa extollitur eo a fidelibus sine signis robustius humilibusque vincatur. Quamvis etiam fidelibus in eius certamine signa non deerunt, sed tanta erunt illius ut modo vel pauca vel nulla videantur. Ordo minor virtus omnibus signis fit, potior tunc omne quod adversarius fieri tribulatio conspiciat, permittit constantie calcem premunt. Sed malignus hostis tanto contra eos ardore immanitatis se exhibet, quanto se despectum etiam clarescentibus miraculis dolet. Totum ergo se in eorum interitum colligit, cunctosque reprobos in nece fidelium unanimi crudelitate coniungit. Sententia sua tanto robustius exercet quanto et in eis que perverse agere appetit nulla sibi sui corporis membra discordant. Unde et recte subiungitur: Membra carnium eius coherentia sibi. Carnes enim leviathan huius sunt omnes reprobi, qui ad mortalitatem spiritalis patrie per desiderium non assurgunt. Membra non sunt carnium sed qui eius perverse agentibus et sese adiungentem

precedentibus coniunguntur sed coniunguntur per paulum dicente: Corpus Christi. Vos estis corpus Christi et membra de membro. Aliud quidem est membrum corporis, aliud membrorum membrum. Membra quippe corporis sunt ad totum membra non membri. Et particula ad partem membra namque membri, ut digiti ad manum, manus ad brachium. Membra non eius corporis hoc totum simul ad corpus universum. Sed quia in spirituali domino corpore membra de membro dicimus eos qui in eis etiam ab aliis reguntur, ita nulla leviathan istius reprobi congruere membra sunt carnium qui iniquo opere quodam se necessitatibus coniungunt. Sed quia malignus hostis sibi universo opere reprobus usque ad extremam concordat, divinus sermo membra carnium sibimet coherentia memorat. Sic namque perversa unanimiter sentiunt ut nulla quasi se vicissim dispensatione dividant. Nulla tunc eos diversitas alterutro scindit. Et ideo contra bonos vehementer prevalent, quia se in malo concordiorem tenent. Sic enim iam supra diximus, ut pernitiosum est si unitas desit bonis, ita pernitiosius si non desit malis. Reproborum quippe unitas bonorum viam tanto durius impedit quanto se ei per collectionem durior obponit. Hanc unitatem reproborum pernitiosam sibi paulus conspexerat cum in medio saduceorum phariseorumque comprehensus dicebat: De spe et resurrectione mortuorum ego iudicor. Cumque minimum voce parvula per ipsius contra se vicissim audientium turba dissolvitur. Cumque in duas partes simultaneam multitudo dividitur, paulo via ereptionis aperitur. Quia quem concors prosequentium unitas constrinxerat, divisa laxabat. Cumque et cum iusti dum dividuntur iniusti et electorum vota ad perfectionem perveniunt. Dum reproborum agmina per discordiam confunduntur. Quod bene etiam maris rubri scissione signatur. Dum in duas partes unda dividitur, electo populo ad terram repromissionis iter ostenditur. Quia dum malorum unitas scinditur bone mentes ad hoc quod appetunt perducuntur. Si malorum unitas noxia non fuisset, nequaquam divina providentia superbientium linguas in tanta diversitate dissipasset. Si malorum unitas noxia non fuisset, de sanctis ecclesie hostibus psalmista non diceret: Precipita domine et divide linguas eorum. Igitur quia leviathan iste tunc contra electos dei in suis viribus effrenatur, ad augmentum sue malitie universos quoque in

temporibus haereticae permittitur, ut tanto contra
nos robustius vires suas exerceat,
quanto non solum nos iam fortitudinis
sed mole etiam admirationis impugnat.
Sed quamvis ista sufficiat quae mentis
constantiae elationis et compagis pon-
dera non ab ipsa cogitationum radice
convincat. Sed quia trepidare nos
perfectiores conspicit, protinus divina cle-
mentia quid praemunitam faciat ad-
iungit. Nam sequitur: Mittet contra eum ful-
mina, et ad locum alium non ferentur. Quid
appellatione fulminum nisi tremendae
illae extremi iudicii sententiae designantur?
Quae ideo fulmina vocantur, quia nimi-
rum eos quos feriunt in perpetuum in-
cendunt. Fulmina namque super perditum
venire conspexerat cum dicebat: Quem
Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui et
destruet illustratione adventus sui.
Contra eum ergo mittuntur fulmina, et ad lo-
cum alium non feruntur, quia iustis gau-
dentibus solos tunc reprobos feriunt.
Nam per decursum vitae praesentis nunc
triticum sub paleis gemit, ita in illo
extremi iudicii ventilabro nunc triticum
paleasque discernit, ut nec in triticum hor-
rei paleae transeant, nec in palearum
ignem horrei grana dilabantur. Ista
ergo fulmina locum alium nequaquam tan-
gunt, quia videlicet igne suo non grana sed pa-
leas incendunt. Sed quia Leviathan
istum poena tormenti infirmat dum
subiungit: Cor eius indurabitur quasi
lapis. Cor enim antiqui hostis ut lapis
induratur, quia nulla umquam conversione
paenitentiae mollietur, qui qualibet ictibus ae-
ternae ultionis aperitur, ut perennis
subinferatur: Et stringetur quasi mallea-
toris incus. Incus quoque malleator
sub crebris percussionibus perstringit. Ad hoc
namque incus sternitur, ut crebris ictibus
feriatur. Leviathan ergo ut mallea-
toris ictibus stringitur, quia inferni vin-
culis coarctabitur, ut aeternis suppliciis con-
tinua percussione tundatur, qui modo
quoque per nutus dum iniustis illos insidi-
is quoque vigilanter et doloribus tha-
besceret, satiatur. Incus quoque ante
alia vasa formantur, ipsa non tot per-
cussionibus in vas aliud non transfertur.
Velut ergo Leviathan iste mundi operatio
et quia nos illo perquirit conformari, per-
dit et semper peccat, et in vase nihilomi-
nus innatur. Etenim illa percussionibus relin-
quitur, et nos summi artificis manu
eius temptatione percussi pollimur quasi vascu-
la formata transimus. Ipse vero cum
tundimur ut admissum domus summae
veniamus, ipse non quasi incus stringitur.

quia et si nunc temptando mundum terit,
in inferno tunc positus iam subiectus sine
ne vagatur. Sequitur: Cum sublatus fuerit
timebunt angeli et territi purgabuntur.
Scriptura sacra iam nonnumquam quae praeterita
futuraque permiscet, ut aliquando futura pro
praeteritis, aliquando vero utraque praeterita pro futuris. Futura
namque pro praeterito utitur, cum per Iohannem mulier
peperisse masculum qui recturus esset gentes in
virga demonstratur. Cum quia incarnato Do-
mino veniente iam tunc factum fuerat,
res gesta nuntiabatur. Rursum praeterito
utitur pro futuro, cum per prophetam Dominus loquitur dicens:
Foderunt manus meas et pedes meos et di-
numeraverunt omnia ossa mea. Verbis species dominicae passi-
onis quasi iam transacta scribitur. Sed tunc
adhuc longe posita futura nuntiatur.
Hoc ergo loco quod dicitur: Cum sublatus fuerit
timebunt angeli, nil obstat intelligi
quod subsecuturi quoque non praeterita descri-
buntur. Hic vero intelligentiae sensum
relinquimus, si credamus Leviathan istum
a certae beatitudinis culmine in ruina
eius etiam electos angelos expavisse,
ut cum iste exiliorum numero superbiae
lapsus caderet, illos ad robustius stan-
dum timor ipse solidaret. Unde subditur: Et
territi purgabuntur. Purgati enim sunt quia
immundis istis cum reprobis legionibus
exeuntibus soli in caelestibus sedibus quo beatius
in aeternum viverent remanserunt. Huius
itaque lapsus eos et terruit et purgavit;
terruit ne conditorem suum superbe despi-
ceret; purgavit vero eos, quia exeuntibus
reprobis actum est ut electi soli remane-
rent. Et quia auctor omnium et opifex Deus sic ad
bonorum custodiam bene utitur et mala ac-
tione reproborum lapsum ordinat ubi nec
imperfectum manentium, et unde primitiva
est culpa superbientium, inde humilibus
angelis et munimenta et solidata sunt augmen-
ta meritorum. Isti namque cadentibus illis in
munere dicati sunt, ut cadere omnino non possint.
Sed enim angeli dum ipsi non sua dam-
na conspiciunt, perseverantes iam caventes
robustiusque consistunt. Unde sic auctore
rerum Deo cuncta mirabiliter ordinante,
ut illi electorum summum pacis caelestis
etiam nunc sine damno proficiat, dum
ipse firmius constructa est, unde fuerat
ex parte destructa. Sed quia saepe scrip-
tura sacra praedicatores etiam sanctos, quod
gloriam patriae caelestis annuntiant, ange-
lorum nomine solet designare, possumus
hoc loco angelos etiam sanctos praedica-
tores accipere. Hinc est enim quod Iohannes
in Apocalypsi septem ecclesiis scribens
angelis ecclesiarum loquitur, id est praedicatoribus
populorum. Hinc propheta ait: Et angeli pacis
amare flebunt. Hinc rursum Malachias

Apoc. 12
Casus peruersorum iustos confirmat
Angeli sancti confirmati sunt ipsorum casu
Apoc. 2
Ys. 33
Malach. 2

ad ipsa loquitur dicens Labia sacerdotis cus-
todiunt scientiam et legem requirent de ore eius
quia angelus domini exercituum est. Hinc Paulus ait
Magnum est sacramentum pietatis quod mani-
festatum est in carne iustificatum est in spiritu
apparuit angelis predicatum est gentibus credi-
tum est in mundo assumptum est in gloria. Cum
dispensationis mysterium pergens ap-
paruisse angelis dixit predicatum est gentibus
subdidit. Profecto angelorum nomine predicatores
sanctos id est veritatis nuntios designavit.
Cum ergo hic quoque dicitur Cum sublatus fuerit timebunt
angeli et territi purgabuntur, ad futurum
tempus refertur adveniente districto iudi-
cio extrema huic leviathan istius dampnatio
designatur qui de hoc mundi principatum in-
dicis tollitur qui nunc mira mansuetu-
dinis longanimitate toleratur. Tanto
autem tunc ponderis terror exprimitur ut san-
ctorum etiam predicatorum fortitudo turbetur.
Cum enim sublatus fuerit timebunt ange-
li quia tam districti turbine examinis hi qui
incorruptibilis regni poterunt in mensa terrore
concussi etiam sine parte metum commiscent.
Quamvis enim fortes sint electi perfecta
adhuc tamen quia in carne sunt positi non
sine metu tanti terroris turbine illa for-
midine quatiuntur. Sed tunc leviathan iste pa-
titur cum quia omnia in eius interitum ele-
menta quatiuntur. Predicatores sanctos quos-
dam divinus adhuc in suis corporibus
illud tempus invenerit spes de regni per-
cipiendi letificat et terminus infirmitatis
de ira oppressione perturbat. Erit ergo in eis
aliquo tremor leti et timor securus
quia et celesti regno se remunerari cer-
tos et presentis metu turbinis presentis
instrumentis concutiuntur. Consideremus
ergo quomodo tunc iniquorum gesta tonatur
qui etiam vim iustorum terrebat. Hii quoque ode-
runt adventum iudicis qui faciunt scelero-
rem tunc iudicii etiam qui diligunt ex-
pavescunt. Et quia iustis predicatoribus
hoc pavore excogitur si qua eis inesse
potuit leviter rubigo vitiorum. Postquam
cum sublatus fuerit timebunt angeli
apte mox subdidit. Et territi purgabuntur.
Sed quia leviathan istius sine regionum
interim prius quanta pene quid agit
indicatur. Cum apprehenderit eum gla-
dius subsistere non poterit neque ha-
sta neque torax. In scriptura sacra aliquando
per gladium sancta predicatio aliquando eterna
dampnatio alias tribulatio qualis aliquando
antiqui hostis ira vel persuasio designatur.
Gladius enim sancta predicatio ponitur sicut
ait apostolus Et gladium spiritus quod est verbum
dei. Gladii nomine eterna dampnatio desig-
natur sicut predicatur sicut scriptum est

Et in illa pluralitate sunt filii eius in gladio
erunt qui quantalibet hic in imme-
rositate germinent. Gladius enim tribu-
latio qualis accipitur Et tamen ipsius ani-
mam pertransibit gladius. Rursum per gladium
ira vel persuasio maligni hostis expri-
mitur sicut psalmista ait Qui liberasti
David servum tuum de gladio ma-
ligno. Benignus quippe sancte predica-
tionis est gladius quo perimimur ut
culpa moriamur. Malignus vero est dia-
bolice persuasionis gladius quo male
quisque perimitur ut anima vitalis ex-
tinguatur. Antiquus ergo hostis gladius ille
et dampnatus homo in usum missus sui
assumpsit. Ipsum quippe per maliciam fraudis
creavit et infirmorum corda transfigit.
Nunc ergo leviathan gladius apprehendet
eum cum sinus dampnatus homo suscep-
it. Et autem gladii nomine eius ira signa-
tur non apprehendere gladium sed gladio
apprehendi describitur. Iniuria quippe tunc
insania vertitur ut dictam omnibus appe-
tens nequaquam sive ire ducatur. Nos
namque cum iram in usum iusticie assumimus
gladium tenemus quia eam subsequentem
iudicii possidendo moderamur. Ille ac
quia perabrupta foris rapitur non appre-
hendere gladium sed a gladio apprehen-
di perhibetur. Non enim iram possidens
tenet sed ab ira semper tenetur. Om-
nibus autem liquet quia hastam adversari-
um penetramus thorace non ab adversario
nimium per hastam vulnera inferimus
per thoracem tegimur ne vulneremur. Quid
vero per hastam nisi predicationis iaculum
quid per thoracem nisi fortitudo patientie
designatur. Leviathan ergo iste qui pas-
sim perpetua reprobi hominem nimia omnino
de crudelitate efferatur, apprehendi
gladio dicitur. Nam predictos eos subsequentes quid
quid nequiter potest. Et neque hasta
neque torax subsistere poterit. Quia
antichristus veniens cunctos valde appa-
rebit ut si super adventum defic-
et predicantium acumen obtundit et
longanimitatis patientiam defatigat.
Nisi enim iustorum vicium supina pre-
valet non subsistit hasta quia predi-
catorum vires franguntur non subsistet
torax quia constantium patientia disrupta
penetratione et subditur. Reputa-
bit enim ut paleas ferrum et quasi lignum
putredinum es quia supra hasta dixit hic
inferius ferri appellatione replicatur.
Et quia torace pertulit hic iusti eris
quoque et nomine signatur. Ferrum namque
acuitur ut adversarius vulneretur
es autem rubigine pene nulla consumitur.

p.o. ad thy. 2

Etiam timebunt etiam diem iudicii

Gladius dupliciter accipitur in scriptura

Ad ephe. 6

Job 2a.

ferro quod praedicatoris iacula, ere autem longanimitatis constantia designatur. Unde et sub asser specie de sancta ecclesia per moysen dicitur: Ferrum et es calciamentum eius. Calciamentum quippe instrumentum ministerii praedicationis accipitur, sicut scriptum est: Et calciati pedes in praeparatione evangelii pacis. Ferrum ergo perferarum vires, per es vero perseverantia exprimitur. Ferrum et es calciamentum eius dicitur, dum praedicatio illius acumine simul et constantia munitur. Per ferrum enim mala adversitatis penetrat, per es autem bona que proposuit longanimiter servat. Et enim iis perfecto perseverantiam illic apertius insinuat dicens: Sicut dies iuventutis tue, ita erit et senectus illius. Sed leviathan iste qui illum gladium quem sibi eloquia antiquorum vocant execratione sue iniquitatis assumpsit, et ferrum velud paleas et es velud lignum putridum reputabit, quia in dominatione protegit et praedicantium vires velut paleas nequitie sue igne consumet, et patientium constantiam quasi lignum putridum in pulverem redigit. Deinde ergo ferri et eris fortitudo deficit, dum per violentiam venturi eius illius et praedicationis sensus obtunditur et patientiae longanimitas dissipatur. Nisi enim electos suos speciali tunc divina roboraret, ubi tunc infirmi erunt, si fortes velut palee reputantur. Quod tunc leviathan iste de paleis faciet, si ferrum quasi paleas reputabit? Quid de putridis lignis acturus sit, si quasi putridum lignum eris fortitudinem solvit? Sed quia multi sunt qui dum sunt vibus ferrum se vel es esse putant, et illo tunc tribulationis igne paleas se esse deprehendunt. Et quia multi qui prius infirmi se paleam esse se paleas inveniunt, perdimum adiutorium fulti inferri atque eris soliditate roborantur, ne contra adversantem sint tanto magis indeo fortes sint quanto se amplius infirmos esse meminerint. Sed quanto altius behemoth iste contra electos dei pinnacula erigit, tanto contra eum electi quoque vehementius admonitionis sue verba constringunt. Cum tamen ita reproborum mentes possidet, ut cui male confessi vitae iniquitate delinquat. Unde et subditur: Non fugabit eum vir sagittarius. Quid enim sagittas nisi verba praedicatoris accipimus, que dum ex voce bene viventium diriguntur, audientium corda transfigunt. Unde sagittas

gitti sunt etiam percussa fuerat, que diabolus vulneratum cantaverit: Ego sum de his sagittis, psalmiste voce narratur: Sagitte parvulorum facte sunt plage eorum, quia salutaria verba simplicium penetraverunt animos superborum. De his sagittis veniente pugnatori dicitur: Sagitte tue acute potentissime, populi sub te cadent in corda inimicorum regis. Vir itaque sagittarius qui per sanctae intentionis arcum audientium cordibus verba sancte exhortationis infigit. Sed quia leviathan iste verba praedicantium despiciat et in reproborum mentibus male suadendo momorderit, divinus interea iacula eius omnimodo non relinquit. Recte dicitur: Non fugabit eum vir sagittarius, ac si aperte dicatur: De reproborum cordibus eum sancti praedicatores sagittis non excutiunt, quia quibus ab eo deprehenduntur, verba iam praedicantium audire contempnunt. Unde bene per prophetam praecedentibus meritis de his quos in manum antiqui hostis deseruit per prophetam dicitur: Immittam vobis serpentes regulos quibus non est incantatio. Ac si dicatur: Iusto iudicio talibus vos in viciis fraudibus tradam, qui a vobis eventi praedicantium exhortatione quasi incantationis sermone non valeant. Sed quia non leviathan iste a cordibus reproborum sancte praedicationis iaculis non movetur, ipsa etiam sanctorum contemptus addicatur, eum illico subinferetur: In stipulam versi sunt ei lapides funde. Quid enim per fundam nisi sancta ecclesia signatur? Funda namque dum in gyrum mittitur, de illa lapides exeunt quibus adversariorum pectora feriuntur. Ita sancta ecclesia dum volubilitate temporum tribulationum cursu circuit, fortes exilla viri prodeunt, quibus quasi lapidis ictibus iniquorum corda tunduntur. Unde et ad personam de bonis doctoribus dicitur: Devorabunt et destruent lapidibus pugne funde. Sancti quippe doctores qui adversantes et alios instruunt, hostes devorant dum eos contra corpus summum pravum confirmationis in unitatem. Quos lapidibus funde subiciunt, quia dum fortes quosque instructa ecclesia viros instituit, pectus adversariorum superbientium pectora durata confligunt. Unde et golias immanissimus saxo funde moritur, quia singulari sancte ecclesie lapide diversitatis multitudo superatur. Leviathan itaque iste, quia damnato illo homine assumpto, quoslibet fortes esse velut infirmos despicit, corda quoque viros qualiter fuerint recte tunc dicitur: In stipulam versi sunt ei lapides funde, ac si aperte diceretur: Electorum robur quasi stipulam molliter

Cay. v.
ys. 8.
Scilicet etiam figura profundam
Cay. 9.
1. Reg. 16.

redigit quorum signa prius pectoris illius
durum ictibus tundit. Omne quippe te[rrene]
fortitudinem sue iniquitatis extollens quidquid
se ab eius vinci pati dolet quanto contra
eos acrius corporaliter prevalet. Et quia nichil
se contra eorum perseverantiam prevalere co-
gnoscit in eorum corde incalescit. Sic omnia
argumenta estimat. Sed quamvis minor si humanas
vires despiciat qui ipsa etiam superni in-
dicii eterna tormenta contempnit. Unde et
subditur: Quasi stipulam estimabit malleum.
Ac si dicat: Etiam pondus eius ani-
madversionis despicit qui se per superbiam
de supernis feriet inspirationem. Omnium
sacri eloquii mallei nomine aliquando dyabolus desig-
natur per quem nunc delinquentium cul-
pe feriuntur. Aliquando percussio celestis acci-
pitur qua vel electi super nos ictu sena-
ntur ut asperis itineribus corrigantur,
vel iniusta ira reprobos percutit ut ea sup-
plicia etiam preveniens quod etiam in poste-
rum mereantur ostendit. Nam quia appella-
tione mallei antiquus hostis exprimitur pro-
pheta testatur cum sub eius extremi iudicii
ultionem contemplatur dicens: Quomodo confractus
et contritus malleus universe terre. Ac si dice-
ret: Eum per quem vascula sua deus in usu
usui formanda percutit quis perpende
quo turbine veniente extremo iudicio
in eterna dampnatione confringitur. Plerumque
per malleum percussio celestis exprimitur. Quod
Salomone templum edificante signatur
cum dicitur: Domus autem cum edificaretur lapi-
dibus dedolatis atque perfectis edificata est,
quia malleus et securis et omne ferramentum
tum non est auditum in domo cum edifica-
retur. Quid enim domus illa nisi sanctam
ecclesiam quam in celestibus deus edificat
signabat? Ad cuius edificationem electorum
anime quasi quidam expoliti lapides
deferuntur. Que cum edificaretur intel-
ligitur illic iam discipline malleus re-
sonat quia dolati atque perfecti illic lapi-
des ducuntur ut locis iuxta meritum
congruis disponantur. Hic etenim for-
titudinem ut illic sine reprehensione
veniamus. Hic malleus hic securis
hic omnia tunsionum resonant ferra-
menta. In domo autem dei nulli ictus
audiuntur quia modo pena omnes
iam percussionum strepitus conticescunt.
Requiescit ibi malleus percutiens quia nul-
la ibi animadversio affligit. Nequaquam
securis incidit quia receptos interius
nulla foras sententia sua precidit. Ne-
quaquam ferramentum perstrepit quia nulla
anima ultra iam flagella sentiunt. Qu-
ia ergo per malleum desuper venientem
celestis pondus percussionis exprimitur, cum
et quia leviathan iste malleum despicit, u-
qui superne animadversionis ictum formi-
dare contempnit. Et quasi stipulam
malleum deputat qui ad iuste re-
spondendum velut contra levissimos
terrores parat. Unde et adhuc expressi-
us subditur: Et deridebit vibran-
tem hastam. Contra leviathan enim
deus hastam vibrat quia in eius interi-
tum districtam minatur sententiam. Ha-
stam quippe vibrare est etiam ex
morte ex districta animadversione mi-
nari. Sed apostata spiritus auctore vite
etiam sua morte despiciens hastam
vibrantem deridet quia ex districto
iudicio quod in quantum [?] horribi-
le se perpendit pati non metuit. Sed quo-
niam eterna tormenta non posse evadere
considerat ex intendenda nequitia du-
rior assurgit. Quem cum plerique huius
mundi sapientes imitantur, que ap-
petit cuncta pertinacia tanta formi-
dine constringi non posse considerant,
ad similitudinem eius tumidis corda
sua inclinant. Et omne quod deo dona-
te sapiunt contra eum adsimilari hos-
ti illius inflectunt. Unde et recte subiungitur:
Sub ipso erunt radii solis. Iustitiam
enim sacri eloquii figuratione sol nominatur,
aliquando deus, aliquando predicatores, aliquando de-
re qualiter manifeste visionis ostensio,
aliquando autem intelligentia sapientum de-
signatur. Per solem quippe deus signi-
ficatur sicut sapientie libro perhibetur
quod omnes impii in extremo die in-
dicii contempta sua dampnatione dictu-
ri sunt: Erravimus a via veritatis et lu-
men iustitie non luxit nobis et sol non
ortus est nobis. Ac si aperte dicant: Super-
ni nobis luminis radius non refful-
sit. Unde et Iohannes ait: Mulier amicta
sole et luna sub pedibus eius. In so-
le illustratio veritatis, in luna autem que
menstruis supplementis deficit
mutabilitas temporalis accipitur. Sancta
autem ecclesia quia superni luminis splen-
dore protegitur quasi sole vestitur,
quia vero cuncta temporalia despicit
lunam sub pedibus premit. Per solem
sole predicatores designantur sicut in e-
vangelio dicitur: Que nata sine radicibus
semina orto sole aruerunt. Quia
verba vite in corde teneriorum
hominum temporali momento virentia
supervenientes predicantis ardore
siccantur. Plerumque sole manifes-
te visionis ostensio designatur, sicut
ipsa dominum creatorem oculis apperire
demonstrat dicens: In sole posuit taber-
naculum suum. Ac si diceret: Humane
aspectui sacramentum in lumine manifest-

Mallei duplex sig°.

Ier. 50.

3 Re. 6.

Beata vita celo de quieta

perfecte visionis obtinet. Et sicut eis per
prophete divina voce minatur dicens: Si oc-
cultabitur in absconditis ego non videam
eum. Istud in aspectu divinis istud et
in aspectu solis. Solis namque conspectu solis
nisi cognitionem insinuat manifeste
visionis. Rursum solis nomine sapi-
entiam intellectus exprimitur, sicut maior
septem et quartus effudit fialam suam in
solem et datum est illi estu afficere homines
et igni. Fialam videlicet in solem effunde-
re est persecutionis supplicia viris sapientie
splendore fulgentibus irrogare. Et
datum est illi ut afficeret homines estu et
igni. Quia dum sapientes viri cruciatibus
victi male agendi errore cinguntur,
maiorum ex eorum persuasione minorum quoque carna-
libus desideriis inardescunt. Minor
namque forti augmenta persuasione pravitatis
inbus infirmorum. Scientia solis sapientia
nomine designatur. Per comparationem quoque
a Salomone dicitur: Sapiens ut sol per-
manet, stultus ut luna mutatur.
Hoc ergo loco quid per solis radios nisi
acumina sapientium demonstrantur?
Scientia enim illa qui in sancta ecclesia lu-
ce sapientie resplendere videbatur, hinc
vel persuasionibus capta vel minis terri-
ta vel cruciatibus fracta leviathan isti
se dicioni subicit. Unde dicitur: Sub ipso
erunt radii solis. Ac si aperte diceretur:
Hii qui interna sanctam ecclesiam per can-
nina sapientie quasi radios videban-
tur lucis aspergere, peccatoribus tan-
dius desuper resplendere putantur. Le-
viathan isti iniqua sua operatione
substernuntur ut non iam recta predican-
do desuper luceant, sed ei persequendo
prave obsequendo famulentur. Sol
ergo radii sub ipso sunt cum nonnulli et
docti viri sapientie sue acumine non li-
bere agendo sublevant. Et adhuc
stigia leviathan isti et presentis
operis et blandimentis adulationis incli-
nant, ut intelligentia que illis
sicut sol desuper fuit excelsa immi-
nere antiqui hostis pedibus subster-
natur, exitiale cupiditate. Sub ipso
erunt quisque sapientium atque doctorum
quomodo ut gloria vite temporalis pecu-
lationis lapsum terrenis se pravis
sine agentibus subiciat, quasi sub hoste
gens veniente aurum. Sol se radius
sternit et nolunt celi lucem sibi hec
mortis humiliant. Dum per postifferum
assensum sapientium mentes calcat.
Tunc etiam leviathan isti pedi-
bus se radii solis subdunt quotiens
hii qui doctrine videntur lumine re-
splendere immoderato acumine

prima insistit eloquio sonantium, perversis
que sensibus eius se errori substernunt.
Quia dum carnis fidelia vitiis predicati-
one erigunt, leviathan isti vestigiis
falsa sonando famulantur. Tunc ra-
dii solis sub ipso sunt quando docti quique
intelligentie luce pollentes sordidi-
oribus desideriis inclinantur, ut oblita
celestium terrena velut non renitentes
quia terrena sunt de cognitione celestium
mentes gloriantur. Unde recte subiungitur:
Et sternet sibi aurum quasi lutum. In appel-
latione quippe auri in sacro eloquio
aliquando divinitatis claritas, aliquando splen-
dor superne civitatis, aliquando caritas, ali-
quando nitor glorie secularis, aliquando autem pulchri-
tudo sanctitatis accipitur. Auri etenim nomine ipsa
intima divinitatis claritas designatur, sicut
in canticis canticorum species sponsi describitur:
Caput eius aurum optimum. Quia
enim caput Christi Deus, unde non est immortal-
lis auro fulgentius, sponsi caput aurum
dicitur, quia eius humanitatem divinitas
nobis claritate principatur. Rursum auri
nomine splendor superne civitatis accipi-
tur, sicut hanc Johannes se vidisse testatur dicens:
Ipsa civitas auro mundo simile vitro
mundo. Auro namque civitas illa
constat simile vitro mundo dicitur, ut per aurum
clara et per vitrum conspicua designetur.
Rursum auri nomine caritas signa-
tur, sicut angelum qui sibi loquitur iste
Johannes aspexit ad mamillas zona au-
rea succinctum vidit. Quia internorum su-
periorum civium pectora divina pena-
li nequaquam timori subiecta sunt, atque
vicissim nulla scissione solvuntur, ex so-
la se caritate constringunt. Zona quip-
pe aurea circa mamillas habere est
universos mutabilium cogitationum motus
iam perfectis amoris vincula restringere.
Rursum auri nomine nitor glorie tempora-
lis exprimitur, sicut per Jeremiam dicitur: Calix au-
reus Babylon. Quid enim Babylonis nomine
nisi huius mundi gloria designatur? Que calix
aureus dicitur, quia dum pulchra et temporalia
ostentat, stultas mentes in sui concu-
piscentiam debriat, ut speciosa temporalia appe-
tant et invisibilia pulchra contempnant.
Hoc aureo calice primo parens sua
cena debriata est, de qua hystoria vi-
dicit: quia vetitum lignum conspexit, vi-
dit quia esset pulchrum visu aspectuque de-
lectabile et comedit. Aureus ergo Babilo-
nis calix est, quia dum visibilis rerum pulchri-
tudinis ostendit sensum, mentem terre-
nis subicit. Rursum auri nomine
splendor sanctitatis accipitur, sicut indutum
suum splendore iustitie ad tempus
tenebras commutatam Jeremias deplorat

dicens: Quomodo obscuratum est aurum,
mutatus est color optimus? Sicut enim et supe-
rius diximus, aurum obscuratur cum hi sub se-
quibus iniquitatum tenebris iusticie
pulchritudo deseritur. Color optimus
mutatur cum splendor innocentie in fide-
litatem in feditate uitiatur culpe. Luti
quoque nomine aliquando iustorum eloquio terre-
narum rerum multiplicitas, aliquando autem desi-
deriorum carnalium illecebra designatur. Per lutum
quippe terrenarum rerum multiplicitas de-
signatur, sicut per Abacuc dicitur: Ve ei qui
multiplicat non sua! Usquequo aggrauat contra
se densum lutum? Densum enim luto se ag-
grauat qui per auariciam terrena multipli-
cans peccati sui se obpressione coangus-
tat. Rursum luti nomine doctrina sor-
dida sapientis designatur. Sicut per eun-
dem prophetam dicitur: Viam fecisti in mari
equis tuis in luto aquarum multarum.
Ac si diceret: Aperuisti iter predicatoribus
tuis inter doctrinas hominum secularium sordidas
et terrena sapientes. Per lutum quoque de-
sideriorum sordide voluptatis exprimuntur,
sicut psalmista deprecans ait: Eripe
me de luto ut non infigar. Luto quip-
pe inherere est sordidis desideriis
concupiscentie carnalis coinquinari. Hoc
igitur loco aurum claritas sanctitatis accipitur,
lutum vero vel terrenarum rerum auaricia
vel sinistrarum contagia doctrinarum vel sor-
des carnalium voluptatum. Nil obstat
intelligi quia multos Leviathan iste
qui inter sanctos etiam fulgore iusti-
tie resplendere videbantur, vel ter-
renarum rerum cupiditati vel erratice doc-
trine contagio vel carnalibus volupta-
tibus subicit. Aurum sibi proculdubio quasi
lutum sternit. Aurum enim quasi lutum
sternere est in quibusdam vite mundi-
tiam pestifera desidia conculcare, ut
hii etiam sordidis eius desideriis ve-
stigiis seruiant qui contra illum pri-
us veri fulgore rutilabant. Antiquus
itaque hostis alios nunc sub specie sanctitatis
illudit, alios non perfecta vitia vite
carnalis incipit. Sed tunc plus aperte
grassabitur, cum non multorum cordibus
occulta dominatur, sicut Paulus apostolus dicit:
Ut reueletur in suo tempore. Nam misterium
iam iniquitatis operatur. Tunc igitur etiam
nunc aurum sibi quasi lutum subicit, qua-
ndo castitatem fidelium peccatis vitia
sternit. Tunc aurum velut lutum
calcat cum sensum continentium
per immunditie desidia dissipat. Quod tunc
nunc vehementius peragit, quanto sine
fraude libertatem amissam hoc quod appetit
effrenatius perficit. Et fortasse quempiam
moueat cur misericors deus fieri

ista permittat, ut Leviathan iste seu nunc
per suggestiones validas siue tunc per
damnatum illum quem replet hominem
vel solis sibi radios, id est doctos quosque
sapientesque subiciat, vel aurum, id est viros
sanctitatis claritate fulgentes, quasi
lutum sibi vitiis inquinando substernat.
Sed cito videbimus quia aurum quod prius
eius suasionibus quasi lutum sterni po-
tuerit aurum ante dei oculos nunquam
fuit. Qui enim seduci quandoque reversuri non
se possunt quasi claritatem ante oculos ho-
minum videntur amittere, sed eam an-
te dei oculos nunquam habuerunt. Sepe nam-
que homo multis occulte peccatis inuol-
uitur, et in una aliqua virtute mag-
nus videtur, que ipsa quoque virtus
manifestius deficit, quia dum innotes-
cit hominibus proculdubio laudatur, eius
quod laus inspiranter appetitur. Unde fit
ut ipsa virtus ante dei oculos virtus
non sit, dum abscondit quod displiceat, pro-
dit quod placet. Quid itaque esse meriti
apud dominum possint quorum et mala occulta
sunt et bona publicata? Plerumque enim
ut diximus latet superbia et castitas
innotescit. Atque ideo diu ostensa casti-
tas circa vite finem perditur, quia cooperta
superbia usque ad finem correcta retinetur.
Alius elemosinis vacat, propria distri-
buit, sed tamen multis iniusticiis fruitur vel
fortasse lingua indiscrecionibus exer-
cet, et sic plerumque fit ut is qui misericors
fuerat circa vite sue terminum rapa-
citate et crudelitate simul inardes-
cat. Quod valde iusto iudicio agitur, ut
perdat et ante homines unde hominibus pla-
cuit, qui hoc unde deo displicuit corri-
gere nunquam curauit. Aliquis patientie stu-
det, sed inuidere aliis et sinistre mordere
malicia non timet; sic quoque impatiens
quia diu latebat dolens. Hi itaque
per aliquid aurum sunt et per aliquid lutum,
atque hoc aurum quasi lutum sternitur
quod occultis exigentibus meritis etiam
virtus que publice claruerat dissipatur.
Sed ope pretium credimus si in huius virtutis
[illegible] ordinis subtilius pendamus.
Sepe enim omnipotens deus occulta quidem ma-
la diu tollerat et aperta eorum bona e-
lectorum suorum usibus profutura dispensat,
sicut etiam nonnulli mundum nequaquam
funditus deserentes non perseueraturi
angustum iter arripiunt. Sed adeunte
[illegible] angusta via eos qui
perseueraturi sunt attendunt. Unde plerumque
contingit ut ipsum hoc quod bene viden-
tur viuere, non sibi sed aliis potius e-
lectis impendant, dum exemplum suis ad
bene viuendi studia perseueraturos

alii autem perseverantium promotione. Saepe
quosdam videmus viam ingredi ad lo-
cum positum festinare, quos alii quasi
currentes conspiciunt, sequuntur eisdem
praeter locum petunt. Et fit plerumque ut
inventa aliquo implicationis articulo
post se redeant qui praeibant et illi ad
locum veniant qui sequebantur. Sic ni-
mirum se qui non perseveraturi viam
sanctitatis arripiunt, ideo cum virtutis
iter non perseveraturi inchoant, ut
eis qui perventuri sunt qua gradiantur
ostendant, errorum et ipsi utilitate no-
titia electorum provectibus serviunt, quia
illorum lapsum dum conspiciunt de suo
statu contremiscunt, et ruina quos
damnat illos humiliat. Discunt enim
in suspicione admonitionem considerare
dum plerosque conspiciunt de suis viri-
bus cecidisse. Cum ergo bene agere viden-
tur reprobi qui planum iter electis sequen-
tibus monstrant, cum vero in lapsum
nequitiae corruunt, electis post se per-
gentibus quam cavenda sit superbiae fove-
am ostendunt. Ut ergo leviathan iste et
quos sibi iniquos subdat atque cum
iusti sibi more subiciat, sic omnes
deus ad electorum suorum solatium bene
vel male reproborum qui hunc quasi adeun-
tes perventuri sunt ... adeum merito
proficiunt et in eo saepe quasi superbiae sapientur
alienis lapsibus corriguntur. Et si hic
leviathan agit in eis etiam quos cla-
ros aliqua virtus ostendit, quid de illis
facturus est quorum mores nulla ex parte ali-
qua sublevata aterrimos comprimis
non est quos eum divinus sermo aperte
exprimit dum subiungit: Fervescere
faciet quasi ollam profundum maris. Mis-
ticum solarium quasi profundum mis-
alte et abdite corum cogitationes
exprimuntur. Cum profundum mare levia-
than iste quasi ollam facit fervescere
tere, quia nimirum constat quod
persecutoris extremo tempore contra electo-
rum vitam studeant animos re-
proborum flamma crudelitatis excitare.
Tunc profundum maris quasi olla
fervescit, cum corda iniquorum scilicet va-
lido ardore succendit, et quae hic patien-
tiae quasi suam malitia clausa latu-
erunt, tunc in estu inmanissime per-
secutionis ebulliunt ac per apertam
crudelitatem aperte licentiam ea quae
diu presserant odia antiqui livoris
exhalant. Tunc enim pestifero
errore persuasi hic iniusti famula-
turi antiquo hosti tunc verius
probere se estimant obsequium Christo
ut ostensa dixit fervescere faciet quasi

ollam profundum maris, apte subiungit:
Et ponet quasi cum unguenta bulliunt. Unguen-
ta quippe cum bulliunt fragrantiam suam
latius reddunt. Tunc enim quasi leviathan iste
iniquorum corda reproborum ut quidem
agitur commovere persecutione prout neque...
fidei sub agere suspicantur quasi bonum ei olere
id quod zelo religionis exercent. Unde in evan-
gelio discipulis veritas dicit: Venit hora ut omnis qui in-
terficit vos arbitretur obsequium se pre-
stare deo. Igitur sicut olla fervet dum
crudeliter persequuntur. Et apud eos ipsa
persecutio unguentorum fragrantia redolet
dum mens eorum vanis suspicionibus
decepta estimat quasi deo obsequium
praebeat. Institutiones sanctae unguentorum
odoribus opinio solet signari. Unde etiam
sponsa in canticis canticorum sponsum
desiderans dicit: In odore unguentorum
tuorum currimus. Et Paulus apostolus vitam laude
fragrantem sciens ait: Christi odor bonus
sumus deo. Itaque quia leviathan iste
ministros illius perditi vasis sui in-
debitae opera sub opinione sanctitatis et
praecepta virtutis intrepide. Postquam dictum est:
Fervescere faciet quasi ollam profundum
maris, recte mox subditur: Ponet quasi cum
unguenta bulliunt. Cum enim pendentes in-
cendiis mare fervet, hoc incorde
iniquorum qui exercent falso nomine virtutis
ac si unguenta bulliant, quia ut tan-
to atrociores ad crudelitatem fiant quanto
se esse etiam mereri premia quasi pro zelo
religionis estimant. Insequitur hoc est
divino iudicio ut qui pietatis viam per-
pendere et custodire neglegunt suspi-
tionis suae errore fallantur, unde ut dis-
tentionis augmentum eos crudelia per-
trantes signa quoque ac prodigia se-
cuntur; sicut et ita subiungitur: Post eum
lucebit semita. Post leviathan quippe
semita lucere perhibetur, quia post quam
tristis admonitionem nimia exami-
nationis suorum clausit delinquentes et sine
persecutione ministros suos quosdam pro-
miraculis signis coruscans. Unde et
hoc quod iam saepe praediximus in evangelio
veritas dicit: Surgent pseudochristi
et pseudoprophetae et dabunt signa mag-
na et prodigia ita ut in errorem indu-
cantur si fieri potest etiam electi. Semita
itaque post leviathan lucet, quia quorum
corda penetrant eorum opera prodigiis
illustrat, ut nimirum tanto alienis
eorum mentes interioribus tenebris
teneat quanto per eos foris quasi
patenter luce de miraculi ostentant.
Et sicut novimus qui in memoria verba
prophetica et evangelica propria retinen-
tes sumus et falsa signa eo quae ex

Ieremias
Jo. 16. a

Cant. 1.

2 ad Cor. 2.

De miraculis
diaboli

Mt. 24.

hibetur et nova supplicia leniget, sim-
cunda quoque iudicia districtionis asserit
et deceptos in fide adiuvat capit
voluptates. ~~Unde autem subditur:~~ Estimabit
abyssum quasi senescentem. Quid enim incom-
prehensibilia que iudicia abyssi appellatione no-
mine designari psalmista teste qui ait:
Iudicia tua abyssus multa. Senectus vero non
aliquam proximus pertingere ponitur. Unde autem
apostolus dicit: Quod antiquatur et senescit prope interi-
tum est. Leviathan itaque iste estimat abys-
sum quasi senescentem, quia reproborum cor-
da sic infatuat ut suspicionem venien-
tis iudicii quasi finiatur infundat. A-
byssum namque senescere estimat quia termi-
nari quoque iniquorum supplicia animad-
versionis putat. Hinc namque antiquus iste persuasor
in membris suis id est mentibus iniquorum fi-
nitas penas quasi certo fine determinat
ut eorum culpas sine termino correptio-
nis extendat, et eo magis hic peccata non
finiant, quo illic estimant peccatorum sup-
plicia finienda. Sunt enim nunc etiam qui
ideo peccatis suis ponere finem negligunt
quia habere quandoque fine futura super se iu-
dicia suspicantur quibus bremere iudi-
cantur. Si quoque finienda sunt supplicia re-
proborum, quandoque etiam finienda sunt gaudia
beatorum. Per semetipsam namque veritas dicit:
Ibunt hi in supplicium eternum, iusti autem
in vitam eternam. Si igitur hoc non est verum
quod minatur, neque illud verum est quod promisit.
Sed inquiunt, ideo eternam penam peccanti-
bus minatus est ut eos a peccatorum perpetratio-
ne compesceret, quia comminata sine eterna
supplicia minari debuit non inferre.
Quibus citius respondemus: Si falsa minatus
est ut ab iniustitia corrigeret, etiam falsa
est pollicitus ut ad iustitiam provocaret.
Sed nunc dum promissionibus suis reproborum
supplicia finiri appetunt, asserunt asser-
tione sua etiam electorum premia remu-
nerationesque confundunt. Quis hanc
eorum vesaniam toleret qui conantur
asserere verum non esse quod vitas de eterno
igne minatus est, et dum student Deum
perhibere misericordem, non verentur
predicare fallacem. Sed inquiunt: sine fine
non debet puniri culpa que cum fine perpe-
trata est. Iustus nimirum et omnipotens deus, quia non
eterno peccato commissum est, eterno non debet pu-
niri tormento. Quibus citius respondemus quod
recte dicerent, si iustus iudex districtusque
veniens non corda hominum sed facta pen-
saret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt quia
cum fine vixerunt. Voluissent quippe
sine fine vivere, ut sine fine possent
in iniquitatibus permanere. Nam magis
appetunt peccare quam vivere, et ideo hic
semper vivere cupiunt ut numquam desinant

peccare cum vivunt. Ad districti ergo
iudicis iustitiam pertinet ut numquam care-
ant supplicio quorum mens in hac vi-
ta numquam voluit carere peccato, et nullus
detur iniquo terminus ultionis, quia quamdiu va-
luit noluit habere terminum criminis. Sed
inquiunt: nullus iustus crudelitatibus pas-
citur, et delinquens servus a iusto domino
cedi idcirco precipitur ut ea nequitia
corrigatur. Ad aliquid ergo ceditur cum ne-
quitia eius dominus cruciatibus delectatur. Iniqui autem
ignibus gehenne tradita cum semper ardebunt
et quia iustus atque omnipotens deus non
pascitur cruciatibus iniquorum, cur cremantur
miseri si non corripiantur? Quibus citius re-
spondemus quia omnipotens deus quia pius est
miserorum cruciatibus non pascitur, quia autem
iustus est, ab iniquorum ultione in perpe-
tuum non sedatur. Sed iniqui omnes eter-
no supplicio quid in iniquitate sua pu-
niuntur, et tamen ad aliquid cremantur, ut
iusti omnes in deo videant gaudia
que percipiunt, et in illis respiciant suppli-
cia que evaserunt, ut tanto magis in e-
ternum divine gratie debitores se esse cogno-
scant, quanto in eternum mala puniri con-
spiciunt que eius adiutorio vitare
potuerunt. Sed inquiunt: et ubi est quod
sancti sunt, si pro inimicis suis quos tunc
ardere viderint non orabunt, quibus
utique dictum est: Pro inimicis vestris orate. Sed
citius respondemus: orant pro inimicis
suis eo tempore quo possunt ad fructuosam pe-
nitentiam eorum corda convertere atque ipsa
conversione salvare. Quid enim aliud pro
inimicis orandum est nisi hoc quod ait apostolus:
Ut det illis deus penitentiam, ut resipis-
cant a laqueis diaboli, a quo captivi tenen-
tur ad ipsius voluntatem. Et quomodo tunc pro illis
orabitur qui iam nullatenus possunt
ad iustitie opera ab iniquitate commutari?
Eadem itaque causa est cur non oretur
tunc pro hominibus eterno igni dampnatis,
que nunc etiam causa est ut non orent
sancti homines pro hominibus infidelibus impiis-
que defunctis. Sed enim eterno dampna-
tos iudicio supplicio iam noverunt,
cum iudice iusti conspectum orationis
sue meritum refugiunt. Et si nunc
quoque viventes iusti mortuis et
dampnatis iniustis minime compatiuntur, quando
adhuc aliquid iudicabile de sua carne
se perpeti etiam ipsi noverunt, quanto dis-
trictius tunc iniquorum tormenta respiciunt,
quando ab omni vitio corruptionis exuti
ipsi iam iustitie vicinius atque arctius
inherebunt. Sic quippe eorum mentes
per hoc quod iustissimo iudici inherebunt
vis districtionis absorbet, ut omnino eis
non libeat quicquid ab illius interne regu-

se subtilitate discordat. Sed quia subortę occasionis articulo hęc contra corrigere instantes breuiter diximus, ad eum quem praetermisimus exponendi ordinem reuertamur. Post quam multiformes [illegible] callida machinamenta Leuiathan istius indicando aperte patefecit, omne quod electos exterius uehementer opprimit, omne quod interius suggestione sua uel prauis blandiendo infundit, mox in immanitatem uirtutis illius breuiter insinuans subdit: Non est potestas super terram que comparetur ei. Potestas eius super terram cunctis eminentior perhibetur, quia etsi actionis sue merito infra homines cecidit, omne tamen humanum genus non angelice conditione transcendit. Quamuis enim mentis beatitudine felicitatem perdidit, tamen nature sue magnitudinem non amisit, cuius adhuc uiribus humana omnia superat, licet sanctis hominibus meritorum suorum deiectione subiaceat. Tamen et eisdem sanctis contra se certantibus eorum retributionis sue meritum crescit ex uirtute alterius, unde uincatur qui priuatam potentiam quasi iure se hominibus superioribus gloriatur. Sequitur: Qui factus est ut nullum timeret. Quomodo sic principium factus est ut conditorem suum caste timere debuisset, timore uidelicet sobrio, timore securo, non timore quem caritas foras mittit, sed timore qui in seculum seculi permanet, id est quem caritas gignit. Aliter enim timet coniugem uxor amans, aliter timet dominum ancilla peccans. Sic ergo iste fuerat conditus, quatinus timore casto auctorem suum et amans metueret et metuens amaret. Sed sua presumptione talis factus est ut nullum timeret, et eius sub quo conditus fuerat subesse despexit. Penam enim deus superbie [illegible] ne ipse submissus sit. Leuiathan non iste eius celsitudinis culmen aspirans, in peruersa libertate appetiit ne possideretur, et nulli subesset. Dixit: Ascendam super altitudinem nubium et ero similis altissimo. Omnis non ipse [illegible] perdidit eo esse ei superbe similis in celsitudine conceperit. Quem enim imitari debuit subditus, eius celsitudinem et hoc quod imitari poterat amisit elatus. Celsus namque esset si ei qui ueraciter celsus est inherere uoluisset. Celsus esset si participatione uere celsitudinis contentus esset. Sed dum priuatam celsitudinem superbe appetiit, iure perdidit participatam. Relicto enim eo cui debuit inherere principio, suo appetiit sibi quodammodo esse principium.

Relicto eo qui non illi sufficere potuit, sibi sufficere potuisse iudicauit. Et tanto magis infra se cecidit, quanto magis se contra gloriam sui conditoris erexit. Factam quę exaltabat libera seruitutem redegit captiua libertas. Cum libertate enim ne nullum timeat effrenatur, sed ipsa grauiter effrenatione constringitur. Supremo enim iudicio cuncta mirabiliter ordinante inuenit illa libertas quia aperte quia nunc deo non seruiens omnibus suppliciis subiacet, qui clementer cuncta superesse poterat si unum quem debuit timere uoluisset. Unum pro timens omnia possidet, qui unum non timens omnia perdidit. Factus est ergo ut nullum timeret, uidelicet qui in nece dei sed neque hoc quod passurus est metuit. Aut saltem minimo fuerat timendo uitare supplicia que non timendo tolerare. Applicetur ita quia celsitudinis cecidit in rigore mentis, ueniam penitentia si male egisse non sentiat, qui pessime [illegible] querebat. Ita quia [illegible] quesite [illegible] non obtinuit, quia [illegible] superbie sine remedio [illegible] infamia [illegible] inuenit et quia perfectam [illegible] cuncta non potuit, despecto se conditore cunctis [illegible] preparauit. Cuius adhuc superbia [illegible] se [illegible] submitterat. Omne sublime uidet, id est cunctos uelut infra se positos quasi de sublimi respicit, quia dum priuatam contra auctorem [illegible] estimare sibi quemlibet similem dedignatur. Cui apte etiam eius membra congruunt, quia omnes iniqui pro timore cordis elati cunctos quos cernunt superbie fastu despiciunt, et si quos exterius uenerantur, intus tamen in secreto cordis ubi apud se sua estimatione magni sunt, cunctos sibi uitam meritisque postponunt eosque infra se esse respiciunt, quia elata cogitatione cordis in quadam se altitudinis arce posuerunt. Quibus bene per prophetam dicitur: Ve qui sapientes estis in oculis uestris et coram uobismet ipsis prudentes. Hinc et Paulus ait: Nolite prudentes esse apud uosmet ipsos. Hinc ad Saulem diuina increpatione dicitur: Nonne cum esses paruulus in oculis tuis caput te constitui in tribubus Israel? Paruulus quippe in oculis suis est qui in eo quod semet ipsum considerat imparem se alienis meritis pensat. Nam quasi quendam se speciem [illegible] quisquis se super aliena merita elatione cogitationis extendit. Saul autem regibus et bono quod ceperat permansit, quia fastu suscepte potestatis intumuit; de conditore dum [illegible] se humilia sentiens eidemque Saul se comparatione preponens, postposita [illegible] faciendi loco [illegible] et [illegible] eidem [illegible] admonitione [illegible] presumptione [illegible]. Cumque persequeretur rex quem ipse

Marginalia: Superbi si aliquos exterius uenerantur, intus tamen despiciunt — Ys. 5 — Ro. 12 — de humilitate et superbia — 1. Reg. 26.

queris. Scitne mortuum persequeris et pulicem unum. Et certe iam unctus in regem fuerat, iam exorante Samuele et coram super se oleum fundente didicerat quem divina gratia Saule reprobato ad regni gubernacula possidenda servabat, et tamen persequenti adversario mente se humili substernebat, cum divino iudicio se prelatum esse noverit. Illum itaque se humiliter postponebat, cum per electionis gratiam incomparabiliter se noverat esse meliorem. Discant ergo quomodo humiliari proximis debeant qui adhuc quo loco apud Deum habeantur nesciunt, si sic se etiam electi illis humiliant quibus iam se per meritum iudicia antepositos deprehendunt. Hoc autem esse proprium semper electorum solet, quod de se semper sentiunt infra quam sunt. Hinc itaque ab eodem David dicitur: Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam. Hinc Salomon ad sapientiam parvulos vocat dicens: Si quis est parvulus veniat ad eam. Qui enim necdum semetipsum despicit humilem Dei sapientiam non apprehendit. Hinc in evangelio Veritas dicit: Confiteor tibi pater celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Hinc in ipsum psalmista ait: Custodiens parvulos Dominus. Hinc magister gentium dicit: Facti sumus parvuli in medio vestrum. Hinc discipulos admonens ait: Superiores sibi invicem arbitrantes. Nam quisque quemque inferiorem se omnem quem cogitat pensat, cum veraciter instus se credat ut superiorem quemlibet proximum attendat. Ac ne dum se alii alter humiliat, erit alter in elationem, utrosque pariter admonuit dicens: Superiores sibi invicem arbitrantes, ut in cogitationibus cordis et ego illum mihi preferam et vicissim me ille sibi, et tunc ab utroque pro eo quod inferius premitur, mutuus compensato honore sublevetur. Sed hanc humilitatis formam reprobi quia Leviathan huius membra sunt vel agnoscere vel tenere contempnunt. Quia et si qui se humiles specietenus ostendunt, humilitatis virtutem servare intrinsecus negligunt. Quibus sepe accidit ut si quod unumquodlibet boni vel minimum faciant, animabus suis omnibus respectu mentis preponant atque hoc quod boni ex minimo fecerint tota intentione prospiciant, et ex eo iam se quasi sanctos aspiciant, obliti malorum omnium que commiserunt, unius sui tantum modo boni memores quod fortassis facere non perfecte potuerunt. Sicut econtrario tunc electi solz necti[?] militatis virtutem gratia polleant, unum eos vel tenuissimum malum valde defatigatus pulsat, quatenus Deum quem ex aliqua parte se infirmari considerat, de his virtutibus in quibus prevalent se minime extollant. Dumque dominum fortissime custodiant, hoc quoque ubi fortes sunt humilius sumunt. Reprobi ergo pro hoc quod unum vel minimum bonum sunt in mente conspiciunt, mala multa et gravia in quibus demersi sunt non agnoscunt. Et sepe electi pro hoc quod tenuissimum malum sunt infirmantur trepidant. Miri dispensatione agitur ut magna bona adeque perfecti sunt non amittant. Iusta itaque et occulta examinis mensura disponit ut iniustos et mala admittentes et illos et bona agentes, dum et isti ad perfecti boni utuntur lumbis mali, et illi ad augmentum mali intumescunt bonis minimis. Isti quippe inde perfectius in bono proficiunt unde malo se premunt. Illi autem ad magis malum deficiunt unde gloriantur. Sic itaque male bono utuntur reprobi, et bene malo utuntur plerumque sancti. Sepe contingit ut alius ex cibo salutifero mordaciorem pestem languoris incurrat, alius veneno serpentis in medicamine mordaciter confectionis adhibito languoris molestiam vincat. Illi ergo quia cibis salutiferis uti recte nolunt, inde periculose moriuntur unde alii salubriter vivunt. Iste autem quia veneno serpentis caute uti studuit, inde salubriter vivit unde alii periculose moriuntur. Venenum namque serpentis non ipsam nequitiam sed suggestionem nequitie dicimus, quia nolentes sepe venientesque temptationem cum hec in medicamine vertitur, in mentis venis erecta conspicitur. Quia se temptationibus humiliat, immo atque ad probationem interim examinis reprobi quelibet opera faciant, in quibus liberis viribus contestantur humilitatis sensum penitus ignorant, quia nimirum huius Leviathan membra sunt, de quo superna voce dicitur: Omne sublime videt. Quia non solum percussit ipsum sed pravorum quoque corda quos tenet, cunctos inferius despiciat. Videndum vero quod Leviathan et iste qui per corpoream bestiam designatur sub hime videre describitur, quia videlicet cordis superbia cum in exterius usque ad corporis extenditur, prius per oculos indicatur. Hi quippe per fastum timoris inflati quasi ex sublimi respiciunt, et quo se despiciunt aliorum extollunt. Quasi enim superbia oculos quasi per quasdam se fenestras ostenderet, nequaquam deo psalmista diceret: Populum humilem salvum facies et oculos superborum humiliabis, nisi se superbia per oculos funderet. Salomon quoque de mentis elatione non diceret: Cuius

Ps. 9.

Mt. xi.

I ad thess. 2

De humiles in sua consideratione vici qui virtutes superbi non considerant

De examino

Electi utuntur malo, reprobi bono

cuius evulsi sunt oculi et palpebre eius
in alta subrecte. [V]ltima quoque per eum [19 cap. a]
qualiter leviathan iste signatur et superbia
usque ad corpus perveniens apertius ostendit
principatus antiqui hostis quasi de subli-
mi omne videt describitur. Et quia multa
de ostendendo huius generis inimico
placita sunt valde mens aperitur ut in
fine locutionis divine unum aliquid mani-
festius exprimatur unde nobis illius
bestie nos designatione monstratur.
Sed ipse est rex super omnes filios super- [b]
bie. Ut leviathan iste minime sine
superbus diceretur se tradet et sola sese su-
perbia perculit neque per eos illos viciorum
ramos accresceret nisi per hanc prius
in radice precessisset. Scriptum namque est: Initi-
um omnis peccati superbia. Prius enim ipse
occubuit per hanc sequentem hominem
stravit. Eo est enim talo salutis ire immor-
talitatis impetiit quo vitam sue beati-
tudinis extinxit. Et ideo hanc dominus
fini sue locutionis inseruit ut cun-
ctis mala omnia leviathan superbia
diceret quid esset malum deterius omnibus
indicaret. Cunctis et plus quam in imo
ponitur viciorum radix et mortis.
Sicut enim inferius radix tegitur sed
ab illa rami exterius expanduntur
ita se superbia intrinsecus celat sed
ab illa protinus aperta vicia pullulant.
Nulla quippe mala ad publicum pro-
dirent nisi hanc mentem in oc-
culto constringerent. Et quia leviathan istius
sensus fervescere ut ollam facit vi
et humanas mentes insidiarum fervore
insanie perurit. Et paper opa ali-
gnissa animum oritur ondit. Iniq-
namque prius ebullit in elatione quod
foras postmodum spargitur in opere. Et
quia occasio de superbie discussione
se prebuit debemus hanc subtilius
solliciteque discutere atque ad humanas
mentes qualiter vel qualiter veniat
et quibus qualiter subripiat demon-
strare. Alia quippe vicia eas solum-
modo virtutes impetunt quibus ipsa
destruuntur ut videlicet ira patientiam, castri-
margia abstinentiam, libido continentiam
expugnet. Superbia autem quam radi-
cem viciorum esse diximus nequaquam
unius virtutis extinctione contenta contra
cuncta anime membra se erigit et quasi
subiungitur: Et consolati sunt eum super omne malum quod intulerat super eum dominus. Consolantur uero Christum consolantes ecclesiam qui ab infidelitatis pristine errore resipiscunt et perfectione uite, cui prius doctoribus repugnauerant, deseruiunt. Non enim grauis in merorem [illegible] cordibus infructuose predicare labore in quo [illegible] uanitate sinuere, sed ipsorum de conuersione audientium senectutis labor minuitur. At contra magna predicatorum consolatio est subsequens profectus auditorum. Releuantur quippe docentes cum inimici proficiunt.

Cum auditores proficiunt doctores in laboribus [illegible] resumunt

b

Et notandum quia in flagello positum co-

solari noluerunt. Sed ad consolandum eum post flagella uenerunt, quia minimum passionis eius tempore hebrei predicamenta fidei contempnentes quem ex morte hominem probauerant deum credere despexerunt. Unde per psalmistam dominus dicit: Sustinui qui simul mecum contristaretur et non fuit, consolantem me quesiui et non inueni. Consolatorem quippe minime in passione inuenit quem ex despectu mortis etiam hos hostes pertulit per quibus

c

ad mortem uenit. Post flagella uero propinqui ad consolationem ueniunt, quia in membris suis usque dominus patitur, sed extremo tempore israhelitice omnes congregati ad fidem sancte predicatione conuertuntur atque adeo per terrorem quem fugerant redeunt. Et tunc illud [illegible] multiplici aggregatione populorum conuiuium celebratur. Unde post flagella quoque Iob sanguis ostenditur quem a cognatis atque a credentibus post passionem suam ac resurrectionem dominus mediator immortalis uenire pro celsitudine fidei satis. Unde [illegible] Iob cernitur quem in maiestatis sue potentia filium dei esse credunt et eius fidei subici hi qui prius resistebant uident in fine etiam mundi credentes hebrei quoniam et humani generis redemptori in potestate sunt quia sanctus Iob oblationem suam nota [illegible]. Unde subditur: Et dederunt ei unusquisque ouem unam et inaurem auream unam.

d

Quid per ouem nisi innocentia, quid per inaurem nisi obedientia designatur? Ponitur quippe simplex animus per innocentiam, ante ornatur humilitatis gratia auditus exprimitur. Sed quia ad comprehendendam uirtutem obedientie occasio oportuna se prebuit, libet hanc paulo uigilantius subtiliusque discutere et quanti sit meriti demonstrare.

e

Sola namque est uirtus que uirtutes ceteras menti inserit insertasque custodit. Unde et primus homo preceptum quod seruaret accepit, cui si se uellet obediens subdere, ad eternam beatitudinem sine labore perueniret. Hinc Samuel ait: Melior est obedientia quam uictime, et auscultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus ydolatrie nolle

f

acquiescere. Obedientia quippe uictimis iure preponitur, quia per uictimas aliena caro per obedientiam uero uoluntas propria mactatur. Tanto igitur quisque deum citius placat quanto ante eius oculos repressa arbitrii sui superbia gladio precepti se immolat. Quo contra ariolandi peccatum inobedientia dicitur ut quanta sit uirtus obedientie demonstretur.

[.]eradius quo melius ostenditur quid de eius laude sentiatur. Ariolandi repugnare et quasi scelus et ydolatrie nolle acquiescere. Sola est obedientia que fidei meritum possidet, qua sine quisque infidelis convincitur etiam si fidelis esse videatur. Hinc per Salomonem dicitur in ostensione obedientie: Vir obediens loquitur victorias. Vir quippe obediens victorias loquitur, quia dum aliene voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus. Hinc in evangelio veritas dicit: Eum qui venit ad me non eiciam foras, quia de celo descendi non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Quid enim? si suam faceret, eos qui ad se venirent repulisset? Quis autem nesciat quod voluntas filii a patris voluntate non discrepet? Sed quia primus homo qui suam facere voluntatem voluit a paradisi gaudio exivit, secundus ad redemptionem hominum veniens, dum voluntatem se patris non suam facere ostendit, permanere nos intus docuit. Cum ergo non suam sed patris voluntatem facit, eos qui ad se veniunt foras non eicit, quia dum exemplo suo nos obedientie subicit, viam nobis egressionis claudit. Hinc rursum dicit: Non possum ego a me ipso facere quidquam, sed sicut audio iudico. Nobis quippe obedientia usque ad mortem servanda precipitur. Ipse autem si sicut audit iudicat, tunc quoque obedit cum iudex venit. Ne ergo nobis usque ad terminum vite presentis obedientia laboriosa appareat, redemptor noster indicat quod hanc et cum iudex venerit servat. Quid ergo mirum si peccator homo obedientie in presentis vite brevitate se subicit, cum hanc mediator dei et hominum et cum obedientes remunerat non relinquit? Sciendum vero est numquam per obedientiam malum fieri, aliquando autem debere per obedientiam bonum quod agitur intermitti. Neque enim in paradiso mala arbor exstitit, quam deus homini contingendam interdixit. Sed ut per melius obedientie meritum homo bene conditus excresceret, dignum fuerat ut hunc etiam a bono prohiberet, quatenus tanto verius hoc quod ageret virtus esset, quanto et a bono cessans auctori suo se subditum humilius exhiberet. Sed notandum quod illic dicitur: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientie boni et mali ne tetigeris. Qui enim a bonis quibusdam subiectos vetat, necesse est ut multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, si a bonis omnibus funditus repulsa ieiunat. Omnes paradisi arbores ad esum dominus concessit, et ab una prohibuit, ut eam creaturam suam quam nolebat extingui sed provehi, tanto libentius restringeret, quanto laxius ad cetera relaxaret. Sed quia nonnumquam nobis huius mundi prospera nonnumquam vero iubentur adversa, sciendum summopere est quod obedientia aliquando si de suo aliquid habeat nulla est, aliquando autem si de suo aliquid non habet minima. Nam cum huius mundi successus precipitur, cum locus superior imperatur, is qui ad percipienda hec obedit, obedientie sibi virtutem evacuat, si ad hec etiam ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad percipienda huius vite prospera libidini proprie ambitionis servit. Rursum cum mundi despectus precipitur, cum probra adipisci et contumelie iubentur, nisi ex semetipso hec animus appetat, obedientie sibi meritum minuit, quia ad ea que in hac vita despecta sunt invitus nolensque descendit. Ad detrimentum quippe obedientia ducitur, cum mentem ad suscipienda probra huius seculi nequaquam ex parte aliqua sua etiam vota comitantur. Debet ergo obedientia et in adversis ex suo aliquid habere, et rursum in prosperis ex suo aliquid omnino non habere, quatenus et in adversis tanto sit gloriosior, quanto divino ordini etiam ex desiderio iungitur, et in prosperis tanto sit verior, quanto a presenti ipsa quam divinitus percipit gloria funditus ex mente separatur. Sed hoc virtutis pondus melius ostendimus, si celestis patrie duorum hominum facta memoremus. Moyses namque cum in deserto oves pasceret, a domino per angelum in igne loquente vocatus est, ut cunctam Israeliticam multitudinem liberaret. Sed quia apud se mente humilis extitit, oblatam gloriam tanti regiminis expavit, moxque ad infirmitatis patrocinium recurrit dicens: Obsecro domine, non sum eloquens ab heri et nudius tertius, et ex quo locutus es ad servum tuum tardioris et impeditioris lingue sum. Et se preposito alium deposcit dicens: Mitte quem missurus es. Ecce cum auctore lingue loquitur, et ne tanti regiminis potestatem suscipiat, elinguem se esse causatur. Paulus quoque divinitus fuerat admonitus ut Ierosolimam ascendere deberet, sicut ipse Galatis dicit: Deinde post annos quattuordecim iterum ascendi Ierosolimam, assumpto et Barnaba et Tyto; ascendi secundum revelationem. Isque in itinere cum prophetam Agabum repperisset, quanta se adversitas in Ierosolimis maneret audivit. Scriptum quippe est quod idem Agabus zonam Pauli suis pedibus inserens dixerit: Virum cuius est zona hec sic alligabunt in Ierusalem. Paulus autem protinus respondit: Ego non solum alligari sed et mori in Ierusalem paratus sum pro nomine Ihesu. Neque enim pretiosiorem facio animam meam quam me. Pergens ergo per revelationis preceptum Ierosolimam, adversa cognoscit et tamen libenter appetit, audit que timeat et ardentius anhelat. Moyses itaque ad prospera de suo nichil habet, quia precibus renititur ne Israhelitice plebi preferatur. Paulus

ad adiutorium eius ex sua voce ducatur quia in maiorum
imminentium cognitionem pervenit sed devotio-
ne prius etiam addiscendum fervescit. Iste pu-
er pater gloriam deo nolunt iubente de-
clinare. Isti deos aspera et dura disponen-
te sententia ad gemitum mortem parare. Parum
est quod neutrumque dum iustitiam virtute
insertum, ne si obedientiae palma apprehen-
dere minime properis, huius scilicet ex sola
iussione adiussit ante et ex devotione in-
licenti. Notandum vero est quod hoc loco cum
inaure omnis cum ove inaurem offerre
quia minorum innocentibus membris ornamen-
tum per obedientiam iungitur. Domino attestante qui
ait: Oves meae vocem meam audiunt et ego
cognosco eas et sequuntur me. Dicto vero Iob ne-
mo inaurem sine ove, nemo ovem sine
inaure obtulit, quia pro isto redemptori no-
stro obedire qui innocens non est, et inno-
cens non est qui ei obedire contempnit. Quia
non ipsa obedientia non servili metu sed caritatis
affectu servanda est, non timore poenae sed
amore iustitiae. Tunc quippe ad geminum ve-
rissime aurea inaure obtulisse probabe-
tur, ne ut in eo qui exhibetur obedientiae
caritas fulgeat, quae virtutes omnes quasi
ampliore more cuiusdam metalli transcendat.
Quia vero esse innocentia nulla est vera
obedientia in multiplicibus hereticorum divisioni-
bus post agnitionem fidei venientes
offerat inaurem sed unam vel certe veniat
qui in unitate sanctae ecclesiae innocenti obe-
dientesque persistunt. Unum quippe domi-
num primum nos pre quia et est ipsum unum quod
dicimus nusquam esse. Non offerat vero ovem sed una,
offerant inaurem sed una, id est ad sanctam eccle-
siam cum innocentia atque obedientia ve-
nientes eam mentem deferant quam
scissurae schismatum dividunt. Tempore libe-
ros fidei et illius exercitum sanctae ecclesiae
de susceptione israhelitici populi quaerunt
contemplari. Atque in minorum quantum magis
ille veniens Helias dominatum immi-
nitur adhibetur et nunc primum tunc nova
adhuc cum innumeris veniunt quem
flagello paulo ante postea conspiciunt
appropinquante enim die iudicii vel per eorum
vocibus vel quibusdam competentibus signis
ipsa iam eis aliquos adveniente dom-
vicinam melius. Quamvis nunc domum pervenire
festinant conversionis sive quae acceleratur
conversi autem cum innumeris veniunt quia
eum quem paulo ante ex passione deris-
erunt tunc venerari opera quasi munera
offerendo venerant. Unde per Davidem
sua oblatione complentes quod et dominus
magna ex parte iam factum et adhuc ex
divinis perfecte faciendum. Adorabunt eum
filie Tyri in muneribus. Adorat enim israhe-
liticarum mentes huius ne mundi desideriis

subdite et quae supplicientes recaluerant
quasi cognito sine hostiam confessionis
apportant. Et quamvis eisdem temporibus quibus
antichristus appropinquat aliquanta mira fidelium
minor esse videatur appareat, quamvis in illic
eum illius providia hominis gravius eorum corda
fortium formido confringat, ecclesia tamen
praedicante roborati non solum fideles qui
in sanctae ecclesiae soliditate persistunt, sed et
supernis divinis adgnitionem fidei intra
cum infidelibus quiescunt, ita ut israheli-
ticae gentis reliquiae quae repulsae prius
funditus fuerant ad sinum matris ecclesiae
pia omnino devotione concurrant. Unde et
bene subditur: Dominus autem benedixit novissi-
mis Iob magis quam principio eius. Hoc hy-
storice actum credimus, hoc mystice fa-
ciendum speramus. Magis enim novissimis
Iob benedicit quam principiis, quia quantum ad
israheliticam populi susceptionem pertinet ur-
gente fine presentis seculi dolorem sanctae
ecclesiae dominus animarum multiplicata collectione
consolatur. Tanto quippe locupletius di-
tabitur quanto et manifestius innotes-
cit quia ad finem presentis vitae temporalitas
urgetur. Praedicatores namque sanctae
ecclesiae benedictione extremi temporis prae-
dicari conspexerat cum dicebat: Adhuc
multiplicabuntur in senecta uberi et bene
patientes erunt ut annuntient. In se-
necta scilicet uberi multiplicantur quia cum
eorum vita differtur semper ad melius
fortitudo provenerit eius que pangere tamen
temporum crescunt onera sancta meritorum.
Bene autem patientes sunt ut annuntient
quia celestia praedicantes tanto robus-
tius adversa tolerant quanto et per
tolerantiam sua animarum commoda lo-
cupletius reportant. Sequitur: Et facta sunt
ei xiiii milia ovium et sex milia
camelorum et mille iuga boum et mille
asinae. Et fuerunt ei vii filii et tres filiae.
Cum septem milia ovium et tria milia ca-
melorum et quingenta iuga boum
et quingentas asinas ante probationis
percussionis habuerit, ipsa eius sacre histo-
rie perfecto audit quae post flagellum
praedicta ei sunt sed dupplicata restituta.
Filii autem totidem sunt redditi quot a-
missi. Septem quippe filios et tres
filias habuit. Septem autem nunc filios
et tres filias recepisse describitur, ut hii
qui extincti fuerant vivere demon-
strarentur. Dum enim dicit addidit dominus
quaecumque fuerunt Iob dupplicia et tamen
totidem filios restituit quot amisit,
et filios dupliciter addidit eius post
mortem in carne restituit et non qui a-
missi fuerant in octava eorum vita si-
naverit. Et quos ante in predictis animalibus

proposito culmine historie nonnulla
sunt ut ad pastum misteriorum fruge desi-
derat intus et ne que sentimus ag-
noscat, intelligere enim possumus quia
in hiis animalibus aggregata fidelium univer-
sitas designetur. Sunt et namque qui per precepta
patris et filio nostre carne subiecta subpe-
cus oves et boves universitas insuper et
pecora campi. Sunt esse qui eidem propheta scriptum
etiam simplices quosque inhitare
conspiciens ait: Animalia tua habitabunt
in ea. Quid ergo ovibus nisi innocen-
tes? quid camelis nisi eos qui tortuosa
mala tumescunt exuberanciam tortuosa
mole viciorum. Quid in ingratis bubus
nisi israheliticas legi subditos? quid in asinis
nisi simplices gentilium mentes ac-
cipimus? Oves namque quia innocentes
quosque ovium nomine designantur tes-
tante psalmista qui ait: Nos autem populus
eius et oves pascue eius. Rursusque qui sinat
innocentiam negligunt illa mente re-
fectionis pascua sciantur. Camelorum
nomine aliquando misterium eloquio dominus ali-
quando gentilium superbia exprimitur quasi
excrescente desuper tumore tortuosa.
Camelus enim ad suscipienda onera spon-
te se camelum humiliat non immerito
in redemptoris gratiam signat, qui
in eo quod infirmitatis nostre onera suscipe-
dignatus est a partis sue celsitudine
sponte descendit. Unde et per ipsum dicit: Po-
testatem habeo ponendi animam meam et
potestatem habeo iterum sumendi eam. Et nemo tollit
eam a me. Unde iterum dicit: Facilius est
camelum per foramen acus transire quam
[?] redemptor noster usque ad susceptionem
mortis per angustias passionis [?]
que passio velud acus extitit quo do-
lore corpus pupungit. Facilius autem came-
lus foramen acus quam dives regnum celorum
ingreditur. Quia nisi ipse prius infirmita-
tis nostre onera suscipiens per passionem suam
formam nobis humilitatis ostenderet, nequaquam
quisquam ad humilitatem illius superbie rigi-
diatis inclinaret. Rursum camelorum
nomine tortuosa ac viciis plena
gentilitas designatur. Sicut per Moysen dicitur
qui inchoata iam die egressus in agro
Ysaac in camelo sedens rebecca con-
spexit ac protinus de camelo descendit
et sese pallio missione illius verecundata
cooperuit. Quid enim Ysaac aliud in eo
quod inchoata iam die in agro egressus
fuerat designabat nisi eum qui in ex-
tremo huius mundi tempore velud in die
fine veniens quasi in agro foras
exiit, quia cum sit invisibilis in hoc mundo
se visibilem demonstravit. Quem tamen in came-
lo sedens rebecca conspexit quia enim

ecclesia ex gentibus veniens dominum adhuc etiam
viciis in vita terrenorum carnalibus et ani-
malibus motibus inherere attendit et protinus
de camelo descendit quia vicia quibus prius
innitebatur superbe elata deserunt seque et
pallio operit quia visus dominus in-
firmitatis sue actionis erubuit et illa que
prius in camelo libera gestabatur descen-
dens per modum verecundia tegitur. Unde eidem
ecclesie apostoli electione quasi per apostoli vo-
cem que rebecce de camelo descendentis
quasi pallium superinducit dicens: Quem enim fructum
habuistis tunc in illis in quibus nunc erubesci-
tis. Bubus vero aliquando luxuriosorum demen-
cia, aliquando laboriosa fortitudine predicatorum,
aliquando humilitas exprimitur israhelitarum. Quia
boum nomine preparatorum luxuriosorum
demencia designetur Salomon indicat qui
cum male suadentis uxoris petulanciam
premisisset adiunxit: Statimque eam sequitur quasi
bos ductus ad victimam. Rursum quia boum
nomine labor predicatorum exprimitur, legis
verba testantur que ait: Non obturabis
os bovi trituranti. Ac si aperte dicatur:
predicatorem verbi a stipendiorum suorum
perceptione non prohibebis. Rursumque boum
nomine plebs israhelitica designatur propheta
asserit qui redemptoris adventum denun-
cians dicit: Cognovit bos possessorem
suum et asinus presepe domini sui. Per bovem
quippe israheliticum populum iugo legis
edomitum signans, per asinum vero gentilem
populum indicans voluptatibus deditum et
gravius brutum. Asinorum quoque vel asi-
narum nomine aliquando mansuetudo simplicium,
aliquando vero ut predixi stulticia gentium
designatur. Quia luxuriosorum petulancia
asinorum comparatione exprimitur aperte de-
claratur cum per prophetam dicitur: Quorum carnes
sicut carnes asinorum. Rursumque asina-
rum nomine vita simplicium signatur. Re-
demptor noster cum Iherusalem pergeret asina sedis-
se memoratur. Iherusalem quippe visio pacis
dicitur. Quid ergo signat quia dominus se-
dendo asinam iherusalem ducitur nisi quod sim-
plices mentes dum presidendo possidet
eas usque ad visionem pacis sua sessione
perducit. Rursum quod asinorum nomine
stulticia gentilium designetur propheta testatur
dicens: Beati qui seminatis super omnes aquas
immittentes pedem bovis et asini. Super
omnes quippe aquas seminare est cunctis
populis fructuosa vite verba predicare. Pe-
dem vero bovis et asini immittere est
mentes israhelitici populi ac gentilis per precep-
torum celestium vincula religare. Littere [?]
veritate signata sub beati Iob nomine cunctis
huius animalibus non immerito eiusque
sic ecclesie populos designari. Atque ea que
scripta sunt dispensatione sancti spiritus cuncta

Deut. 25. · Ys. 1. · Ezech. 23. · Ys. 32. · Ro. 6. · Pro. 8. · 16 ca.

in abscondito ordinate et iustitia nobis re-
ferant et suam predicationem. Agnoscimus ergo in
ovibus fideles atque innocentes ex Iu-
dea populos legis dudum pastus satia-
tos. Agnoscimus in camelis ad fidem sim-
plices ex gentilitate venientes, qui prius
sub ritu sacrilego quasi quandam deformitatem
inventione verborum membrorum valde tur-
pes orti sunt, videlicet fedientes vitiorum.
Et quia sepe non priorum sententie eloqua
cunctis repetere affirmare possumus mi-
nimum in bubus israheliticum accipi qui iugo
legis attritus, asinis vero nec dum et genti-
les populos designari qui dum se cole-
dis lapidibus inclinabant non reluctante
lapide et iniecto quasi dorso stulte supposito
quibuslibet idolis bruto sensu premebantur. Sed
ergo etiam que in exordiis suis in nume-
ris capitationibus perpessa vel israhelitica
populi vel multos ex gentibus amisit, videlicet
quos lucri non poterit duplicia in fine
recipit quia in ea extremitate vocatione fidelium
numerus multiplicior excrescit. Possunt et per
iuga boves predicatores intelligi
qui cum eos ad annuntiandum dominus mitte-
ret teste evangelio binos misisse describi-
tur quia vel duo sunt precepta caritatis vel quia
haberi societatis minus quam inter duos non
potest. Predicatores sancti ex ipsa qualitate sue
missionis cognoscerent quam concordia
societatis amarent. Possunt sed duo
pasinas mentes simplicium designari.
Sed non etiam duplices boves atque
asinas recipit quia predicatores sancti qui
prius formidine in eius dudum captione
tacuerunt et mentes simplicium que
victe terroribus virtutem iustitie conferri
formidabant, tanto nunc robustius in
confessione virtutis voces suas exerunt
quanto debilius ante timuerunt. Quod si signi-
ficatione sic etiam breviter diximus
quid eius sic etiam capiti sonant.
In exordio huius operis latius nos diuis-
se memoramus. Quod ergo dominus sibi plenius
scribi et mox secundum huius operis libros
legere dignetur. Iam non si quinque nec
etiam de ipso eodem numero disserat-
tur mille iuga boum vel mille asine
et vi milia camelorum et xiiii milia o-
vium numerentur, dici breviter possumus
quia apud scripturam quidem sacram millena-
rius numerus ideo perfectus habetur quia
denarius numerus quadratum solidum reddit.
Decem quippe decies ducta fiunt centum.
Que iam figura quadrata sed plana est.
Ut autem in altitudinem surgat et solida
fiat rursum centum decies multiplicantur et mil-
le sunt. Senarius autem numerus ideo per-
fectus est quia primus in numeris completur
partibus suis i. sexta sui parte tertia et dimi-
dia que sunt unum et duo et tria que in su-
mmam ducta vi fiunt, nec aliquis alius sena-
rius numerus reperitur qui suis partibus
dum dimiditur tota eius summa compleatur.
Sed quia si incitati per sacre scripture celsi-
tudinem perficiendo conscendimus, ubi
senarium ubi septenarium ibi denari-
um ibi millenarium in sic perfectus in-
venimus. Senarius quippe numerus in scrip-
tura sacra perfectus est quia in mundi origine deus
ea que primo die cepit sexto die opera im-
plevit. Septenarius ideo perfectus est quia
omne opus bonum vii per spiritum donum
agitur ut et fideles simul et opera consu-
mentur. Denarius numerus inde perfectus est
quia lex in x preceptis concluditur, omnisque
culpa non amplius quam per x verba cohibetur,
atque in evangelio veritatis operatores vinee
denario remunerantur. In denario quippe
tria imaginem ad vii spiritus ante que ex carne con-
stat et corpore in iiii qualitatibus continetur.
Mente ergo spiritualibus et corporalibus in nostra ingre-
ditur, et enim dicitur ergo qualibus spirita-
liter exprimitur cum ei per legem dicitur diliges
dominum deum tuum ex tota mente tua et ex
tota anima tua et ex tota virtute tua. Cor-
poralis non minus qualitatibus quia videlicet ex materia
calida et frigida et humida et sicca com-
ponimur. Ille ergo qui ex iiii qualitatibus constat
denario remuneratur, dicitur quia in illa per-
fectione superne patrie vii nostra adiuncta
ingreditur etiam nec hic contemplationis
accipiat et de remuneratione operis quod decem
denario consummatus vivat. Vel certe quod
vii virtutes sunt quibus in hac vita la-
boratur, duo quoque eis in remuneratione contemplatio etc.
redditur in ea laborantium denario remu-
neratur. Sed perfectus quisque etiam in hac
vita denarium accipit dum eius vii virtu-
tibus fidem spem caritatemque coniungit. Mil-
lenarius quoque numerus in sacro eloquio pro
perfecto accipitur quia universitate eius unam
universitatis designat. Unde scriptum est verbi quod
mandavit in mille generationes. Cum enim
nequaquam credendum sit quod ad mille generatur quod
per mille generationes generationum universi-
tas designatur. Beatus igitur Iob xiiii milia
ovium recepit quia cum in sancta ecclesia verum
perfectio adveniet, sexies duatur. Septe-
narius numerus in ea duplicatur. Et vi mi-
lia camelorum quia plenitudinis tantum plena
opus accipiunt quod aliquando dudum vitiorum
suorum fedientes prierunt. Mille ergo iuga
boum ac mille asinas recepit quia
israheliticis atque gentiles doctos ac
simplices post temptationum casus in cul-
mine perfectionis assumit. Septem ergo fi-
lios et tres filias recepit quia eorum men-
tes quos vii virtutibus gignit ad perfectio-
nis summam spe fide caritateque coniungit.

Alia bovum acceptio

iii cap. a

Luc. x.

De millenario

C

S

ix cap. a

De perfectione numeri senarii septenarii denarii millenarii

Mt. 22

ne tanto uerius pater de filio gaudeat quanto suis fidelibus nil deesse uirtutis perspicit. Sed quia hec sufficienter diximus, nunc ipsius quoque indaganda filiarum uocabula uideamus. Et uocauit nomen unius diem et nomen secunde cassiam et nomen tercie cornustibie. Hec nomina pro eo quod a uirtutibus imposita apte curauit interpres non ea sicut in arabico sermone inuenta sunt ponere, sed in latinum eloquium uersa apertius demonstrare. Quis enim nesciat diem uel cassiam latina esse uocabula? At uero in cornustibie non cornu sed cornum dicitur, nec cantici fistule tibiam sed tibia uocatur. In latina enim lingua feminini generis nimirum custodire credendum per masculine. Atque in eius ligni designatione transferebat interpres premittere. Vel certe pro cornu et tibia unum uerbum conueniens composuit, et utrumque uerbum per unum nomen percipi in latina lingua transfusum quo uoluit genere uocitare licuit. Quid est ergo quod prima filia beati Iob dies dicitur, secunda cassia, tercia uero cornustibie uocatur, nisi quod uniuersum genus humanum quia benignitate conditoris atque in eius misericordia redemptoris eligitur nominibus istis designatur? Homo namque quasi dies conditus claruit, quia hunc auctor suus ingenite innocentie splendore respersit. Sed sponte sua ad praua tenebras lapsus, quod uirtutis lucem deseruit, quasi in noctem erroris se abscondit, cui ut alias dicatur secretus et umbram. Sed quia auctori suo non desinit largitatis bonitatis sue, etiam cum eius tenebras inquietat iniuste, eum quem potenter ad imaginem condidit potentius redimendo per mortem uberiore renouauit. Cum post casum suum in ista conditionis sue persistit infirmitatis, desinit cum contra bella intima repugnantes corruptionis interius ab donorum suorum uirtutibus fulsit. Et nimirum uirtutes perfectionem innocentia tecum hominem quem suauitatis flagrat odoris. Hinc est enim quod per Paulum dicitur: Christi bonus odor sumus deo. Hinc est quod sancta ecclesia molestiis suis quadam flagrantia suauitatis odorata in canticorum canticis loquitur: Donec rex in accubitu suo esset, nardus mea dedit odorem suum. De flagrans dicit: Donec rex ... obtentibus rex apse in requie secreti celestis absconditur, electorum uita miris uirtutum odoribus exercetur. Sic quo ad hunc cum quem appetit non uidet, eo ardentius per desiderium flagrat. Rege quippe in decore suo posito nardus odorem dat, quia quamdiu tenet in sua beatitudine dominus secretum, uirtus in ecclesia magna nobis gratiam suauitatis administrat. Quia ergo conditum luce innocentie claruit et redemptum

genus humanum exercitio bonorum operum suauitatis odorem aspersit, et prima filia recte dies et secunda non incongrue cassia nominatur. Hinc et cassia dicitur que tanto sublimius inter odores dilatatur. Ipsa quippe sua origine equa iuste homo conditus fuerat, tamen quamuis nec operis et uirtutibus non indigebat, quia si stare sic esset conditus uellet, contra hostem extra se positum uincere sine difficultate potuisset. Pugna uero passus est homo semel, aduersarius ad intima irrumpit; laboriosius iam uictor eius quem adhuc impugnans non sine labore pellitur. Multa namque nunc exhibenda sunt que in paradyso necessaria non fuerunt, ut quippe operis et uirtute patientie, castigatione corporis, assiduitate precis, confessione peccatorum, inundatione lacrimarum. Quorum profecto omnium conditus homo non eguit, quia salutis bonum ex ipsa sua conditione percepit. Egro quippe amarum poculum porrigitur, ut ad salutem fracta morbo sublato reuocetur. Sano autem nequaquam prebetur quod accipiat ne conualescat, sed a quibus caueat ne langueat. Sicut non manibus sed dies uenit cum salute nequaquam humanum hominem sed reparare conatus ablatam. Et quia omnis homo ad usum iure reparationis magnis nunc sanctum etiam pollere opionibus, nomen secunde filie uelut cassia ex merito redolet, ne quod prima filia quasi dies exterior predigni conditionis, secunda cassia sit perflagrantia fortitudinis exigendi redemptoris. Unde et eidem uenienti redemptori per psalmistam dicitur: Mirra et gutta et cassia a uestimentis tuis a gradibus eburneis ex quibus delectauerunt te filie regum in honore tuo. Quid enim mirre et gutte et cassie nomine nisi uirtutum suauitas designatur? Quid eburneis gradibus nisi magna uirtutis fortitudinis prefectus ascensus exprimitur? Redemptor uero ueniens mirra et gutta et cassia in uestimentis uenit, quia electis suis quibus se misericorditer induit miro uirtutum flagrantiam aspergit. In quibus idem odor eburneis gradibus ducitur, quia in eis uirtutum omnino non ex ostensione simulationis sed ex utilis ac solidi operis ascensio generatur. Unde et subditur: Ex quibus te delectauerunt filie regum in honore tuo. Sancte autem anime a bonis patribus adgenite uirtutes ... et redemptore suo in honore eius delectant, quia ex eo quod bene agunt sue laudi nil uendicant, quia non tercio ordine humanum genus et carnis renouatum in illo contenti ... laudis adsumitur. Tercia filia cornustibie uocatur. Quid enim per cornustibie nisi letancium cantica exprimuntur? Ibi enim uacatur, adimpletur quod per psalmistam dicitur: Cantate domino canticum nouum. Ibi uacate ad

ignorantia

Laboriosa eruditio doctrine

In statu innocentie non erat necessitas corporalis uel spiritualis medicine

de tribus filiabus Job

2 Cor 2.

Cant. 1.

impletur. ubi canticum laudis non iam ex
fide sed ex specie contemplationis cantatur. Ibi auctori nostro
conditor in laudum suarum numeris cantica
recipit. quia humanum genus et condendo diem
et redimendo casiam et assumendo cornu sti-
bii fecit. Cum enim hic summus conditor et
hic summus casia redempti. cornu quoque tor-
nus tibie in exultatione eterne laudis as-
sumpta. Et quia perfecti ad intimam thalamum
sponsi perveniat. omnem sue vite feditatem respuit et sponsi amori preparans
sese pulcritudinis speciem convertit. Studet quippe
interni arbitri iudicio placere et ab in-
timis desideriis sublevata, fedus concupis-
centie humane transcendere. Unde bene de easdem
filiabus beati Iob subditur: Non sunt autem
invente mulieres tam speciose sicut filie
Iob in universa terra. Electorum quippe ani-
me humanum genus quod intra secundum ho-
minem conditae sunt pulcritudinis decore
transcendunt. quamtoque se exterius affligen-
do despiciunt, tanto intus verius compo-
nuntur. Hinc est enim quod sancte ecclesie que eternum
pulcritudinis decoratur per psalmistam dicitur: Con-
cupiscet rex speciem tuam. De qua paulo post
subditur: Omnis gloria eius filie regis ab
intus. Illa si foris gloriam quereret intus
speciem quam rex concupisceret non haberet. Inque-
quid enim multi virtutum decore fulgeat
atque ipsa vincendi perfectione ceterorum meri-
ta excedat. Nonnulli tamen quia ad altiora excre-
dere non sufficiunt infirmitatis sue consci-
entia eius gremio continentur. qui idcirco
tam praualere mala vitare quamvis iniquum
appetere altiora bona non implere minus
tamen Dominus benigne suscipit eosque apud se
premio digne retributionis admittit. Unde et
deditque eis pater suus hereditatem inter
fratres earum. Ipse ergo exspectator meritorum
speciose memoratur. Ipse exemplificatorum
typo nequid infirme hereditatem inter fratres
accipiunt. Usus namque dicte veteris non ha-
bebat ut hereditatem femine inter mascu-
los sortirentur. quia legis severitas for-
cia eligens infirma contempnens. dis-
trictius ponens sanctionem quam benigna
sanctitatem. Et pio nostro redemptore veniente
nullus infirmitatis sue consciis de sortien-
da celestis patrimonii hereditate despe-
ret. enim inter masculos etiam femi-
nis successionis iura tribuit. quia inter
fortes atque perfectos infirmos et humi-
les ad sortem superne hereditatis ad-
mittit. Unde ipsa veritas in evangelio ait:
In domo patris mei mansiones multe
sunt. Apud patrem quippe mansiones
multe sunt quia multa beatitudine mea non
dispari. Unusquisque iuxta dispar me-
ritum licet disparem percipit sed eius
disparilitatem damna non sentit quia cun-

cum sibi unusquisque quantum percepit suffi-
cit. Sorores ergo cum fratribus ad hereditatem
tem veniunt quia infirmi illuc cum
fortibus admittuntur. Quoniam si quis per
imperfectionem non erit summus ab hereditate
tis tamen sorte per humilitatem non sit extra-
neus. Unde bene Paulus mansiones inter me-
rita distribuens insinuat dicens: Alia
est claritas solis, alia claritas lune,
alia claritas stellarum. Stella enim differt
a stella in claritate. Vixit autem
post hec Iob centum quadraginta annis et vidit filios suos
et filios filiorum suorum usque ad quartam
generationem. et mortuus est senex et plenus
dierum. Suspectum fieri non sinit plenum
dierum esse ponere nisi is cuius pretium
dem sapientiam vita laudatur. Vacuus
quippe dierum est qui quamvis multum vivit
etatem sue tempora in vanitate consumit.
At contra plenus dierum dicitur cui nequaquam
dies sui pereundo transeunt. sed ex cotidiana
mercede boni operis apud iustum
iudicem, et post quam transacta fuerint re-
servantur. Et quia sancta qui hoc etiam in tempo-
re ecclesie in speciem desiderat, quorum
nos tanto magis obediendum et quanto
et eorum spiritalis intelligentie cogitandum.
Unde et quinquagesimum penitentiam quadra-
ginta adtenuisset et quadragesimum
numerum pervenimus. Et vite vita sancte
ecclesie per multiplicata decem et quattuor
computatur. quia utriusque testamenti cu-
stodiens tam secundum legis decalogum
quam secundum quattuor evangeliorum libros vivens
usque ad perfectionis culmen extenditur.
Unde Paulus apostolus quamvis epistolas quindecim
scripserit. sancta tamen ecclesia non amplius quam
quattuordecim tenet. ut ex ipso epistolarum nu-
mero ostenderet quod doctor egregius legis et
evangelii rimatus secreta. Unde ac beatus
Iob post flagella vivere dicitur. quia et sancta ec-
clesia prius discipline flagello percutitur
et post modum vite perfectione roboratur.
Vidit filios suos et filios filiorum
suorum usque ad quartam generationem
conspicit. quia hac etate quam annis
quattuor quibus volvitur usque ad finem
mundi per ora predicantium nascentes
cotidie soboles contemplationis vel abor-
te aueris que per generationes dicamus
tempora designari. Quid enim unaqueque
successio nisi quedam propago generis.
et pincerna regis Egypti cum vidisset
somnium quod tres propagines duce-
ret Ioseph predicit in expositione somniorum
tres propagines tres dies remanere
designari. Si ergo per tres propagi-
nes spacium trium dierum exprimitur,
non etiam per quattuor generationes annus
quattuor tempora figurentur. Sancta itaque

etiam videt filios suos, cum prima fide sanctam sobolem construit. Videt filios filiorum, cum ab eisdem fidelibus ad fidem gignit et alios agnoscit. Moritur et senex et plena dierum moritur, quia subsequenti luce exuitur cotidianorum operum, depositis corruptionis pondere ad incorruptionem spiritalis patriae immutatur. Plena videlicet dierum moritur, cum labentes annorum tempus et stantem aeternitatis retributione solidantur. Plena dierum moritur, quia post transacta temporalia id quod non transit operatur. Unde apostolus dicit: Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam. Dies itaque suos sancta ecclesia etiam cum praeterit vita deserit non amittit, quia in electis suis tanto eorum luce multiplicius invenit, quanto nunc in eis ab omni temptatione se cautius nequaquam solidantem custodit. Dies suos etiam non amittit, quia se in hac vita cotidie vigilanter pensare non neglegit, et ad omne quod recte facere non valet inertia nulla torpescit. Hinc est enim quod de illa per Salomonem dicitur: Consideravit semitas domus suae, et panem otiosa non comedit. Semitas quippe domus suae considerat, quia cunctas conscientiae suae cogitationes subtiliter investigat. Panem otiosa non comedit, quia hoc quod in scripturae eloquio intellectu percipit, ante aeterni iudicis oculos exhibendo operibus ostendit. Moritur autem dierum plena, quia cum illam contra temporalis absorbuerit, ab hac mutabilitatis sive vicissitudine funditus exstinguitur, ne in ea iam hoc quod aciem mentis visionis impediat ullo modo nihil vivat. Tanto enim tunc veritas intima conspicitur, quanto exterioribus plene occubuit. Hanc itaque mortem, hanc dierum plenitudinem et in beato Job, id est uno membro ecclesiae, credimus factam, et in toto simul etiam speramus esse faciendam; quamquam ita teneatur rei gestae veritas, ne non evacuetur gerendae prophetia. Bona enim quae de sancto viro agnoscimus, si virtute caret, nulla sunt; si iustitia non habet, minima. Cuncta quae per spem spiritum bonorum viri describuntur, ne per incertitudinem nobis spiritualem fulgeant, et cum sensu a fide historiae non recedat, quatenus tanto fixior animus in suo intellectu permaneat, quanto quodam in medio constitutum terrena [?] spes et cogitatio praeterita fides ligat. Expleto itaque hoc opere, ad me video esse redeundum. Multum quippe mens nostra etiam cum recte loqui conatur extra semetipsam spargitur. Sine integritate namque animi dum cogitantur verba quae proferantur, eam extra se [?] trahunt.

Igitur a publico locutionis redeundum est ad curiam cordis, ut quasi in quoddam consilium considerationis ad meipsum discernendum convocem cogitationes mentis, quatenus ibi me videam, quia nec incaute mala nec bona non bene dixerim. Tunc vero bonum bene dicitur, cum is qui dicit soli ei a quo accepit per id appetit placere quod dicit. Et quidem mala me aliqua et si dixisse non invenio, tamen quod omnino non dixerim non defendo. Bona vero si qua divinitus accepta dixi, meo videlicet vitio minus me bene dixisse profiteor. Intra ad me memetipsum rediens, postpositis verborum foliis, postpositis sententiarum ramis, dum ipsam subtiliter radicem meae intentionis inspicio, Deo quidem ex ea me summopere placere voluisse cognosco; sed eidem intentioni qua Deo placere studeo, furtim se nescio quomodo intentio humanae laudis interserit. Quod cum iam postmodum tardeque discerno, invenio me aliter agere quod scio me aliter inchoasse. Sic enim saepe intentionem nostram, dum ante Dei oculos recte incipitur, occulte subiuncta et velociter comprehendens intentio humanae laudis assequitur. Sicut pro necessitate quidem cibus sumitur, sed in ipso esu dum furtim gula subrepit, edendi delectatio permiscetur. Unde plerumque contingit ut refectionem corporis quam salutis causa accipimus, cum voluptate expleamus. Fatendum ergo est quia rectam quidem intentionem nostram, quae soli Deo placere appetit, nonnumquam intentio minus recta, quae de donis Dei placere hominibus quaerit, insidiando comitatur. Sed si de his divinitus districte discutimur, quis inter ista remanet salutis locus? quia et mala nostra pura mala sunt, et bona quae nos habere credimus pura bona nequaquam esse possunt. Sed hoc in opere pretium esse existimo, ut fraternis auribus omne quod in me latenter reprehendo incunctanter aperiam. Quia enim exponendo non celavi quod sensi, confitendo non abscondo quod patior. Per expositionem patefeci dona, per confessionem detego vulnera. Et quia in hoc tam magno genere humano nec parvuli desunt qui dictis meis debeant instrui, nec magni desunt qui cognitae meae valeant infirmitati misereri, per utrumque aliis pro viribus opem curae, aliis spem [?] expositionis, confessionis [?] fratribus impendo. Istis ergo verborum medicamina non subtraho, istis lacrimarum vulnera non abscondo. Igitur quaeso ut quisquis haec legerit, apud districtum iudicem solatium mihi suae orationis impendat, et omne quod in me sordidum deprehendit fletibus diluat. Orationis autem atque expositionis virtute collata, lector meus in me recompensatione superat, si cum per me verba accipit, pro me lacrimas reddit. Amen.

Postulatio suffragiorum

filius meus es tu ego hodie genui te

eius qui [illegible]

hanc sacratissimam noctem veri
luminis fecisti illustratione clarescere
da quesumus ut cuius lucis mysteria in terra
cognovimus eius quoque gaudiis
perfruamur in celo P[er].

Et dicit dominus. Populus gentium
qui ambulabat in tenebris vidit
lucem magnam. Habitantibus in regio-
ne umbre mortis lux orta est eis.
Parvulus enim natus est nobis et filius
datus est nobis. Et factus est principa-
tus super humerum eius et vocabitur
nomen eius admirabilis consiliarius deus
fortis pater futuri seculi princeps pacis.
Multiplicabitur eius imperium et pacis eius
non erit finis. Super solium David et super
regnum eius sedebit ut confirmet illud
et corroboret in iudicio et iusticia amodo
et usque in sempiternum.

[Karissi]mi. Apparuit gratia dei salvato-
ris nostri omnibus hominibus erudiens
nos ut abnegantes omnem impie-
tatem et secularia desideria sobrie et
iuste et pie vivamus in hoc seculo expectantes
beatam spem et adventum glorie magni dei
et salvatoris nostri Ihesu Christi qui dedit se-
metipsum pro nobis ut nos redimeret
ab omni iniquitate et mundaret sibi
populum acceptabilem sectatorem bonorum
operum. Hec loquere et exhortare in Christo Ihesu
domino nostro. Tecum principium in die vir-
tutis tue in splendoribus sanctorum ex utero ante luci-

[ferum] genui te. Dixit dominus domino meo sede
a dextris meis donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum. Alleluia. Dixit dominus
ad me filius meus es tu ego hodie genui
te. Gloria. Ex[iit]
edictum a Cesare Augusto ut describe-
retur universus orbis. Hec descriptio prima
facta est a preside Syrie Cyrino. Et ibant
omnes ut profiterentur singuli in suam civi-
tatem. Ascendit autem et Ioseph a Galilea
de civitate Nazareth in Iudeam in civita-
tem David que vocatur Bethlehem eo quod
esset de domo et familia David ut pro-
fiteretur cum Maria desponsata sibi
uxore pregnante. Factum est autem cum
essent ibi impleti sunt dies ut pareret.
Et peperit filium suum primogenitum
Et pannis eum involvit et reclinavit
eum in presepio quia non erat ei locus
in diversorio. Et pastores loquebantur
ad invicem erant autem in regione illa
vigilantes et custodientes vigilias
noctis super gregem suum. Et ecce angelus
domini stetit iuxta illos et claritas dei
circumfulsit illos et timuerunt timore ma-
gno. Et dixit angelus eis. Nolite time-
re. Ecce enim evangelizo vobis gaudium
magnum quod erit omni populo quia natus est
vobis hodie salvator mundi qui est Christus
in civitate David. Et hoc vobis signum.
Invenietis infantem pannis involutum
positum in presepio. Et subito facta est cum
angelo multitudo milicie celestis
laudancium deum et dicencium. Gloria in excelsis